IOANNIS CARAMVEL
H A P L O T E S
LATINE
S I N C E R I T A S.
De Mentalibus Reſtrictionibus diſſerens.

Clariſſimis & evidentiſsimis Analogiſmis ſuadet, illas, realiter loquendo, impoſſibiles eſſe.

Et, ſi eſſent poſsibiles, fore prorſus inutiles, manifeſtè perſuadet.

Et, ſi tandem inutiles dicerentur aut cenſerentur, eſſe pura mendacia, & non poſſe ſine peccato admitti.

EST OPUS

In quatuor diſtributum Capita.

QVORVM

IN PRIMO, præmittuntur Teſtimonia & Rationes, quibus utuntur, qui ingenuitatem Mentalium Reſtrictionum tuentur.
IN SECVNDO, proponitur Vera Doctrina, & autoritate & ratione manifeſtâ firmatur.
IN TERTIO ſatisfit Teſtimoniis & Rationibus, quæ Capite I. ab Adverſariis objiciebantur.
IN QVARTO de Reſtrictionum Reſtrictione & reduplicatione diſſeritur: & quomodocumque vel reſtrictè, vel reduplicativè ſumantur refelluntur, & exeſſe jubentur.

EST TRISMEGISTI THEOLOGICI
TOMVS III.

Προθεώρημα.

Ab eo quod res eſt, vel non eſt (non autem ab eo, quod nobis nota, neceſſaria, aut utilis eſt, vel non eſt) Propoſitio redditur vera vel falſa.

VIGLEVANI.

Typis Epiſcopalibus apud Camillum Conradam Anno MDCLXXIX.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

PROOEMIUM.

Quo animo Author hunc Libellum ſcribat?

Qualem viam ineat?

MVlti pro Mentalium Reſtrictionum uſu; multi contra ſcripſerunt. Ingenii dexteritatem veneror in utriſque: neutros tamen concerno: nec enim aliquē illorum incriminor, nec alicujus ex iſtis patrocinium affecto. Scribo liberè, ac ſi eſſem primus, & nullum alium Autorem Reſtrictionum Patronum, aut Adverſarium cognoviſſem. Viam ineo fortè novam, aut ſaltem, ſi ab aliis inſinuatam, à nullo tritam aut percuſſam aperio, & firmis Fundamentis ſubſtruo, ut cæteri tutè ſequantur. Et, quod cum ſolamine dico, nihil in praxi muto, ſed illa ipſa omnia, quæ à Mentalibus Reſtrictionibus, velut ab aëre periculosè dependebant, ſecuriſſimè ſtatuo, ut illæſa ſemper maneat Veracitas, & inter homines conſervetur ΑΠΛΟΤΗΣ, hoc eſt *Amicitia*, & *Sinceritas*.

An aliquid in Praxi mutet?

Sobriè traduntur à ſuis Autoribus Reſtrictiones Mentales, & à diſcipulis ebriosè ſuſcipiuntur.

Scio Mentalium Reſtrictionum Fautores, non niſi valde ſtrictas & contractas admittere; eaſque, ſi terminos præſcriptos excedant, condemnare. At ſcio ſimiliter, paſſim Lectores has ipſas Reſtrictionum Reſtrictiones non intelligere, non morari, non ſcire; adeòque Reſtrictionibus non reſtrictis abuſos, Ethicam perturbare. Scio etiam, has ipſas Reſtrictionum Reſtrictiones, ſicut & ipſas Reſtrictiones, fundamento carere; nam, ſi ſemel numerentur occulti Mentis Actus inter partes Orationis Vocalis, ſemper numerabuntur; non enim *ab eo, quod neceſſitas, utilitas, periculum*, &c. ſed *ab eo quod Res ſit, vel non ſit, Propoſitio dicitur vera vel falſa*.

Cur Propoſitio ſit vera vel falſa?

An mentiatur, qui ſe ſcire negat quæ ſub ſigillo ſecreti naturalis didicit?

Ergo ſiquidem Libellus iſte, nihil mutat in praxi, & Morum Concluſiones illæſas & intactas relinquit, (nam illa omnia quæ per Mentales Reſtrictiones ſobriè admiſſas licitè fieri dicebantur, illa ipſa etiam licitè fieri poſſe oſtendit per conſignificantes circumſtantias) à Lectore Candido adſenſum & adnutum ſperat. Hic enim non de Veritate, ſed de ratione Veritatis diſſeritur. Nõ quæritur; *An Petrus, qui in Sacramentali Confeſſione audivit Ioannem commiſiſſe homicidium. An Paulus, cui aliquid concreditum fuit ſub ſigillo Naturalis ſecreti. An Aurelius, qui invaſorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ. An alii, in ſimilibus caſibus, mentiantur, committantque ſacrilegium Perjurii, ſi ſe neſcire dicant, quod eos ipſos ſcire in ipſomet Caſu ſupponitur?* Illos non mentiri, Vniverſi pronunciare debemus. Sic docet D. Thomas,

cui

Vt negationem illam à mendacio emaculent, alii ad Reſtrictiones Mentales. Nos autem ad Conſignificantes Circumſtantias recurrimus.

cui ejus Diſcipuli unanimi conſenſu ſubſcribunt. Sed quia apud Te major eſt, quàm apud alios Intellectus & Ingenii vivacitas, adquieſcere non vis reſpondenti, Αὐτὸς ἔφα, Ipſe dixit, *Sanctus Thomas ſic ſtatuit.* Sed pergis ulteriùs, & omninò reſcire vis, *Cur non mentiantur, & perjuri ſint illi, ſiquidem neſcire ſe, rotundè aſſerunt, quæ illos revera ſcire ipſamet Caſus propoſitio fatetur?* Occurrit biviū: alterā enim ſemitā Reſtrictiones Mentales, alterā Circumſtantiæ Conſignificantes aperiūt.

Quid ſint, ſi res bene examinetur Reſtrictiones Mentales?

Sed quid illæ? *Aliquid impoſſibile, à Viris ingenioſis inventū, à doctis nondum accuratè diſcuſſum; ab indoctis ſine examine libentiſſimè admiſſum, & temerè praxi mandatum.* Supponunt earumdem Fautores, illas dari, non fingi; & ex ſuppoſitione procedunt, ut oſtendant in Schola Theologica earumdem interventu multas emaculari Poſitiones à mēdacii contagio. At illi ipſi manere deberent in Schola Critica (ſive ut nos, & ut putamus, bene loquimur, Metagrammatica,) ut Veterum Inſtitutiones corrigerent; nimirùm oſtendendo, *Actus Mentis occultos, & ſoli Deo notos, eſſe partes Orationis Vocalis*; ſuadendo, *ſicut per Adjectivum dictum aut ſcriptum, Nomen Subſtantivum reſtringitur; ſic reſtringi ſimiliter per cogitatum.* Et hoc quidem dici frequenter audio, & quia nunquam bene ſuaderi video, definio, *Mentales Reſtrictiones impoſſibiles eſſe.* Vnde, ſi impoſſibiles ſunt, fruſtrà de illarum attributis diſſeritur; quoniam Non-entis nullæ ſunt proprietates. Ergò, ſiquidem, hanc Reſtrictionum Viam ipſa Natura, rerum parens, occluſit, ubi voluit illas impoſſibiles eſſe, tranquillo animo ingrediamur per alteram, in qua omnia ſecura, omnia pervia, omnia clara; & ſingula tam manifeſta, ut non oculis ſolùm, ſed & tangantur manibus. Si quis obſiſtat non incipiat à medio, oſtendendo illas ad multarum Poſitionum verificationem ſufficere: fruſtrà enim de hoc diſſereremus, qui illas ipſas poſſibiles eſſe negamus. Ille igitur ab ovo exordium ſumat, & Poſſibilitatem oſtendat; hac enim ſemel demonſtrata alacri animo de earundem Exiſtentia, Efficacia, vtilitate, aut etiam Neceſſitate diſputabimus: quoniam in bona Logica ex Poſſibilitate ad Exiſtentiam, ex hac ad Efficaciam, ex iſta ad Vtilitatem, & ex Vtilitate deniq; ad Neceſſitatem legitima Conſequentia non tranſit.

An per cogitata Epitheta, Nomina Subſtantiva reſtringātur?

An aliquas habeat proprietates Non-ens?

Quàm certa ſint, quæ de Conſignificantibus Circumſtantiis dicuntur.

An illæ impoſſibiles ſint?

Quonam ordine in bona Logica procedi debeat?

INDEX
Articulorum, & Sectionum.

Omnes Numeri ſunt Paginarum.

CAPUT I.

TEſtimonia, quæ pro Mentalibus Reſtrictionibus adduci ſolent, accuratè proponens. An, & quando à Deo ad Homines, & à Sanctis & Perfectis Hominibus ad cæteros valeat Argumentatio? 4.

SECTIO I. *Præmittitur ſententia negans.* ibid.b

SECTIO II. *Vera ſententia proponitur & dilucidatur.* 5.b

SECTIO III. *Ante argumentorum ſolutionem, circa veram Decalogi (Naturalis Legis) intelligentiam, nonnullas generales Doctrinas ſcitu dignas prælibo.* 6.b

SECTIO IV. *Satisfit argumentis contrariis.* 7.b

ARTICULUS I. Sacræ Paginæ Hiſtoriis Mentalium Reſtrictionum innocentia probatur. 9.

PROBATIO I. *De Sacrâ Scripturâ univerſim. An diverſimodè à Grammatico poſſit exponi? An reſtrictionem ad hunc vel illum ſenſum recipiat à Mente Divinâ?* 10.a

PROBATIO II. *De Domini verbis ad Cainum. Non fuiſſe ajunt Divinam Promiſſionem impletam: & inde inferunt fuiſſe contractam aliquâ Reſtrictione Mentali.* ibid.b

PROBATIO III. *De Verbis Abrahæ. Eum non fuiſſe mentitum & tamen excuſari non poſſe, niſi reſtrictiones controverſæ admittantur.* 11.a

PROBATIO IV. *De Verbis ad Iſaacum. An poſſint à multiplici excuſari mendacio, ſi reprobentur Reſtrictiones Mētales?* ib.

PROBATIO V. *De Labanis & Jacobi contractu. An verba, quibus initus fuit, in alterutrius mente aliter, & aliter reſtricta fuerit?* 12.b

PROBATIO VI. *De Joſepho, & ejuſdem fratribus. Seliguntur aliqua circumſtantia præcipua, quæ nequeunt ſine Intellectuali Reſtrictione ſalvari.* 13.b

PROBATIO VII. *De Mariâ Sorore Moyſeos & Ægyptiis Obſtetricibus. Unde poſſint à mendacio excuſari?* 14.a

PROBATIO VIII. *De Raab, Hoſpite Hierichuntinâ. An, & quomodo poſſit à mendacio excuſari?* ibid.b

PROBATIO IX. *De Davide. An prudenter & licitè apud Philiſthæos finxerit phreneſim?* 15.a

PROBATIO X. De *Eliſæo. An Miniſtros Regis Syriæ deceperit? An fuerit mentitus? An reſtrictione aliquâ queat excuſari?* ibid.b

PROBATIO XI. *De proteſtatione Fidei, & Sacrificio Regis Jehu. Se ſtudiosè colere Idolum profitetur. Omnes Baaliſtas ad ſolenne Sacrificium invitat; immò cum ipſis illud peragit. Poſteà univerſos trucidat. An perfidè fuerit mentitus? An peccaverit? An, & unde poſſit à mendacio ſcelerato excuſari?* ibid.

PROBATIO XII. *De Judithâ & Oloſernis cæde. Cur non exorbitet Judithæ oratio, immodicis laudibus Chaldææ Regem, ejus* Στρατηγὸν *celebrans? Cur non ſit mendax, ſiquidem victoriam & triumphum promittebat, & tamen ad ipſius cædem ordinabatur?* 16.b

PROBATIO XIII. *De verbis Domini ad Ezechiam. An ſemper Deus, quando hominibus, aut mortem, aut pœnam, aut quodcumq; malum minatur, utatur Reſtrictione Mentali?* 17.a

Haplotes.

PROBATIO XIV. *De Jonæ Prophetiâ & Ninivitarum converſione. Cum Prophetia non impleri non poſſit, & tamen hæc ſecundum externum ſenſum non ſit impleta, ſupereſt, ut habuerit in mente Divinâ illum ſenſum, ſecundum quem verificatur. Deus igitur utitur Reſtrictione Mentali.* ibid.b

PROBATIO XV. De *Chriſti & Apoſtoli verbis. An & quando ille,* Non adſcendam, *& iſte,* Iterum ad vos veniā, *dixit habuerit Reſtrictionem Mentalem?* 18.b

Confirmatio I. ibid.

Confirmatio II. 19.a

PROBATIO XVI. De *Lazari morte & reſurrectione. An ſiquidem biſariam accipi ſolet verbum* Dormio, *cùm Chriſtus* Lazarus dormit, *dixit, mente vocem reſtrinxerit ad alteram ſignificationem?* ibid.b

PROBATIO XVII. De *Judiciali Chriſti Dignitate. An certum ſit eſſe eum univerſorum Judicem? Cum igitur ipſe mentiri nequeat, & tamen ſe non eſſe Judicem dixerit, habuit aliquam Reſtrictionem in mente, vi cujus illa verax eſſet Negatio.* ibid.

PROBATIO XVIII. *De die Extremi Judicii. Illum Chriſtus exactè & determinatè cognoſcebat; quo ergo modo ſine mendacio potuit, ſe illum ſcire negare?* 20.a

PROBATIO XIX. *De illorum verborum,* Sedebitis ſuper ſedes duodecim, *vero & germano ſenſu. Quomodo ſit vera hæc Prophetia, ſiquidem nulla ex illis ſedibus data fuit Judæ?* 21.a

PROBATIO XX. *De illis,* Diſſolvite templū hoc, *Chriſti Domini verbis. An ſint æquivoca? An in altero à Judæis ſenſu, & in altero à Chriſto Domino accipiantur?* ibid.b

PROBATIO XXI. *De Peregrino Emauntino. Quinam Diſcipuli illi fuerint? Cur Chriſtum ſub initium non potuerint cognoſcere, cum tamen eum poſteà cognoverint? An in Chriſti verbis aliqua ſit admittenda Reſtrictio?* 22.a

Quomodò Apoſtoli variis linguis loquuti ſint? 23.a

PROBATIO XXII. *De Propoſitionibus Univerſalibus. An omnes, ut verificentur, Intellectualem aliquam Reſtrictionem requirant?* 24.a

ARTICULUS II. Exemplis Sanctorum & Illuſtrium Virorum ingenuitatem, & neceſſitatem Mentalium Reſtrictionum adverſarii perſuadere conantur. 2-

PROBATIO I. ibid5.

PROBATIO II. ibid..a

PROBATIO III. 26b

PROBATIO IV. ibi.a

PROBATIO V. ibid.

PROBATIO VI. ibid.d.

PROBATIO VII. 27.b

PROBATIO VIII. 29.a

PROBATIO IX. 30.a

ARTICULUS III. Ut eaſdem eſſe licitas Reſtrictioneb perſuadeant, Sanctorum Patrum Teſtimonia produscunt. 31-

Teſtimonium I. ibid..

Teſtimonium II. ibid.b

Teſtimonium III. ibid.

Teſtimonium IV. 32.a
Teſtimonium V. *ibid.b*
Teſtimonium VI. *ibid.*
Teſtimonium VII. *ibid.*
Teſtimonium VIII. 33.a
Teſtimonium IX. *ibid.*
ARTICULUS IV. Adducuntur Rationes, quæ pro Reſtrictionibus Intellectualibus militare videntur. 34.
Ratio I. *ibid.a*
Ratio II. *ibid.*
Ratio III. *ibid.b*
Ratio IV. 35.a
Ratio V. *ibid.b*
ARTICULUS V. De Stratagematis. An mendacii circumſtantiâ inquinentur? An excuſari poſſint virtute Reſtrictionum Mentalium? 36.
Stratagema I. *De expeditione Iſraëlitarum contra Gabaa. De Jure Gentium: an aliquarum dari poſſit; an omnium? Cauſa hujus belli. Quas conditiones arma, ut ſint juſta, requirant? quas, ut cum providentiâ regantur? Pars juſta iterum iteramque à peccatrice ſuperatur: ſed demum per ſtratagema, Dei conſilio diſpoſitum, optatam victoriam adipiſcitur.* *ibid.*
Stratagema II. *De expeditione Joſuæ contra Hai. Duas eſſe Civitates cognomines. Cur, & unde ſint dictæ? De utrâ agamus? Per ſtratagema Dei conſilio diſpoſitum Iſraëlitæ Civitatem expugnant.* 37.b
Stratagema III. *De Glorioſâ Gedeonis contra Madianitas & Amalecitas victoriâ. An fallaces circumſtantiæ, quæ in eâ, Mendacii maculâ carere poſſint, ſi negentur Reſtrictiones Mentales?* 38.b

CAPUT II.

VEram ſententiam & ejus indubitata Fundamenta dilucidans. 39.
Concluſio I. *ibid.b*
Concluſio II. 41.a
Concluſio III. *ibid.b*
Concluſio IV. 44.b
Concluſio V. 45.b
Concluſio VI. 46.a
Concluſio VII. 49.b

CAPUT III.

TEſtimoniis, Hiſtoriis, & Rationibus conformatis pro contrariâ ſententiâ ſatisfaciens. 51.
PROGYMNASMA I. *Quinque præmittit & dilucidat Regulas, ex quibus Argumenta univerſa ſolvantur.* *ibid.*
PROGYMNASMA II. *Proponit adhuc aliam Regulam, vi cujus ita objecta argumenta enervantur, ut nulla difficultas remaneat. Agit de Ignorantiâ invincibili, & oſtendit eam inveniri poſſe in ſingulis præceptis Decalogi.* 54.a
PROGYMNASMA III. *Fert judicium de aliâ adhuc Regulâ, quæ à Viris eruditis proponitur.* 59.b
ARTICULUS I. Satisfacit argumentis, quæ ex Sacrâ Paginâ deſumebantur. 61.
RESPONSIO ad Probationem I. *De Sacrâ Scripturâ univerſim. Expenduntur & dilucidantur Loci poſiti ab Adverſariis.* *ibid.a*
Nota. *Quid in hac re Lutherani & Calviniſtæ ſentiant?* 62.b
RESPONSIO ad Prob. II. *De Domini verbis ad Caïnum. Oſtenditur fuiſſe verificata; non enim Caïnus fuit à Lamecho interfectus. An Lamech fuerit primus* Δίγαμος*? An accipiens plures uxores peccaverit? An in hoc cum Patriarchis diſpenſaverit* Deus*? An hac Ethnicis prodeſſe potuerit diſpenſatio?* 64.a
RESPONSIO ad Prob. III. *De verbis Abrahæ. Loquutus eſt æquivocè. Neminem potuit fallere, at licitè potuit ponere media, quibus alii ſemetipſos deciperent. De homine paupere, qui vult cenſeri dives. De Confeſſario, qui Pœnitentem non abſolvit & tamen facit, ut circumſtantes exiſtimeat illum fuiſſe abſolutum.* 68.a
RESPONSIO ad Prob. IV. De *Verbis* Jacobi *ad Iſaacum. Oſtenditur, nec in illis,* Ego ſum primogenitus *&c. nec in illis,* ſum Eſau; Feci ſicut præcipiſti mihi, *&c.* Comede de Venatione meâ, *nec in cæteris fuiſſe mentitum.* 69.a
RESPONSIO ad Prob. V. De *Labanis, &* Jacobi *contractu. De viribus imaginationis & ramis à* Jacobo *decorticatis. De contractibus: an omnes utrique parti circumſtantiæ debeant manifeſtari? De Dote. An ſponſam debeat concomitari? Ab utro & utri dari debeat, genero-ne à ſocero, an ſocero à genero? De privatâ Juſtitiâ. An ubi nequeo publice, poſſim mihi Jus proferre privatim? An ut ſalventur à fraude Jacobi cum Labane contractus, requirantur Reſtrictiones Mentales?* 74.b
RESPONSIO ad Prob. VI. *De Joſepho & ejuſdem fratribus. An fuerit mentitus? De Diſſimulatione & Simulatione. De verbis* Seriò *&* Jocosè *dictis. De Interrogatione & Tentatione. De Senſu Reali & Apparenti. An juſjurandum per Regis vitam emiſſum ſit Theologicum? De Ebrietate. Quid & quotuplex ſit? Et an ſemper ſit mala? De Joſephi & aliorum Principum ſcyphis. De Magiâ. In naturalem & ſuperſtitioſam dividitur. Utra ſit uſus Joſeph? Cur ſcyphum ſuum argenteum in ſacculum Benjamini imponi juſſerit? De ſcypho Horario, ſeu Horologio Arteria. An tota Joſephi Hiſtoria ſit Prophetica?* 79.a
RESPONSIO ad Prob. VII. *De Mariâ ſorore Moyſeos, & Ægyptiis Obſtetricibus. An fuerint mentitæ? An Deus cum ipſis diſpenſaverit in præcepto inhibente mendacium?* 87.
RESPONSIO ad Prob. VIII. *De Raab Hoſpite Hierichuntinâ. An fuerit mentita? An & quomodo poſſit à Veniali excuſari? Unde illa cognoſcere poterit, Deum Iſraëlis eſſe verum, & Joſuæ expeditionem eſſe juſtam, ſiquidem utrumque ejus concives univerſi ignorabant?* 9..b
RESPONSIO ad Prob. IX. *De Davide. Phraneſim illam, non autem Prophetiam ſimulaſſe. Regis Achiſii, quo tempore apud eum peregrinabatur, fuiſſe ſubditum. Simulando nil affirmaſſe aut negaſſe: adeoque non potuiſſe mentiri. Enthuſiaſmum Dæmonem in Ethnicis Sacerdotibus olim finxiſſe.* 92
RESPONSIO ad Prob. X. *De Eliſæo. Oſtenditur non fuiſſe militibus Regis Syriæ mentitum. Quo ipſi modo obcæcati ſunt? An Sacras Paginas Ovidius legerit, & in Metamorphoſeon libris defiguraverit?* 93.b
RESPONSIO ad Prob. XI. *De Proteſtatione Fidei & Sacrificio Regis Jehu. Sæpe ut peccatores puniat Deus, utitur peccatoribus. Quo Hebræos, Chaldæos, Græcos, Perſas, Latinoſque modo puniverit? Peccat qui operatur contra dictamen, quod non habet, aut habere deberet. De S. Hieronymo. Quando unus Pater habet authoritatem, & quando illam non habet. Unus & idem numero actus ſimul bonus & malus eſſe poteſt; & tunc etiam eſt præmio (quali autem?) dignus. De Gratiani Decreto. Quantam etiam poſt Papam Gregorium habeat authoritatem?* 94.b
RESPONSIO ad Prob. XII. De *Judithâ. Aſſeritur illam fuiſſe officiosè mentitam. An, ſi non à mendacio, ſaltem à peccato abſolvi poſſit?* 96.b
RESPONSIO ad Prob. XIII. *De verbis* Domini *ad Ezechiam. De Univerſalibus Propoſitionibus. An & quomodo reſtringantur?* De Divinis *Promiſſionibus & Comminationibus. Omnes conditionatæ ſunt; & omnibus eſt nota conditio.* *ibid.*
RESPONSIO ad Prob. XIV. De *Jona Prophetâ & Ninivitarum converſione. Oſtenditur omnem ſententiam comminatoriam, divinitùs latam conditionatam eſſe; & conditionem illam* Niſi egerint pœnitentiam, *notam eſſe univerſis.* 97.b
RESPONSIO ad Prob. XV. De *Chriſti & Apoſtoli verbis. Oſtenditur illius Reſponſionem per Interrogationem præcedentem reſtringi: & hunc dixiſſe, quod in animo habebat.* 100.a
Ad Confirmationem I. *ibid.b*
Ad Confirmationem II. 101.b
RESPONSIO ad Prob. XVI. De *Lazari morte & reſurrectione. Verbum* Dormio*, quod æquivocum eſt, dilucidatur. Quomodo Chriſtus verba,* Lazarus dormit, *nõ jam per mentem, ſed per circumſtantias externas reſtringantur?* 105.a

Re

RESPONSIO ad Prob.XVII. & XVIII. De Chriſti authoritate: & de Ultimi Judicii die. An Dominus Noſter Jeſus Chriſtus vivorum & mortuorum Judex ſit? An quando futura ſit illa dies bene cognoverit? cur ergo illam ſe neſcire dixit?
De Chriſti ſcientiâ. Habet Divinam, & Increatam: habet etiam Beatificam, Infuſam, Adquiſitam, & Experimentalem. An & quomodo Sapientia & Gratiâ apud Deum, & homines creverit, aut non creverit? ibid.b
De Rationalibus Chriſti Potentiis. De Chriſti ſcientiâ. Quotuplex illa fuerit; & quid per ſingulas cognoverit, & intellexerit? 107.a
An Dominus noſter Jeſus Chriſtus reverà cognoverit, quando Judicii Univerſalis dies futurus eſt? 113.a
An verba Scire & Neſcire, Politicè ſumpta, actus ſint voluntatis. 116.a
DIGRESSIO UTILIS de Verâ & Apparente Sanctitate. 117.a
Nôta I. Proponitur & perpenditur Loci Evangelici Expoſitio à D.N. Jeſu Chriſto B.Brigittæ revelata. 118.a
Nota II. Ejuſdem loci Interpretationes, quas D.Durantus collegit, proponuntur & Scholiis brevibus dilucidantur. 119.a
Monitum Morale. De Generali & Finali Judicio, nec non de Verâ & Falsâ Pœnitentiâ. 121.b
RESPONSIO ad Prob.XIX. De illorum verborum, Sedebitis ſuper ſedes duodecim, vero & germano ſenſu. Divinæ omnes Promiſſiones & Minæ ſunt conditionatæ. 124.a
RESPONSIO ad Prob.XX. De illis, Diſſolvite Templũ hoc Chriſti Domini verbis. Aſſeritur externo manûs motu, & non interno Mentis actu Dominum verba ſua reſtrinxiſſe. ib.
RESPONSIO ad Prob.XXI. De Peregrino Emaüntino. Quomodo Chriſti Apparitiones factæ fuerint? An mutatione objecti, an oculorum potiùs alteratione? An Diſcipulos Chriſtus perſona alienâ acceptione deceperit? Unde verba incerta & ambigua, quæ in Sacrâ Scripturâ leguntur, reſtringantur? 125.a
RESPONSIO ad Prob.XXII. De Propoſitionibus Univerſalibus. Proponitur Regula ad ſecernendum Univerſalitatem Realem à Morali. De Immaculatâ Deiparæ Conceptione. De Hieremiæ & Joannis ſanctificatione. De duplici Lazari & aliorum morte. De ſalute Trajani. ibid.b
ARTICULUS II. Argumentis, quæ ex Sanctorum & Illuſtrium Virorum dictis, & factis ſumebantur, ſatisfacit. 126.
Ad Probationem I. 127.a
Ad Secundam. ibid.b
Ad Tertiam. ibid.
Ad Quartam. 129.b
Ad Quintam. 130.b
Ad Sextam. 131.a
Ad Septimam. 132.a
De Joannâ Summâ Pontifice. 135.b
De Fœminis, quæ ſub virili habitu, & nomine olim in Monachorum Cœnobiis delituerunt. 139.a
Ad Octavam. ibid.
Ad Nonam. 143.b
ARTICULUS III. Oſtendit Sanctos Patres ab Adverſariis productos, non cognoviſſe, & à fortiori non approbaſſe Reſtrictiones Mentales. 144.
Ad Teſtimonium Primum. ibid.a
Ad Secundum. 146.a
Ad Tertium. ibid.b
Ad Quartum. 147.a
Ad Quintum: 148.b
Ad Sextum. 149.a
Ad Septimum. ibid.
Ad Octavum. 150.a
Ad Nonum. ibid.
ARTICULUS IV. Enervantur rationes, quæ ab Adverſariis objiciebantur. 151.
Ad Primam. ibid.
Ad Secundam. ibid.b
Ad Tertiam. 152.a
Ad Quartam. 153.a
Ad Quintam. 154.b
Nota I. De Jure ſecreti. An omnia debeant omnibus dici? an verò aliqua taceri debeant? 155.b
Nota II. De Loquacitate. An in ipſâ, quæ tacentur, dicantur? 156.b
ARTICULUS V. De Stratagematibus. Oſtenditur non habere locum in iis Reſtrictiones Mentales. 157.
Nota I. De licitis & illicitis inſidiis, & ſtratagematibus, quæ in Sacrâ Scripturâ leguntur. 159.a
Nota II. An apud Ethnicos olim fuerint ſtratagemata? ibid.

CAPUT IV.

DE Reſtrictionum Reſtrictione. Recognoſcunt Adverſarii Capitum præcedentium Articulos, & Reſtrictiones reſtrictas protrudendo, contra Nos iterum argumentantur: eorumque conatus à nobis ſecundo calamo iterum retunduntur. 160.
ARTICULUS I. De Reſtrictionibus ad Sacramentorum Adminiſtrationem reſtrictis. 161.
ARTICULUS II. De Reſtrictionibus per Neceſſitatem, aut Utilitatem reſtrictis. An ſint neceſſariæ in Republicâ Reſtrictiones Mentales? An ſaltem tunc admitti debeant, cum uſu illarum cohoneſtabit neceſſitas? 162.
ARTICULUS III. Iterum de Reſtrictionibus Mentalibus per Legitimam Cauſam reſtrictis. An Legitimæ cauſæ nomine aut gravis neceſſitas, aut notabilis utilitas veniat intelligenda? De Antonini Diana & Antonii Cotonii mente, An hoc modo reſtrictas Reſtriſtiones admiſerint; & in illas ſufficienter probarint? 166.
ARTICULUS IV. De Reſtrictionibus Reſtrictis per adjacentes circumſtantias. An denique Mentales Reſtrictiones ſint irreprehenſibiles, cum adſunt circumſtantiæ extrinſecæ conſignificantes? 169.
ARTICULUS V. De Reſtrictionibus Reſtrictis per Reduplicationem. Quid faciendum ſit, cum ille, qui interrogat, ingenioſâ cautelâ Reſtrictiones excludit? 170.
SECTIO I. Sententia P. Poncii proponitur. 171.a
SECTIO II. Veritas exponitur & demonſtratur. 174.b
SECTIO III. Recognoſcuntur verba Poncii, & prout Ratio, & Veritas exigit, impugnantur, aut etiam approbantur. 177.b
ARTICULUS VI. Additur, & exponitur P. Antonii Bernaldo de Quiros Reſolutio. 181.
Nota. De Malleri ſententiâ. 182.b

DE

DE LIBRI NOMINE.

HAEret Curioſus & ingenioſus Lector in ipſa Libri ΕΠΙΓΡΑΦΗ, & ſtatim interrogat, Cur Liber hic inſcribatur ΑΠΛΟΤΗΣ? Et ego paucis verbis me expedio. Nam SINCERITAS, & CANDOR ANIMI à Græcis dicitur ΑΠΛΟΤΗΣ, & quia ut Tractatum hunc ſcriberem, omnia, quà licuit, præiudicia depoſui; quem animo candido & puro exaravi, ΑΠΛΟΤΗΤΑ, ſeu ANIMI CANDOREM volui inſcribere, ut Lector Candidus intelligat, nullam in eo Paſsionem ſe reponere, nullum Affectum adhærere Cortinæ, nullum Præiudicium ineſſe tripodi, ſed nudam, puram, putam ΑΠΛΟΤΗΤΑ (ANIMI CANDOREM) eloqui, & quæ audiuntur aut leguntur, dictare.

PRO.

Google

ΑΠΛΟΤΕΣ.

Quæ Latinè eſt

SINCERITAS

DE

RESTRICTIONE MENTALI.

Germanorum ſinceritas.

HÆC in Germania ſcribo, in qua regnat Sinceritas: ergo ſincerè debeo, quin Amicitiæ deferam, ubi amici non ſinceri videntur. Fuit ab ineunte ætate, mea ſemper cum Germanis, ac propterea converſatio Germana: hoc eſt, nuda, verax, & innocens; nullaque deceptionis aut ſubdolæ ſimulationis fraude, aut ſuſpicione maculata. Ideò noſtra eſſe debent cum amicis, aut etiam inimicis colloquia, qualia noſtratum ſemper fuerunt; ob quam Virtutem ipſi ſupra cæteras Europæ gentes celebrantur. Ne interpellent nos, obſecro, quædam ab Apollinis tripode nata opinationum delitia, quæ in Principum aulis adulta, magno in Comitia Monaſterienſia niſu protruduntur ab illis, à quibus major ſinceritas expectabatur. Agant illi profectò, & agantur, ut velint; ſimulent, diſſimulent: fallant maximè, cum inſinuant ſe falli: nil in eos ego, in quos invectus S.Paulus ſic inquit. Ω ἀνόητοι, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε Ἀλήθεια μὴ πείθεσθαι. *O inſenſati, quis vos faſcinavit, ut non obediretis Veritati?* In Bohemia ſumus, & quia hæc feliciſſima regio eſt in corde Germaniæ, monet nos, ut ex corde loquamur, & nihil omninò audeamus ore exprimere, quod à cordis decreto diſſentiat. Sumus Religioſi, & tenemur linguæ candore & innocentia, morum elegantiam ornare: & quia ſub S.P.N.Benedicti Labaro militamus, debemus ejus ordines (accipio vocem in ſignificatione militari, quod enim in toga, *leges ferre*, hoc *dare ordines* in ſago eſt) ad amuſſim ſervare. Sanctus Patriarcha capite undevigeſimo. *Conſideremus qualiter oporteat nos in conſpectu Divinitatis, & Angelorum ejus eſſe; & ſic ſtemus ad pſallendum, ut mens noſtra concordet voci noſtræ.* Dixerat. *Vbique credimus Divinam eſſe præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos & malos.* Spiritibus circundamur Angelicis à quibus ex ſpeciali providentia Numinis ſupremi, cuſtodimur, fovemur, dirigimur, illuminamur. Ergo Religio poſtulat, ut coram Deo & Angelis ejus loquentes, debeamus ponderare quænam inter *mentiri* & *pejerare* intercedat diſtinctio: nam qui illam benè calleat, non audebit mentiri. Omnis homo, juret, aut non, coram Deo & Angelicis ſpiritibus loquitur: ipſi, in teſtes producantur, aut non producantur, ſunt teſtes; ipſi omne deteſtantur mendacium; & ſibi injuriam meritò inferri reputant, quoties perdita ſuæ præſentiæ debita reverentia homo ab homine fallitur, aut decipitur. Ergo ſic proximum adloquamur, *ut mens noſtra concordet voci noſtræ.* Si id præſtiterimus, actum eſt de omni Reſtrictione mentali. Interim uberioris doctrinæ gratia inquiris quatuor. PRIMVM, *Quid purè mentalium Reſtrictionum nomine intelligatur?* SECVNDVM; *An nova ſint, & antiquis ignota?* TERTIVM; *An ad Theologiam, & non veriùs ad Logicam, aut fortè ad Grammaticam meram pertineant?* & QVARTVM; *An licita ſint?* Vt has quæſtiones breviter reſolvam,

Apollo mendax

Ad Galat. 3. 1.

Dar ordenes, *apud Hiſpanos militas jubere eſt.*

S. Benedict. in Reg. c. 18.

Deus ubique eſt præſens.

Vox debet menti concordare.

Omnes loquuntur coram Deo, etſi non ſemper teſtentur ſe veritatem dicere coram Deo.

Incidentes Quæſtiones.

Quid ſint Reſtrictiones Mentales.

DICO PRIMO; *Qui verba æquivoca aut generica profert, & tamen tacitus mente concipit aliquam rem, ut hac cogitatione æquivocationem tollat, aut ſignificationem generalem determinet, is ab Adverſariis dicitur mentaliter reſtringere ſignificationem vocalem*: v.gr. Occiſus fuit in foro Petrus: fuiſti præſens, & homicidam cognoſcis. Citaris à Iudice, & in Tribunali interrogaris, an ſcias, quis occiderit Petrum? & lingua reſpondes; *Neſcio*, addiſque mente, *ut tibi dicam*, ita ut illa vox externa *Neſcio*, per mentis actum, *ut tibi dicam*, reſtringatur. Ergo hac doctrina poſita opportunam poterimus definitionem concinnare, dicendo. *Reſtrictio purè mentalis eſt, vocum indeterminatè & indefinitè ſignificantium ad determinatam ſignificationem contractio*, * *non à conſignificantibus circumſtantiis externis, ſed ſolùm ab internis & audienti ignotis actibus intellectus deſumpta.* Et in illa, voces, quæ præcedunt ſtellulam * loco generis; & quæ ſequuntur poſteà, loco differentiæ ponuntur.

Ponitur illarū definitio.

Iudæis perplacent Reſtrictiones Mentales.

DICO SECVNDO; *Mentales Reſtrictiones fuerunt Theologis antiquis nota: à Iudæis admiſſa; ab Ethnicis verò & Chriſtianis rejecta, & mendaciis deceptionibuſque adnumerata. Eas Veracitati non opponi, eſt paucorum Recentiorum opinio.* Nec miror, ſi placuerint Iudæis, nam eorum genium & ingenium exæquant. In Diſquiſitione de Eccleſia Iudaica Iohannes Fechtius multa congerit, quæ poſſunt utiliter legi. Pag. 17. incipit agere de lege Dei, quam ad mentem Rabbinorum exponit. Vt pueri, ab octavo præcepto ſubducitur mendacium officioſum & æquivocatio: inquit enim *Licet uti mendacio officioſo, ait Menaſſe* in Gen. qu. 37. *& talibus ambagibus, atque intricatis verbis, & quocumq; ducantur inclinaturis.* Hanc Calviniſtæ doctrinam ſunt libenter amplexi. Teſtatur hoc citatus Fechtius: nam *pag.* 75. Paralleliſmum Iudaicæ Eccleſiæ cum cœtu Calviniano producit; & *pag. ſeq.* hæc habet [*Licitum eſt*, ita Ameſius 5.c.c.pag.410. *aliquando ſalva veritate illa verba proferre, ex quibus probabiliter novimus, auditores aliquid concluſuros falſi, & occaſionem alteri præbere errandi.*] Fechtius ſe eſſe Lutheranum fateretur: nec accuſaret Calviniſtas criminis, cui Lutherani eſſent obnoxii. Supponit igitur hujuſmodi Mentales Reſtrictiones non poſſe habere locum in ſchola Lutheri, & meritò eas Lutherani refellunt, nam eaſdem veteres Ethnici, & Patres Eccleſiæ condemnarunt. Homerus *Iliad.* I.

Etiam Calviniſtis adrident.

Cognoverunt eas veteres Gentiles & damnarunt.

Eas Lutherani condemnant, & ob earumdem uſum incriminantur Calviniſtas.

Homerus.

> Εχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
> Ος χ᾽ ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο γὰρ βάζει,
> *Exoſus enim mihi ille veluti inferni porta,*
> *Qui aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud verò ore profert.*

Et Phocylides.

Phocylides.

> Μὴ γὰρ ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ᾽ ἀγορεύων.
> *Noli aliam occultare in corde ſententiam & aliam (ore) proferre.*

Reſtringere mente eſt cautiùs mentiri.

Ecce non agunt de illo, qui unam rem ſentit, & oppoſitam dicit: nam hoc eſt apertè mentiri: ſed de illo, qui mentitur cautius; & rem, quam mente concipit, dividit, & alteram partem ore profert, & alteram in cordis receſſu ſe intellectu occultat: & id facit, qui reſtringit mentaliter.

Cicero.

A mente provenit Reſtrictionum malitia.

Proderit hic ponderare verba Tullii *lib.* 1. *offic. & in Orat. pro Roſcio* dicentis. *Et quæ pœna à Diis immortalibus perjuro & mendaci conſtituta eſt? Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur*, (nam, ſi in caſu paulò ante poſito, rogaris, an homicidam cognoſcas? & dicas *Neſcio*: *non cognoſco*; hæc verborum pactio reſpondet etiam menti vel ex parte: nam cum mente dicis *Neſcio, ut tibi dicam*, mente etiam dicis *Neſcio*.) *ſed ex perfidia ac malitia, per quam* (addendo in mente illud, *ut tibi dicam*, quod non erat in ore) *inſidiæ tenduntur alicui, Dii immortales iraſci, ac ſuccenſere conſueverunt.* Illud exhibeo exemplum, quod proponit Octavius Boldonius *in epigraph. lib.* 6. *membr.* 2. *pag.* 698. *b.* dicens. *Apud Ciceronem, cùm Titius pila luderet, & idem ſigna ſtatua nolla frangere putaretur, gregaleſque, cur in campum non veniſſet, requirerent, excuſavit Veſpa Terentius, quòd* eum brachium fregiſſe *diceret, quaſi diceret ſibi; ſed ſubticuit cui; ſubintelligens, ſignis Deorum* &c. Interim cum Cicerone Veteres Veſpam mendacii incuſant; nam hæc verba, *Titius fregit brachium*, duos ſenſus habent: vel enim ſibi brachium fregit, vel ſtatuæ. Si primum, recurari deberet, & non poſſet in campum venire: ſi ſecundum, ſanus & incolumis eſſet, & venire potuiſſet. Ergo reſponſio per Interrogationem reſtricta, de Titii, & non de ſtatuæ brachio intelligebatur. Fuit igitur Veſpa mentitus; non obſtante Reſtrictione Mentali. Vel, ſi adhuc dubites, hiſtoriam clariùs reponamus. Dicunt Commilitones: *Cur Titius non venit in campum?* hoc eſt, *Quæ fuit cauſa ſufficiens, ne Titius veniret in campum?* Reſpondet Veſpa. *Fregit brachium*; hoc eſt, *Cauſa ſufficiens, ne in campum iret, fuit fregiſſe brachium.* Ergo cujuſcumque illud brachium ſit, Veſpa mentitur. Nam, ſi agat de

Veſpa Terentius apud Ciceronē uſus fuit Reſtrictione mentali.

Sed & fuit admiſſi condemnatus mendacii.

bra-

Digitized by Google

brachio Titii, mentitur, non enim ille confregit propeium brachium: ſi autem de brachio ſtatuæ, etiam mentitur, nam illud fregiſſe, non eſt eaula ſufficiens, ne in campum, quod debebat, deſcenderet.

Cave igitur à Veſpa Terentio; &, ne ab illo decipiaris incautè, Deum implora; quoniam vt Nicetas *Man. Comment. lib.* 7. ſcribit *Ad virum aliis inſidiantem, qui aliud lingua promptum, aliud pectore clauſum habet, cavendum magna ſapientia eſt opus: & Numinis auxilio.* An-ne poſſet aliquis Iunior clariùs loqui: expreſſiùs Mentales Reſtrictiones depingere graviùs illas damnare? Petit à teſte Iudex, *an Petrum blaſphemantem audierit?* Revera audivit: & tamen reſpondet Teſtis, *Non audivit*, & ſe non mentiri exiſtimat, quia *per nares* ſubintelligit mente; & certum eſt teſtem illum Petri blaſphemias non audiſſe per nares. Et hic ſine ſtrepitu ab amicis & amicè doceri volo, an non ſit iſte teſtis, ille ipſiſſimus vir, quem Nicetas accuſat & incriminatur; *ipſe aliud lingua promptum* (nimirum *Non audivi*) *& aliud* (*nimirum, per nares*) *pectore clauſum habet.* Ecce hic inſidiatur Iudicibus, & tam occulte & ſubdolè, ut magna ſapientia & manifeſto Numinis auxilio indigeant, qui velint ab illo cavere. Verba hæc Nicetæ profert Langius *in Florileg. verb. Sapientia column.* 2491. Et quia mihi placuerunt, ad numeros ſequentes reduxi.

An Nicetas Mentales Reſtrictiones cognoverit, eruditè deſcripſerit, & ſincerè damnaverit?

Occurſare viro (*cornu ferit ille*) *caveto.* Virgil. Eclog. 8.
Qui ore refert aliquid, aliudque in pectore ſervat [a]

a] in *aliquid* ultimam cæſura producit.

Audi etiam Chryſoſtomum ſuper illud Matthæi, *Dico autem vobis nõ jurare omninò*, declamantem *Quacumque arte verborum qui juret, Deus tamen qui conſcientia teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, qui jurat intelligit. Dupliciter autem reus fit: quia & nomen Dei in vanum adſumit, & proximum dolo capit.* Et habetur 22. *quaſt.* 5. *can. Quacumque.* Et in his verbis duo perpende: *Alterum* in perjurio plura ſimul peccata committi: quoniam in perjurio officioſo, dupliciter peccat perjurus, & in pernicioſo tripliciter. Nam peccat primò, quia mentitur: peccat ſecundo, quia Deum in teſtem falſitatis adducit: & peccavit tertiò, ſi mentiendo proximum occidat aut ſpoliet; & ideò in genere damni, quod infert. Sed hoc jam ſuperiùs expoſui. *Alterum* (& hoc huc ſpecialiter pertinet) quod perpendere impræſentiarùm liber, & S. Ioannem Chryſoſtomum Reſtrictiones Mentales cognoviſſe & notas condemnaſſe. Non dixit, *Qui pejeret*, Sed *Quacumque arte verborum quis juret.* Ergo erant etiam illo tempore, qui utebantur arte, qua verba fingerent in juramentis. Et non obſtante, hac arte, juramenta verbis artificioſè diſpoſitis inhærentia, eſſe perjura aſſerit. Omnem ergo ſimilem verborum artem eſſe fraudem exiſtimat, & apud Deum & homines deteſtabilem eſſe. Conſonant alii Patres, præcipuè Auguſtinus qui *libro de vitiorum & virtut. conflictu* (& habetur 22. queſt. 2.) ſic inquit *Nec artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo oportet quempiam decipere, quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam ſuam.* Ecce duo genera mentiendi admittit: alii enim mentiuntur ſimpliciter, & alij artificioſè: ſimpliciter qui veritatem rotundè negant; artificioſè, qui per mentalium Reſtrictionum artificium, cùm maxime mentiuntur, ſe non mentiri, perſuadere conantur.

An S. Ioannes Chryſoſtomus cognoverit Reſtrictiones mentales? an & damnaverit?

An plura ſint peccata in perjurio.

Quid ſit tum arte verborum jurare.

Quomodo mendacia ſimplicia ab artificioſis diſtinguantur?

Dico tertio. *Quaſtio qua inquirit* an dentur Reſtrictiones purè mentales? *hoc eſt* An poſſibile ſit, ut verba generica aut æquivoca per meros mentales actus, quos loquens elicit, & audiens neſcit, reſtringantur, contrahantur, ad ſpecialem ſignificationem determinentur? *eſt merè Logica*, (*aut, ſi velis, eſt merè Grammatica*) *& à Theologo ſupponitur jam à Logica deciſa, non verò diſcutitur & examinatur.* Sane reſpondemus ut Logici hujuſmodi Reſtrictiones, quas *mentales* appellant, eſſe impoſſibiles. Sed hoc uberiùs *Art.* 2. *concl.* 3. demoſtrabimus.

An Reſtrictiones mentales ſint poſſibiles?

Ad quam ſpeciem Facultatem hæc Quaſtio?

Dico Qvartò. *Quaſtio qua inquirit*, an illæ licitæ ſint? *Thologica eſt, ſed à Logica pendens.* Statui eſſe Theologicam; quia convertit oculos ad Deum, & inquirit, An mentales iſtæ reſtrictiones legẽ Dei violent, & octavo Decalogi præcepto opponantur? Dixi pendere à Logicâ; quia, ſi hæc Scientia (nempe Logica) oſtenderet dictionum æquivocarum aut generaliter ſignificantium, per actus merè internos & audienti ignotos, acceptione reſtringi; eſſe licitum uti talibus Reſtrictionibus, ſtatim reſponderet Theologia; ſed quando demonſtrat Logica vocum materialium per actus immateriales Reſtrictiones impoſſibiles eſſe, debet definire Theologia, verba ſiquidem non fuerunt ullo modo reſtricta, ſed in ſua generali ſignificatione remanſerunt, & in hac ſunt falſa, & pronuntiata cum intentione fallendi eſſe vera mendacia, nec poſſe aliqua arte aut exeuſatione emaculari. Sed alterutrum debeat admitti, ex dicendis conſtabit. Tu interim mecum diſcurras ſic.

Quaſtio, an ſint licitæ ad Theologiam ſpectat.

Quomodo hac diſcurras?

Aut quod eſt in ore, eſt in corde ſeu mente: aut aliud. Si verba menti conſonant,

An verba materialia actibus ſpiritualibus reſtringi poſſint.

Quid ſit Mentiri?

concordant, reſtringi mente nequeunt, nihil enim à ſeipſo reſtringitur, ſed ab alio. Ergo, ut reſtringantur à mente hominis verba, debet neceſſarió plus eſſe in mente, quã in lingua, & tunc non concordabunt verba mentis & ſi non concordabunt, in mentẽ ibunt, & fallaciæ crimine inquinabuntur nam *mentiri* (ut ratio vocis ab omnibus recepta ſtatuit) *eſt contra mentem ire*.

An Adverſarii in Sacramentali Confeſſione utantur Reſtrictione mentali

Porro, ſi Reſtrictiones Mentales labe mendacii carerent, etiam illis pœnitens in Sacramentali Cõfeſſione uti poſſet: nã eſt integra Cõfeſſio, quæ ſine mendacio pronuntiatur. Sed illis pœnitens in Confeſſione uti non poteſt. Non ergo mendacii labe carent. Vt minorem perſuadeam, Pono Petrum die Paſchatis non audiviſſe miſſam. Habet in mente hunc actum, *ſemper audivi Miſſam, excepto die Paſchatis*, & ore profert hunc, *ſemper audivi Miſſam*. An benè ſuam conſcientiam exponit? Si dicas, Petrum confeſſum eſſe bene, quia verba ipſius per mentem reſtricta, ſunt vera: dicam, ego Petrum peccatum mortale ſubticuiſſe, confeſſionem ſuam in re gravi fuiſſe mendacem, ac propterea ſacrilegam, & eum non ſolum non emaculari à peccatis confeſſis, ſed novum valde grave committere. Pono Ioannem hac Quadrageſima tantum diebus Veneris jejunaſſe, & comediſſe bis aut pluries aliis omnibus diebus. Poſt Paſcha ad pedes Confeſſarii provolvitur, & habet hanc accuſationem in mente; *In hac Quadrageſima nunquam jejunavi, niſi feriis ſextis*. Eſt verax. At hanc exponit ore. *In hac Quadrageſima nunquam jejunavi*. Si putes, verum dicere, quia verba reſtringuntur à mente: te decipi, inquam ego, & illum mentiri. Addam eum peccata, quæ ſcit ſe non commiſiſſe, confiteri: adeoque non expiaſſe conſcientiam, ſed novum ſcelus patraviſſe. Ergo ſi in Sacramentali Confeſſione homo uti nequit mentalium Reſtrictionum doctrina, illæ mendacia puta ſunt, & extra Confeſſionem etiam in familiari colloquio exſecrandæ.

Tam eſt peccatum mortale in confeſſione ſacramentali tacere mortale peccatum, quod commiſiſti; quã dicere, quod nõ commiſiſti.

CAPVT I.

Argumentis quæ hoc Capite Primo proponuntur diſſolventur.

Teſtimonia, quæ pro Mentalibus Reſtrictionibus adduci ſolent, accuratè proponens.

PROLOGVS.

An, & quando à Deo ad Homines, & à Sanctis & Perfectis Hominibus ad cæteros valeat Argumentatio?

Cur hæc Quæſtio excutiatur?

QVi Intellectuales Reſtrictiones tuentur, his interdum, & ſimilibus Argumẽtis Sententiam ſuã perſuadere conantur. *Deus uſus Reſtrictionib⁹ fuit, fuit etiam Chriſtus, fuit etiam Sanctus N. aut N. Ergo & nos illis uti poterimus*. Et quia fruſtra de Antecedentium Veritate inquiremus, niſi de bonitate & efficacia Conſequentiæ conſtiterit, ſub initium antequã ad ſimilium Argumentorum formationẽ & ſolutionem devenias, præſcire vis, *An talis argumentandi modus admitti poſſit in Severa Dialecticâ?*

SECTIO I.

Præmittitur Sententia Negans.

NEgant aliqui à Deo aut Sanctis ad nos legitimè argumenta deſumi; & probant.

Primò, *Quoniam, ſi ſemel obtineret hæc Logica, plurima abſurda ſequerentur*. Et, ut hanc Conſequentiam probent, dicunt *In Deuter. inquit Dominus. Ego occidam, & ego vivere faciam, percutiam & ego ſanabo, & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere. Abrahamus Iſaacum filium ſuum innocentem occidiſſet, niſi divinitus impediretur. Moyſes, Ioſue, David, & alii Viri* Deuteron. 32. 39.

An homicidia liceant?

San-

Sancti, quos Sacra Scriptura commendat, commiſere homicidia? Ergo cuicumque homini licet quemcumque hominem, etiam innocentem, occidere. Negant Conſequentiam univerſi Theologi. Cùm, quia Deus occidendo hominem, etiam innocentem, utitur jure ſuo; eſt enim ſupremus & proprietarius omnium hominum dominus, Et Sancti (Abrahamus, Moyſes, Ioſue, David, &c.) juſſi à Deo, debuerunt imperanti obedire. Non ergo quæ illi juſſi fecerunt, poterimus nos injuſſi facere. Hanc doctrinam didici ab Auguſtino, qui *libr. 1. de Civit. Dei c. 26.* poſtquam illos laudavit, qui ex conſilio Dei ea fecerunt, quæ non potuiſſent privata authoritate, ſic concludit. *Cùm Deus jubet ſeque jubere ſine ullis ambagibus intimat,* [*] *quis obedientiam in crimen vocet? quis obſequium Pietatis accuſet? Sed non ſine ſcelere facit quiſquis Deo immolare filium decreverit, quia hoc Abraham laudabiliter fecit.* Et cur? Quia damnaretur Abrahamus, ſi id feciſſet injuſſus; laudatur quia juſſus. Et non licet Titio privata authoritate facere, quæ Patriarcha ille fecit imperio manuductus Divino.

*] Nota, ut Dialexin *de nõ Contradicendo* exornes, illa Sancti Doctoris verba, *ſine ullis ambagib⁹* accipe. Eſt .n. in poſſeſſione Decalogus, & ut contrà ſine culpa opereris certitudo requiritur.

Probant eamdem Opinionem ſecundò, quia non eſt bona Conſequentia. *Oſeas fornicatus eſt licitè, Ergo & cæteri homines poterunt licitè fornicari.* Nam vel *Fornicationis* nomine intelligitur viri & fœminæ ſolutorum commixtio, vel commixtio interdicta. Si primum, verè & propriè fuit fornicatus Oſeas, nec tamen inde ſequitur licere cæteris fœminas ſolutas cognoſcere. Si ſecundum dicatur, habet hæc Argumentatio quatuor terminos, non enim eadem fornicatio in Concluſione ponitur, quæ in antecedenti ponebatur. Hanc viam iniit P. Ioannes Tabiena Theologus Dominicanus (a) Tabiena *in Summ. verb. Fornicatio. num.* 1. ſcribit enim (Quod autem dicitur de Oſea non fuit propriè fornicatio, quia Deus diſpenſavit. Similiter Abraham & Iacob habuerunt plures uxores ex diſpenſatione Divina. Iudam autem non oportet à peccato excuſare, quia etiam fuit in venditione Ioſeph. &c.) Ergo quod Oſeas fecit licitè, non fecit Iudas licitè, quia illum præceptum affirmativum excuſat, hunc autem negativum incuſat. (Et quidem Oſeam verè ex Dei mandato cognoviſſe non ſuam in Intentionali Theologia perſuaſi.)

Quid fornicatio propriè ſit?

a] Volui hunc authorem adducere, quoniã PP. Dominicani communiter aſſerunt, non poſſe Deũ fornicatione in diſpenſare.

Hinc nonnulli Theologi, tametſi fateantur Deum mentiri non poſſe, concedunt poſſe Deum diſpenſare in mendacio & quia dicunt Reſtrictiones Mentales, quas vocant, eſſe pura mendacia, illas negant in Deo, in Sanctis aliquibus concedunt, negant autem eſſe licitas nobis; Sanctis enim talibus uti Reſtrictionibus licuit, quia Deus diſpenſavit: & nobis illis uti non licere, quia nobis non conceditur hæc diſpenſatio.

An poſſit Deus diſpenſare in mendacio?

Probatur Tertiò eadem Reſolutio. Multi enim eruditi Theologi inter Mendaciũ & Reſtrictionem Mentalem diſtinctionem reperiunt, aſſeruntque illud eſſe intrinſecè malum, hanc extrinſecè ob interdictionem Divinam: & hanc ob rem Deum non poſſe mentiri, at poſſe Intellectualibus Reſtrictionibus uti & poſſe hominibus loquendi cum hujuſmodi Reſtrictionibus facultatem concedere. Et his præmiſſis ſtatuunt, ab illis, qui talem habuerunt facultatem à Deo, ad illos, qui non habent non poſſe legitimum argumentum deduci. Hanc viam iniit Barneſius, cujus Emonetius Reſolutionem improbat. Sed male impugnari Barneſium, P. Ioannes Poncius *tom. 4. in 3. ſent. diſt. 38. quaeſt. unic. num. 90. pag. 615. a.* probaturus, ſic inquit. (Reſponſionem improbat Emonerius; ſed certè ex ſuppoſitione ſententiæ Nominalium, & aliorum de diſpenſabilitate in mendacio, reſponſio eſt optima; imò quāvis ſit aliqua differentia inter mendacium & orationem reſtrictam, ratione cujus mendacium eſſet diverſæ, & gravioris malitiæ, quam oratio reſtricta, ad huc valeret illa reſponſio, quia poſſet oratio reſtricta habere talem malitiam, ut quamvis Deus poſſet in ea diſpenſare, non tamen homines, quemadmodum omnes admittunt de homicidio innocentis. Hoc autem ſuppoſitio non ſequeretur: *Chriſtus, Prophetæ, Angeli boni uſi ſunt tali oratione: Ergò talis eſt licita hominibus ſine ſpeciali Dei conceſſione.* &c.)

An interdictæ divinitùs ſint Reſtrictiones, etſi non ſint mẽdacia?

An diverſa ſit Reſtrictionis malitia à malitia mendacii?

An à Chriſto, Prophetis, Angelis, &c. ad nos Conſequentia admittatur?

SECTIO II.

Vera Sententia proponitur & dilucidatur.

HIs tamen non obſtantibus Controverſiam decido, totamque ad duas Concluſiones reduco. Sit

PRIMA. *A Deo ad Creaturas ſive ad materiam Realem Quaeſtio, ſive ad Moralem ſpectet, non ſemper eſt bona Conſequentia.* Patet, quia Deus Mundum creavit, & illum in nihilum poteſt redigere. Occidit & vivere facit. &c. Se adorari ab hominibus præcipit. &c. Et tamen homines, nec poſſunt vel formicam creare, nec arenæ granulum adnihilare. Nec quempiam ſemel mortuum virtute propria ſuſcitant, nec vivum licitè privata authoritate interficiunt. Et deliravit Alexander, & cum

Inter Deum & Homines quanta ſit differentia?

An delirarint illi, qui ut Dii coli voluerunt?

co

Digitized by Google

co quotquot Imperatores Divinos honores affectarunt.

An his & nunc bona ſit Conſequentia?

SECVNDA. *In hac determinata materia, de qua impræſentiarùm diſputamus, à Deo & Viris Sanctis ad Nos legitimè Conſequētia decurrit.* Corollarium. *Ergo, ſi Mentalibus Reſtrictionibus utitur Deus; Ergo, ſi Patriarcha, quos Sacra Scriptura commendat; ſi Eccleſiæ Patres, quorum vita nobis in exemplum proponitur, aliquando uſi ſunt oratione per actus Intellectus reſtricta, & nos illos imitari poterimus.* Probatur; quoniam contra Mentalium Reſtrictionum uſum argumentamur ſic.

Ratio unica, qua impugnantur Reſtrictiones Mentales.

Oratio per ſolum intellectum reſtricta eſt purum mendacium. At hominibus mentiri non licet. Ergo nec uti oratione per ſolum intellectum reſtricta.

Hæc eſt unica ratio, quâ utuntur, qui hujuſmodi Reſtrictiones eſſe poſſibiles realiter, quod nos negamus, contendunt; ex aliis autē fūdamētis perſuadere conātur eſſe innocentes & licitas. Ego autē, ut illicitas eſse perſuadeam, nec alia utor, nec aliam habeo. Conſequentia eſt legitima. [*]Minor ad Orthodoxæ Fidei Dogmata pertinet. Ergo de ſola Majori eſt diſputandum. Si enim illa eſt vera, corruit tota Mentalium Reſtrictionum Doctrina: & ſi eſt falſa, eadē Doctrina tota ſtat. Sed quo ab Adverſariis modo oppetitur & impugnatur illa Major? Argumento ſequenti.

*] Hic ſyllogiſmus eſt in *Camene*, Modo Formæ Platonicæ.

Propugnantium Reſtrictiones Mentales primaria ratio.

Deus mentiri non poteſt. At Deus poteſt uti Reſtrictione Mentali. Oratio ergo per ſolum Intellectum reſtricta non includit mendacium. Probatur Minor. *Vſus enim fuit interdum hujuſmodi Reſtrictione de facto.*

Et illud hoc, quod præcedenti eſt analogum, roborant & confirmant.

Purè intellectualibus Reſtrictionibus uti, non eſt peccatum. Ergo nec eſt mendacium.

Secunda.

Patet Conſequentia, *Quia omne mendacium eſt peccatum.* Suadetur antecedens primò. *Nam Patriarcha in his, quæ à Sacrâ Scriptura laudantur, non peccarunt. At in iis ſæpe uſi ſunt Reſtrictione Mentali. Hac igitur innocens eſt, & caret malitia peccati.* Suadetur ſecundò, *Nam in Novo Teſtamento multi Sancti uſi etiam ſunt Reſtrictione Mentali.*

Nota illud in his, in quibus à Sacra Scriptura laudātur. *nam illi homines fuerunt; & ſaltem venialiter ſæpe peccarunt.*

Manent ergo in arenâ & debent ab Adverſariis probari iſtæ Propoſitiones.

Quid perſuadere noſtri Adverſarii debeāt ut evincāt, admittendas eſſe Reſtrictiones Mentales?

PRIMA. *Deus uſus eſt aliquando Reſtrictione mentali.*

SECVNDA. *Patriarcha & Viri Sancti, qui à Deo in Sacra Scriptura laudantur, etiam illa ſunt uſi.*

TERTIA. *Sed & eadem interdum uſi ſunt Viri in Eccleſia celebres, qui jam Cælitum Albo autheritate Apoſtolica inſcripti, à Mentalibus Orthodoxis coluntur: & alii Heroes Sanctiſſimi, quos nemo volet accuſare mendacii.*

Ex eis, & ex ipſarum qualibet hanc Conſequentiam inferri legitimè fateor.

Non de Conſequentia, ſed de Veritate Antecedentium diſputatur.

Vſus ergo purè Intellectualium Reſtrictionum eſt licitus.

Ergo, ſi Adverſarii aliquam ex his tribus Propoſitionibus legitimè probent, do manus.

Ecce adſunt. Illas ſe probaturos animosè promittunt. Et Nos, ut eluceſcat Veritas, eorum Argumenta auſcultabimus & in hoc ipſa capite per Articulos ſequentes diſtribuemus.

SECTIO III.

Ante argumentorum ſolutionem, circa veram Decalogi (Naturalis Legis) intelligentiam, nonnullas generales Doctrinas ſcitu dignas prælibo.

PRalibo dico non *ediſſero*; non enim eſt animus ea fusè diſcutere & tractare quæ in Theologiâ noſtrâ Fundamētali, & Intentionali jam olim fuerant diſcuſſa. Occaſione ergo octavi Præcepti Decalogi, proponam aliqua, quæ cætera Præcepta dilucident; manuducantque nos in aliis omnibus difficultatibus. Attende igitur; quoniam ſic inquam.

Cur tam breviter hæc exponantur?

Malitia in Intrinſecā Extrinſecamq; neceſſariò dividitur. Illa actum humanum permeat, & ab illo nec poteſt ſeparari divinitus: hæc formaliter dicit violationē præcepti.

De intrinſeca & extrinſeca actuum humanorum malitia.

Vtraque in Philoſophicam, Theologicamq; ſubdividitur. Et prior præſcinditur à Deo: illamque altera intrinſecè aut extrinſecè dicit.

De Philoſophica & Theologica.

Primum Ethicæ Chriſtianæ Fundamentum eſt, *Deo eſt obediendum.* Et hoc maneret etiam ſi Deus nihil prorſus, præciperet: unde, ſi Deus nihil omninò præcepiſſet, adhuc peccaret, qui diceret, *ſi Deus mihi hoc præcipiat, non faciam.*

Ethica Primum Fundamentum

Præceptum duplex eſt; Poſitivum videlicet, & Negativum. Illud rem jubet fieri, hoc non fieri.

De Præceptis Poſitivis & Negativis.

Præcepta omnia Divina, quæ in Decalogo, habent vim legis ſimul Poſitivæ, & Negativæ.

In Prima Tabula Præcepta Poſitiva ſunt hæc. *Crede Deo, Spera in Deo, Ama Deum. Si Veritas & Neceſſitas concurrat, jura per Deū. Sume tempus ſufficiens, ut animā tuā ſanctifices, hoc eſt, ut ſanctificantem gratiam ſi illam habes, conſerves, & ſi non habes, per actum veræ Pænitentiæ recuperes.* Et in Secunda. *Honora Patrem tuum, & matrem tuam.*

Præcepta Poſitiva Decalogi.

Digitized by Google

tuam. Iuva proximum ut vitam conſervet. In matrimonio redde debitum. In gravi proximi neceſſitate eleemoſynam eroga. Proximo, ſi indigeat, veritatem revela.

Præcepta Negativa.

Noñum & Decimum Præceptum peccata interiora concernunt.

Negativa autem in Prima Tabula hæc Præcepta reperio. *Ne decrede Deo. De miſericordia Dei ne deſpera. Ne odio habeas Deum. Sine Veritate & neceſſitate ne jures. Ne ſanctitatem, ſeu gratiam Divinam contemnas.* Et in ſecunda, *Ne dehonores Patrem tuum, aut matrem tuam. Ne occidas. Nulla extra matrimonium libidinoſa voluptate fruaris. Ne fureris. Ne mentiaris.*

An poſitiva Prima Tabulæ Præcepta ſint eſſentialia, & ſimilia huic, Obediendum eſt Deo?

Contendit P. Ioannes Poncius hæc eſſe præcepta ſimilia. *Obediendum eſt Deo. Credendum eſt Deo. Sperandum eſt in Deo. Amandus eſt Deus.* Et infert, ſicut primũ, ſic & alia tria eſſe eſſentialia intrinſeca & indiſpenſabilia. At vir doctus decipitur: nam illud primum, etſi verbis poſitivis pronuncietur, eſt Negativum, videlicet *Non ſunt violanda Dei præcepta.* Ergo non erit ſimile his, *Crede, Spera, Ama.* &c. ſed his *Ne decrede, Ne deſpera, Ne odio habeas.* &c. Et id manifeſtè demonſtro: quoniam inter *credere* & *decredere* datur medium, videlicet neutrum facere. Similiter inter *ſperare* & *deſperare*; & inter *amare* & *odio habere* datur mediũ, nam poteſt homo neutrum facere. At inter *obedire* & *deobedire* non datur medium, quoniam non obedire eſt deobedire, & non deobedire eſt obedire. Ergo in materia Obedientiæ Præceptum poſitivum coincidit cum Negativo.

An inter obedire & non obedire detur medium?

An Deus poſſit præcipere omnia illa, quæ in Decalogo inhibet?

Contendit P. Ochamus poſſe Deum, quæ in Decalogo interdicit, jubere. Adeoque exiſtimat eſſe poſſibilia hæc Divina Præcepta. *Adora Deos alienos. Deo ne credas. In eo ne confide. Eum odio habeas. In eum blaſphemes. Perjuria committas. Feſta violes. Parentes dehonores. Occidas. Mœcheris. Fureris. Mentiaris. Facias concupiſcere. Concupiſcas.* &c. Et hodie Ochamo aliqui Viri docti aſſentiuntur. Ego autem, ſicut nec omnia nego, ſic nec omnia quæ tradit Subtiliſſimus Magiſter Nominalium admitto. Vtar igitur diſtinctione opportuna: nam quoad ſecundam Tabulam ejus ſententiæ aſſentior; quam puto demonſtrari ab Oſea, cujus Hiſtoriæ nunquam bene Adverſarii reſpondent. Quoad primam autem ab eo diſſentio, & puto me id quod dico, evidenter oſtendere. Sic enim arguo. Repugnantia Deus non poteſt facere. At hoc præceptum, *Odio habeas me*, repugnantia involvit. Nequit igitur Deus homini, aut Angelo hoc præceptum imponere. Multa poſſem, ut Minorem probem, Sacræ Paginæ Teſtimonia proponere, at ne nimis diffundar, adducam unum ex Evangelio Sancti Ioannis teſtimonium tantummodò; ibi enim ait Dominus Noſter Ieſus-Chriſtus. *Si diligitis me, mandata mea ſervate.* &c. *Qui habet mãdata mea, & ſervat ea, ipſe eſt, qui diligit me. Qui autẽ diligit me, diligetur à Patre meo & ego diligã eũ, & manifeſtabo ei meipſũ.* &c. Ex quibus ego Chriſti verbis iſtud ratiociniũ efformo. Qui Deo indicẽti, *Odio habeas me*, obediret, duos actus cõtrarios & inter ſe repugnantes cõponeret. At id, nec Angelus, nec Homo poteſt facere. Neuter ergo Deo indicenti, *Odio habeas me*, poterit obedire. Ergo, nec Deus tale poteſt præceptum imponere, Deus enim non poteſt impoſſibilia præcipere. Probatur Major. Ille, ſi tali præcepto obediret, Deum odio haberet; nam id eſt, quod tunc illi præciperetur. At tunc, & in ipſomet actu, Deum amaret. Deum ergo odio haberet, & diligeret ſimul. Probatur Minor, nam teſte Domino noſtro Ieſu-Chriſto, obedire eſt diligere.

An repugnantiam involvat hoc præceptum, Me odio habeas?

Ioann. 14. 15. 21. 20.

An obedire ſit amare?

Neque Deus impoſſibilia jubere.

Nullum Deus actum intrinſecè malum poteſt facere, ſive de Philoſophica, ſive de Theologica malitia diſputetur. Non ergo poterit Deus ſe odio habere. Non juramentum violare. &c. quia hæc ſunt mala Theologicè & intrinſecè. Non poteſt privata authoritate aliquem occidere, nam eſt Supremus Imperator, & hominũ univerſorum Dominus. Non poteſt libidinari, quoniam eſt incorporeus. Non poteſt mentiri (& hic ſpecialiter hærere tantiſper poterimus) nam mendacium eſt actus philoſophicè malus, & repugnat, ut Deus aliquem actum indecens, & malum philoſophicè eliciat.

Non poteſt Deus actum philoſophicè malum elicere.

Mendacium eſſentialiter indecens eſt.

In ſecunda Tabula (quidquid de prima ſit; nam mendacium, de quo ſpecialiter agimus, non ad primam, ſed ad ſecundam pertinet) poteſt Deus contradictoriè & cõtrariè diſpenſare, illa, quæ inhibet, permittendo, aut mandando: Oſeæ enim non ſolùm permiſit, ſed & præcepit, ut ad non ſuam ingrederetur.

An Deus poſſit diſpenſare in Decalogo?

SECTIO IV.

Satisfit Argumentis contrariis.

SVpereſt, ut tandem Ratiociniis in initio poſitis ſatisfaciamus.

Sapè hanc, *Deus & Viri Sancti purè Intellectualibus uſi ſunt Reſtrictionibus, Ergo & nos poterimus*, eſſe bonam conſequentiam aſſerimus; & addimus, actum fore de noſtra Reſolutione ſi antecedens Adverſarii probaverint. Vt autem Conſe-

An à Deo ad Homines legitima Conſequentia decurrat?

ſequentiam hanc non eſſe bonam ſuaderetur, tria argumenta Sect. I. objiciebantur.

Cur à nobis reprobentur Reſtrictiones Mentales?

Reſpondemus ad Primum diſtinguendo: tametſi enim à Deo ad creaturas ſæpe non valeat Conſequentia, valet impræſentiarùm videlicet in hac materiâ. Quoniam ſi Reſtrictiones Mentales in ſuo conceptu non imbibunt mendacium, nobis licent. Et, ſi Deus illis uti poteſt, mendacium in ſuo conceptu illæ non imbibunt; non enim Deus poteſt mentiri. Ergo, ſi Deus illis uti poteſt, etiam & nos poterimus.

An aliquando Deus in mendacio diſpenſet?

Ad Secundum negamus Deum aliquãdo diſpenſaſſe in mendacio. Et inde inferimus Reſtrictiones Mentales illud in ſuo conceptu non includere, ſi verum ſit iis uſos fuiſse ſine ullo peccato Viros doctos & ſanctos: ubi enim de Virtutibus & Peccatis diſſerimus notitiam Legis ſufficientem ſupponimus: eſt enim generalis excuſatio, quæ ab inſuperabili ignorantia deſumitur. Et ſubinferimus. Ergo, ſi doctis & ſanctis Viris uti hujuſmodi Reſtrictionibus licuit, etiam nobis licebit.

De ignorantia invincibili.

In quo conſiſtat Mentalis Reſtrictionis malitia?

Ad Tertium negamus, aliam in Oratione purè intellectualiter reſtricta interdici malitiam, quàm malitiam mendacii; quam ob rem, ſi ipſa labe mendacii caret, etiam peccati labe caret. Ergo illa, ſi à mendacio condiſtinguitur, nunquam fuit interdicta divinitùs; Ergo Sancti, ut oratione taliter reſtricta ſine culpa uterentur, nulla indiguerunt diſpenſatione. Ergo nec nos ulla indigebimus. Ergo, ſi illi potuerunt licitè & nos poterimus.

Reſolutio.

Stat ergo bonam eſse Conſequentiam à Deo & Viris Sanctis ad Nos in præſenti materiâ. Ergo, ſi Adverſarii Deum probent uſum fuiſse aliquando Reſtrictione Mentali, ſi Patriarchas aut Viros ſanctos & doctos ſaltem, ſuum habebunt intentum.

Reponitur Adverſariorum Argumentum.

Interim aliquid hic meum Lectorem monebo. Ipſi ratiocinãtur ſic. [*Deus mentiri non poteſt. At ſæpe in ejus ſanctis verbis reperiuntur Reſtrictiones Mentales. Iſtæ igitur ſunt innocentes; ſunt innoxiæ; & ab omni mendacii labe immunes*] Non urgeor. Vana enim veterum Græcorum & Romanorum, nec non recentia Orientalium, Occidentaliumque Philoſophorum Numina, (quibus Deum corporeum, & materialem adde, quem Mahometus delirat) à Chriſtianorum Deo, cæli & terræ conditore diſtinguendo reſpondeo. Illa vitiis onuſta, nec non mentiri ſolita, uſa fuerint Mentali Reſtrictione, ſi velis; id enim Conradus Celtes innuit, ubi Mercurium *vafrum* nominat: inquit enim, *aut vafer doloſo Mercurius gradiens galero*; id Mirandula

Qualia fuerint Gentilium Numina?

Mercurius vafer.

ubi Phœbum vana loqui fatetur, dicens

Apollo augur & vanus.

Delphica vaniloqui cantare oracula Phœbi.

id Virgilius qui *Æneid. libr.* 4. illum appellat *Augurem.*

—— Nunc augur Apollo,
Nunc Liciæ ſortes.

De Augurum reſponſis.
Qualia fuerint?

Vana enim erant, quæque olim Reipublicæ manifeſto periculo ab Auguribus Populo Romano indicebãtur. Et præter alia multa occurrit inſignis apud Virgilium locus, in quo & ironicè loquitur, verbaque ſua quadam intentione ſecunda Iuno aut etiam Reſtrictione Mentali, ingenioſè colorat. Vbi enim perſenſit Reginam Libyæ Dido, captam amore Æneæ, de connubio & throni conſorte cogitare, *ſalibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.*

Virgil. Æneid. lib. 4.

Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis
Tuque, Puerque tuus magnum & memorabile Numen,
Vna dolo Divûm ſi fœmina victa duorum eſt.
Nec me adeò fallit veritam te mœnia noſtra
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.

Iunonis verba ironica.

Ecce in primo & ſecundo Iuno verſu ironicè loquitur: in tertio Veneri & Cupidini dolos exprobrat; in cæteris rem ipſam ſe non ſcire ſed opinari & rimari fatetur. Pergit poſtea; &, ut decipiat Venerem, verba profert, quibus ἁπλότητα, *ſinceritatem* ſimulet, πανοῦργημα, *vaframentum*, diſſimulet. Illa ſubſcribo.

Doloſi & ignorantes fuerunt Dii.

Etiam malitioſi & fallaces.

Sed quis erit modus? aut quò nunc certamine tanto?
Quin potiùs pacem æternam, pactoſque Hymenæos
Exercemus. Habes quod tota mente petiſti.
Ardet amans Dido, traxitque per oſſa furorem.
Communem hunc ergo Populum, paribuſque regamus
Auſpiciis; liceat Phrygio ſervire Marito,
Dotaleſque tuæ Tyrios permittere dextræ.

Iunonis verba cum ſecunda intentione prolata.

Sed, quia ſummè eſt difficile adverſam verbis mentem diſſimulare [unde ſcitè ait Hiſpanus, *Mas preſto ſe coge el mentiroſo, que el coxo*; hoc eſt.

Quàm ſit difficilis Diſſimulatio?

Mendacem citiùs, quàm claudum, intercipit inſons.]

ratò, aut nunquam, homines vafri & callidi reſtricta oratione abutũtur, quin vel per vocis tonum, ſeu vultus geſtum, aut oculorum motum, emerget ſanies, quâ manant cordis latentis ulcera. Saltem Iuno, tametſi

Tandem animi fallaces ſe produnt, & quaſi per rimas ſe inſinuant.

metſi Dea,non ita ſcivit diſſimulare, quin malitiam Venus, & animi nequitiam perciperet. Quod nos monet Virgilius; nam ſtatim ſubſcribit.

Olli(ſenſit enim ſimulatâ mente loquutam.
Quò Regnum Italiæ Libycas adverteret oras.)
Sic contra eſt ingreſſa Venus. Quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello,
Si modò quod memoras factum fortuna ſequatur?
Sed fatis incerta feror.&c.

De Gentilium Deorum ignorantia & malitia.

Nota illud *ſimulata*, iſtud *incerta*: & ex hoc verbo collige, Gentilium Romanorum Numina,eorum etiam ſententia,ſummis præpediri ignorantia; & ex illo, nihil ab illis debere ſperari ſinceri. Diſſimulare,ſimulare, ſecundas habere intentiones, oratione reſtricta uti vel abuti dicantur; per me ſtat; modò, ſentiamus Vero cum fictis Deo nihil eſſe commune: quoniam *Deus eſt Sapientia immenſa, infinita ſinceritas. Eſt oculus, qui univerſum diffuſus, omnia proſpicit,& intuetur. Falli nequit, quoniam* παντόσοφος, omniſcius *eſt, & nequit fallere, quoniam* πανάγαθος, omnibonus [*] & totaliter benignus *eſt. Ex infinita Mente Verbum infinitum progignit; adeoque ita ſua Mente æquale,ut nil in ipſa ſit,quod id non exprimat;nil in ipſa,quod id poſſis reſtringere.*

Qualis ſit noſter Deus.

*] Plato epiſt. 8. Igitur opinione Platonis non in omnia bona ſunt totalia.

Talis eſt Deus in quem credo & ſpero, quem amo,ſuſpicio,& adoro. Et hanc ob rem aliter Ego formarem argumentum; quoniam dicerem ſic. [Deus non poteſt mentiri. Sed Reſtrictiones Mentales ſunt quædam manifeſta mendacia. Ergò Reſtrictionibus Deus uti non poteſt] ſed quidquid de hoc noſtro Syllogiſmo ſit, ad priorem ab Adverſariis concinnatum, oculos convertamus. Conſto iis, quæ hucuſque edifferui, & pronuncio, Conſequentiam eſſe legitimam. Majorem manifeſtam, & certam,nam mendacium præſcindendo ab omni præcepto, aut Theologicè,aut Philoſophicè malum eſt, & repugnat in Divinis actibus Theologicam, aut Philoſophicam reperiri malitiam. Ergò ſi perſuadeatur Minor dabo manus. Si enim Deum non dedeceret uti Mentalibus Reſtrictionibus, nec dedecere homines,& Angelos poſſet. Ergò macti animo ad Minoris Probationem procedite. Eam Adverſarii multis argumentis, quæ ex diverſis capitibus adſumunt,perſuadere conantur, & illa hic Ego, qua poſſum brevitate, propono.

Adverſarii Argumenti Retorſio.

An Deus poſſit mentiri? An utatur Reſtrictionibus Mentalibus?

Deus,nec Theologica, nec Philoſophica malitia capax eſt.

Si illis uteretur Deus, etiam illis Angeli, & homines uti poſſunt.

ARTICVLVS I.

Sacra Pagina Hiſtoriis Mentalium Reſtrictionum innocentia probatur.

Vnde periculoſum morbum à communibus diſtinguere valeat qui nō profitetur Medicinam.

QVotieſcumque in Curatione Ægroti, & Morbi ſtatu Medici differunt, nos experientis docet, Morbum eſſe lethalē;in communibus enim & minimè periculoſis,non eſt, cur digladientur Medici,& multa ſinguli cogitent remedia, quæ præſcribant. Et idem contingit in Sententiis. Quæ Certa eſt, una aut altera ratione fulcitur, quam ſuſpiciunt univerſi Doctores. Quæ eſt certò Probabilis unumquemque in ſuo ſenſu abundare permittit. Vbi autem Probabilitatem ipſam controverſia concernit,rationum conglomeratur multitudo, ut, ſi claudicent alteræ,alteræ in ſubſidium vocentur.

Et veniendo ad Quæſtionem præſentem,ſi interroges,*Quo ſit ponenda loco hæc Propoſitio,Dantur,& licita ſunt Reſtrictiones Mentales?* Reſpondebo *Primò*, Diſſentire Theologos. *Secundò*, Nolle eos, ut unuſquiſque abundet in ſuo ſenſu, permittere. *Tertiò*,innumeras eſſe Probationes,quæ pro prædictarum Reſtrictionum innocentia adducuntur: multæ enim ab Authoritate, & non paucæ à Ratione dependent. Illas igitur conſideremus; & ante alias, quæ ex Sacra ſumuntur Paginâ, proponamus.

Doctrina præcedens præſenti Controverſia applicatur.

Haplotes.

B. Pro-

PROBATIO I.

De Sacrâ Scripturâ univerſim.

An diverſimodè à Grammatico poſſet exponi? An Reſtrictionem ad hunc vel illum ſenſum recipiat à Mente Divinâ?

An in Sacris Literis voces frequenter ſubticeantur?

ANtequam particulares Bibliorum Locos adducant Adverſarii, Canonicos libros univerſim conſiderant, & ſic diſcurrunt. [Frequens eſt, inquiunt, in Sacræ Scripturæ Teſtimoniis, etiam clariſſimis & expreſſiſſimis, aliquid ſubticeri, quod Vatablus *Geneſ.* 1. 1. ſuadet tribus exemplis. In prima enim Sacræ Scripturæ linea ſubintelligitur vox *omnium* ut textus ſit *In principio omnium creavit Deus Cælum, & Terram.* Ergo magna Deus providentia Reſtrictionum mentalium voluit honorare doctrinam, ſiquidem illis uſus eſt in prima totius Scripturæ periodo.

An in prima Sacræ Scripturæ linea uſus Deus fuerit Reſtrictione mentali?

Confirmat ex *Iob.* 3. 10. ubi dicitur; *Quia non clauſit oſtia ventris mei*; & tamen non dicitur, quiſnam fuerit ille, qui non clauſerit. Et *Iſaiæ* 8. 4. tametſi dicatur, *accipiet opes Dammeſec*, cùm non exprimatur quiſnam ſit illas accepturus, manet vocem aliquam lingua ſubticeri, calamo non ſcribi, quæ tamen mente ſubintelligatur. Ergo hanc *ſubticentiam*, quam hodie *Mentalem reſtrictionem* appellant, Deus in Sacrâ Scripturâ approbavit, & nobis ſuo exemplo permiſit.

Subticentia quid ſit?

Exponitur vox In principio.

His præmiſſis primum Teſtimonium ad eorum mentem, qui tuentur Intellectuales Reſtrictiones, perpendamus. Dicebat Sacer Textus. *In principio creavit Deus Cælum, & Terram.* Et illi interrogant, *De quo: de cujus rei principio agatur?*

An in temporis initio ſit Mundus conditus?

An de principio temporis? ſed hoc dici non poteſt: non enim Mundus factus eſt ab æterno, ut affirmavit Ariſtoteles. Ergo ſi multis ſæculis priùs antequàm eſſet, fieri Mundus hic potuit; antequam Mundus eſſet, tempus erat. Non ergo in principio temporis creavit Deus Cælum, & Terram.

An Angeli ſint ante Mundum producti?

An de rerum initio Textus loquitur? Negabunt Patres Græci qui multis ante materiales creaturas ſæculis Angelos fuiſſe productos, aſſeverant. Non ergo in rerum principio (cum primæ res productæ ſunt) creavit Deus Cælum, & Terram.

Quomodo hic vox illa principium reſtringatur?

Ergo dicendum eſt illud *principium*, quod in literâ exprimitur, alicujus rei eſſe principium illam cognoviſſe, & mente concepiſſe Spiritumſanctum, qui Moyſi Pentateuchum dictavit. Illam cognoviſſe Moyſen, qui illos Libros ſcripſit, tametſi illũ non expreſſerit calamo; ergo illa vox *principiũ* ad talis rei principiũ ſola mente reſtringitur. Dantur ergo Reſtrictiones Mentales: & ipſæ tam ſunt innocentes, & Sanctæ, ut Deum, qui eſt Veritas & Puritas æterna, non dedeceant.

De circumſtantiis conſignificantibus.

Nec hîc juvare eos poterit, qui non admittunt Reſtrictiones hujuſmodi, ad conſignificantes Circumſtantias & Contextum recurrere. Non recurrere ad illas, quoniam ante Mundi creationem nihil erat; & quando nihil omninò erat, nulla erat circumſtantia, quæ conſignificaret. Non ad hunc, quoniam illa verba, quæ citantur, in prima primi libri linea leguntur, antequam nullus eſt omnino contextus, qui poſſit verba æquivoca, aut latiùs patentia reſtringere.

De Contextu.

PROBATIO II.

De Domini verbis ad Cainum.

Non fuiſſe, ajunt, Divinam promiſſionem impletam: & inde inferunt fuiſſe contractam aliqua Reſtrictione Mentali.

An Cainus fuerit forjudicatus?

PErgunt confidenter ulteriùs, & Caſus aliquos in ſpecie proponunt. Et primo Cainus, inquiunt Abelem, fratrẽ ſuum interemit; condemnatur divinitus, & ut verbo forenſi utar *forjudicatur*. Audiit ille ſententiam & ait. *Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar & ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.* Cui Dominus *Nequaquam ita fiet: ſed omnis, qui occiderit Cain ſeptuplum punietur. Poſuitque Dominus Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis, qui inveniſſet eum.* Interim poſteà Lamech Cainum occidit: & tamen non ſolum non fuit ſeptuplùm punitus, ſed undecupla impunitate donatus, unde ait: *Audite vocem meam uxores Lamech*, (*uxores* dixit, non *uxorem*: nam ipſe primus fuit, qui plures habuit) *auſcultate* (audite eum attentione) *ſermonem meum. Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in livorem meum. Septuplùm ultio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties.* Illa verba *Nequaquam ita fiet*, æquivalent his: *Non occideris.* Ergo reſtricta ſunt, hoc videlicet mentali decreto. *Non ab omni, ſeu à quolibet, qui invenerit te, occideris ſed ab illo tantummodò, quem ego, ut Miniſtrum adſumam. Qui aliter fecerit, ſepties punietur: qui autem me præcipiente id fecerit, non ſolùm non punietur ſepties, ſed*

An ſigillatus, aut ſtigmate inuſtus?

Quid auſcultare ſit?

Lamech primus digamus.

ſep-

Digitized by Google

ſeptuagies ſepties ſi ab ullo fuerit occiſus vindicabitur. Verba ergo Dei externa, quæ latiùs viderentur patêre per hoc intellectuale decretū reſtringuntur & limitantur. Stat ergo in verbis Divinis inveniri Reſtrictiones Mentales.

PROBATIO III.

De Verbis Abrahæ.

Eum non fuiſſe mentitum, & tamen excuſari non poſſe, niſi Reſtrictiones controverſæ admittantur.

Iubet Abrahā ut uxor ſua ſe vocet fratrem.

CONſiderari jubent peregrinationem & peregrinationis pericula, quæ *Geneſ*.20. recenſentur. Nam Saræ uxori ſuæ dixit Abraham. *Hanc miſericordiam facies mecum. In omni loco, ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus ſim*. Auſtrum verſus progreditur, & perveniens ad Geraram, ut ſuæ vitę conſuleret dicebat de uxore ſua indigenis *ſoror mea eſt*. A pulchitudine laudatam, rapi, & ad ſe adduci præcepit Abimelech, Rex Geraræ, ot & illam cognoſceret: ſed divinitùs monitus reliquit, & Abrahamo ad ſe accerſito dixit, *Quid feciſti nobis? Quid peccavi in te quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande? Quæ non debuiſti facere feciſti nobis. Quid vidiſti, ut hoc faceres?* Et modò oporter audire Abrahamum, & bene conſiderare ejus verba. *Cogitavi*, inquit, *mecum dicens; Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me, propter uxorem meam: aliàs autem & verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ; & duxi eam in uxorem*. Et hic Iſidorus Clarius (fuit ſoror ejus, ſicut Lot frater, dixit enim ſupra viri fratres ſumus cùm fratrom eſſent filii. Sic illam Hebræi putant, fratris fuiſſe filiū qui fratrem filiam, quàm Abrahā, habuerit matrem) erant igitur Hiſp. *primos hermanos*. Ergo ſicut dicere poterant *ſomos primos*, etiam poterant dicere, *ſomos hermanos*. At Textus Biblicus ſtrictius adhuc illos conjungere & vincire videtur. Quidquid ſit latiſſimè pater nomen *fratris*: nā Auguſtinus *lib*. 2. *contra Academicos*, omnes homines ab uno Adamo ſatos, eſſe fratres affirmat; & Hebræi omnes cognatos *fratres* vocant. Vnde poteſt pro Mentalium Reſtrictionum confirmatione hoc Ratiocinium concinnari.

Gerara nota erat Adulterii malitia, at verò Simplex Fornicatio licita cenſebatur.

An Abrahamus & Sara fuerint patrueles?

Quinam poſſint vocari Fratres?

An hæc vox Frater varias ſignificationes habeat?

Vox *fratrum* uſurpatur dupliciter, ſtrictè, & latè. Primaria ſignificatio, ſtricta eſt & ſecundaria lata. Hæc autem vox ſtrictè ſumpta primum gradum lineæ trāſverſalis importat: ſecundum aut tertium ſumpta latè. Eſt ergo vox æquivoca aut amphibola: & ab Abrahamo & Sarā quādo dicebant *Fratres ſumus*, per intellectū ad ſecundariam ſignificationem reſtringebatur: & uſurpabatur ex conſiliò, ut audientes deciperentur, & eos eſſe verè fratres putarent. Ergo quando una Propoſitio duos ſenſus habet, verum, & falſum, poſſumus illam lingua proferre mente cōcipiendo verum ſenſum; & hoc, etſi prævideamus audientes illam intellecturos eſſe in falſo. Immò (& id ſpecialiter nota) illam dicere poſſumus intendendo, ut audientes fallantur. Nam de Abrahami intentione clarè conſtat: uſus eſt enim amphibolologia, ut & ipſe non mentiretur, & conſequeretur, ut Gerarienſes deciperentur, Saramq; ſuam eſſe ſororem putarent.

An in Mentali Reſtrictione aliorum deceptio intendi queat?

PROBATIO IV.

De Verbis Iacobi ad Iſaacum.

An poſſint à multiplici excuſari mendacio, ſi reprobentur Reſtrictiones Mentales?

FIlius Abrahami Iſaacus fuit; Eſavus, & Iacobus Iſaaci. Eſt lectu dignahorum Patriarcharum hiſtoria, nam exuberat magnis myſteriis. Porrò Eſavi, & Iacobi nativitas *Gen. cap*. 25. 26. recenſetur his verbis. *Iam tempus pariendi advenerat; & ecce gemini in utero ejus reperti ſunt. Qui primus egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus, vocatumque eſt nomen ejus Eſau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirò appellavit eum Iacob*. De poſteriori nomine præbet rationem Sacer Textus: nam Radix *Acab*, eſt *ſupplantare*; & nomen *Acab* eſt *calcaneus* vel *planta*. Vnde Iacob è ventre Rebeccę matris partus potuit dicere,

In Veteri Teſtamento Novi hiſtoria allegoricè repræſentatur.

Iacobus & Eſau germani. Quomodo fuerint nati?

Καὶ πτέρνης λαβόμην, καὶ δ' πόνος ἴχανεν ἄνδρα.

Et calcaneum apprehendo, nec tamen dolor occupat virum.

Homerus.

Nomen *Eſau* à Radice *Aſa*, hoc eſt, *facere* Iſidorus Clarius deducit, & rationem adſignat, quod perfectus & cum capillis natus ſit.

Nomina illorū exponuntur.

Iſaac, ut Geneſeos *cap*.27. narratur, in ætatem valde magnam provectus, cœcutiebat; mortemque appropiare ſentiſcens, advocat Eſavum, & ait. *Vides, quod ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua (pharetram & arcum) & egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti, & affer, ut comedam &*

An ſibi cœlitùs factam revelationem Iſaaco Rebecca manifeſtaverit?

benedicat tibi Anima mea, antequam moriar. Ergo volebat Eſavo Iſaacus dare benedictionem. Et hinc ſcitè colligit D. Iſidorus Clarius nondum illi Rebeccam revelationem recenſuiſſe; videlicet, *Major ſerviet minori*.

*] Iſidorus Clarius. [*Ego ſum levis*, non lenis: nam *Lenis* ad animum refertur, ut *lene ingenium*; *Levis* verò prima producta ſignificat *ſine pilis*. Virgilius *Et ſate in levi quaſiſſent cornua fronte*.] At Calepinus editus Lugduni anno 1634. præcipit ut *Levis* per *æ* diphthongum ſcribatur.

Quæ Eſavo Iſaacus dixerat audivit Rebecca, & quia tenerè diligebat Iacobum rem ei totam communicat, ſuadetq; ut ſub Eſavi nomine præveniat, Paternamque, & in ea Divinam Benedictionem præripiat. Non aſſentitur Iacob, ſed ait. *Noſti, quod frater meus homo piloſus ſit, & ego levis*. (*) *Si attrectaverit me Pater meus, & ſenſerit; timeo, ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione*. Benè, & piè diſcurrebat Iacob; at ejus Mater, ut perſuadeat, quæ [a] ſuaſerat, ſic exclamat. *In me ſit iſta maledictio, Fili mi; tantùm audi vocem meam.* &c. Verba autem illa, quæ dixit Rebecca, & auſcultavit Iacob, Hiſtoriographus Sacer non exprimit, ſed occaſione, & Rebeccæ voto conſideratis, facili negotio innoteſcent. Non voluit perſuadere Iacobo illa mendacium non eſſe actum propudioſum, & improbum: eſt enim ejus manifeſta malitia, utpote decentiæ, & honeſtati oppoſita. Sed neque probare voluit, carere, injuria & ſcelere, Primogenituræ jura, & privilegia ſuffurari; omnis enim rei alienæ ſubreptio injuſta eſt. Quid ergo voluit? Dicam. Iacobum certiorem voluit reddere Prophetiæ Divinæ, videlicet, *Major ſerviet minori*: qua poſita Eſavo Iacob nullam inferebat injuriam; capiebat enim, quæ ſua erant, ex diſpoſitione Divina. Hinc progreſſa Anus prudens & ſagax, inſtruxit Filium, in doctrina Reſtrictionum Mentalium: vi cujus ſine ſcrupulo diceret, *Ego ſum primogenitus tuus Eſau*; nimirum vocem *Primogenitus* lingua proferens, & *in Divino privilegia* quod nō dicebat, ſubintelligens. Et etiam *ſe eſſe Eſau* lingua proferret nomen proprium tanquam appellativum ſuſcipiens, itaut à radice עשה, quod eſt *facere*, veniens, *Factorem*, *Oeconomum*, aut *Actorem* ſignificet. Et tale munus in domo Iſaaci Iacobus exercuiſſe videtur; dum enim Eſavus quærebat, & fatigabat feras, apud Matrem ſuam Iacob famulos gubernabat.

Mendacii & Furti malitia eſt manifeſta.

Quid Iacobo voluerit perſuadere Rebecca?

An à Matre doctus Iacobus fuerit Reſtrictiones Mentales?

An, & quo ſenſu, Iacobus in Iſaaci domo fuerit Eſau?

Acquievit Parentis ſuæ prudentiſſimo conſilio Iacob; attulit hœdos optimos; præparati ſunt cibi; & illos ad ſuum Patrē deferens, ait, *Ego ſum primogenitus tuus Eſau: feci ſicut præcepiſti mihi: Surge, & ſede, & comede de venatione mea, ut benedicat mihi Anima tua*. Hæc verba in ſenſu, quo jacent, & ab Iſaaco intellecta, ſunt falſa: At non eſt mentitus Iacobus, quoniam à matre inſtructus illa reſtringebat per mentē, & ſenſu in diverſo accipiebat. Et quidem eum à fraude & mendacio *libr. contr. mendac. cap.* 10. S. Auguſtinus excuſat: erat enim revera Primogenitus; ſiquidem divinitùs fuerat ad primogenituram, & primariam benedictionem vocatus. Et confirmatur eadem minor; verba enim quæ Iacobus tunc protulit, & fuiſſe à Spiritu-ſancto præſcripta aſſerit S. Thomas *in ſcript. ſecund. ad Annibald. & in 3. diſt. 38. art. 2. ad 1. & 2. 2. qu. 110. ar. 3.* At intentio Rebeccæ & Iacobi fuit decipere Iſaacum. Ergo, quando duos ſenſus habet Oratio, quorū communis, & ſtatim obvius falſus eſt, & remotior eſt verus; poſſum illam, intendendo, ut audientes decipiantur, proferre: modò mente ſenſum illū remotiorem quem ſuppono verum eſſe, concipiam.

Iacobus iuſtè obedivit ſuæ matri.

An fuerit mentitus?

Cur non fuerit mentitus?

An ſemper deceptio ſit mala?

PROBATIO V.

De Labanis & Iacobi contractu.

An verba, quibus initus fuit, in alterutrius mente aliter, & aliter reſtricta fuerint.

ADdunt etiam initum à Iacobo cum Labane contractum, niſi illum hujuſmodi Reſtrictiones expient, non videri ſincerum: nam in canalibus decorticatas virgas ponere, non caruit labe; atque id fatetur D. Chriſtoval de Benavente in Advertentiis, Regibus Principibus & Legatis præſcriptis; nam *ſe valio de la fraude*, ait *cap. 22. pag. 487.* Tamerſi enim Sanctus Ioannes Chryſoſtomus *homil.* 57. & cum eo Theodoretus hunc caſum miraculoſum fuiſſe exiſtiment, naturæ non exceſſiſſe vires certum eſt: quoniam magna, varia, & prorſus ignota eſt imaginationis potentia, fœmina enim ut *lib. 7. cap. 12.* docet *Plinius*, qualem in coitu mente concipit, talem ſimiliter in utero concipit. Et hoc multis demonſtratur exemplis. Scribit enim Hippocrates, mulierem, quòd pulcherrimum infantem pepererit, cùm ipſa & maritus eſſent valdè deformes, in adulterii ſuſpicionem veniſſe; & à prudenti Medico ab accuſatione ſubductam, quod ille infans faciem exprimeret picturæ, quam habebat in camera. Similem hiſtoriam recenſet Galenus *in libr. de theriac. ad Piſonem*. Et ex hoc fundamento Quintilianus illam matronam defendit, quæ nigrum infantulum peperit. Quam ob rem Hieronymus, qui caſus ſimiles, aut legerat, aut obſervarat *in traditionibus Hebraicis ſuper Geneſim* ſic ſcribit. *Nec mirum hanc in conceptu fœminarum eſſe na-*

tu-

Genes. cap. 30. verſ. 38.

An naturaliter an verò miraculosè acciderit qua de agnorū maculis & colore narratur?

An matris imaginatio in fœtu aliquid imprimat?

An pulcher filius poſſit à deformibus parentibus naſci?

An à candidis niger?

Reſolutio Hieronymi.

Digitized by Google

turam, ut quales perſpexerint, ſive mente cogitaverint in extremo voluptatis actu, in quo concipiunt, talem ſobolem procreent, cum hoc ipſum etiam in equarum gregibus apud Hiſpanos fieri dicatur.

Hiſtoria recentior narratur.

Nec Hiſtoriæ illæ antiquæ carent novis exemplis: nam ante triginta annos in Belgio fœmina, quæ habebat in cubiculo trium Magorum picturam in ipſa Melchiorem (ſic nominabatur Rex Æthiops) ob excellentiam penicilli libenter proſpectaret, & dilaudaret, tandem Æthiopem peperit. Et filii ex adulterio concepti non mœchis ſed maritis ſolent eſſe perſimiles: nam, dum fœmina timore percellitur, & maritum cogitat, ſobolem, qualem cogitat concipit. Sunt de hoc argumento pulcherrimi Thomæ Mori (quem nominaſſe, laudaſſe ſit) Iambici, quos in gratiam Curioſi Lectoris ſubſcribo.

Fuit autem Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, & ſicut Pietate, ſic etiam eruditione celeber. Inter paucos, qui, Henrico VIII. & Schiſmati Anglicano obſtiterunt, ipſe & Roffenſis præcipui ſunt. Genebrardus in Chronico. *Joannes Fiſcherius, Roffenſis Epiſcopus, & Thomas Morus Eques Angli; pro tuenda Religione, & quod nollent ſecundas nuptias Henrici VIII. priore uxore vivente, approbare, mortem obierunt ann. 1535.*

Quos ante Conjux quatuor
Natos, Sabine, protulit,
Multum, Ecce, diſſimiles tui,
Tuos nec ipſe deputas.
Sed quem tibi puellulam
Enixa jam nuperrimè eſt,
Solum tibi ſimillimum.
Pro quatuor complecteris:
Adulterinos quatuor
Vocas, repellis, abdicas.
Atqui graves tradunt ſophi
Quodcunque matres interim
Imaginantur fortiter
Dum liberis datur opera,
Ejus latenter, & notas
Certas, & indelebiles,
Modoque inexplicabili,
In ſemen ipſum congeri.
Quibus receptis intimè
Simulque concreſcentibus
A mente matris inſitam
Natus refert imaginem.
Quum tot abeſſes millibus,
Domi gignis uxor quatuor,
Quod eſſet ad modum tui,
Secura diſſimiles parit.
Sed unus omnium hic puer
Tui Refert imaginem.
Quod mater hunc dum concipit,
Sollicita de te plurimum,
Te tota cogitaverat:
Dum pertimeſcit anxia,
Ne tu Sabine, incommodus,
Velutque Lupus in fabulam
Supervenires interim.

Ex doctrina præcedenti argumentum formatur.

Hac doctrina præmiſſa ita Adverſarii argumentum conſormant. Per eadem verba conceptus erat contractus, quem Laban proponebat & Iacob acceptabat. At agnos aut maculoſos, aut nigros, aut albos fore, quod à natura ſola poterat; aut ab arte procedere, de naturâ ſolâ Laban intelligebat, Iacob autem de arte. Ergo illa verba ad diverſos ſenſus in alteſutrius mente reſtringebantur. At uterque licitè procedebat. Dantur ergo & licitæ ſunt Reſtrictiones Mentales.

PROBATIO VI.

De Ioſepho, & ejuſdem fratribus.

Seliguntur aliqua circumſtantia præcipua, quæ nequeunt ſine Intellectuali Reſtrictione ſalvari.

Geneſ. c. 44.

An-ne Ioſephus ſit mentitus?

ET etiam ante Moyſem Ioſephus, ſupremus totius Ægypti Gubernator, juſſit ſacco tritici, quem erat exportaturus Benjaminus, pecunias & ſcyphum imponi. Et quis non videat multas in tota illa hiſtoria circumſtantias fraudibus inficí niſi illas bona Agentis interior & Mentales Reſtrictiones emaculent.

Primò enim omnia illa Geneſeos quatuor Capita (videlicet, XLII. XLIII. XLIV. & VL) ſimulatione plena ſunt: & hæc mendacii labe inficitur, niſi emaculetur ab actibus intellectualibus.

An injuſtè affixerit ſuos fratres?

Secundò, illa verba, *Exploratores eſtis: ut videatis infirmiora terræ veniſtis*; dicta à Ioſepho, qui veritatem noverat mendacia ſunt, aut aliqua Reſtrictione à Cenſura ſalvantur.

An perjurium commiſerit?

Tertiò, illa, *Per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis*, Iusjurandum includunt: & ut jacent, eſſe vera non poſſunt. Recurri igitur ad Mentalem aliquam Reſtrictionem debebit, ne in perjurium Ioſeph lapſus fuiſſe dicatur.

An ebrietas peccatum ſit?

Quartò illa verba, *Biberunt, & inebriatiſunt cum eo*, quæ XLIII. Caput claudunt, aliquid mendacio pejus continere videntur: omnes enim Theologi eſſe peccatum grave ebrietatem fatemur. Ergo in Ioſepho, & ejus fratribus, non niſi propter intentionem, quæ actus internus eſt, poterit ebrietas excuſari: puta, ſi præter, aut contra intentionem accidiſſe dicatur.

Quintò, iterum, iterumque pecunias in ore ſaccorum imponere, fraude non caret: ſi enim & Ioſeph, & domus ſuæ Præfectus ſciebant illos eſſe innocentes, qua eoſdem ſinceritate affligebant, furtique & ingratitudinis incriminabantur?

De Ioſephi ſcypho. An verò per illum res occultas & ſecretas cognoſceret?

Sextò mirabilis erat ille ſcyphus, in quo ſe eſſe augurem Ioſeph profitebatur. Exclamabat Miniſter. *Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit Dominus meus; & in quo augurari ſolet. Peſſimam rem feciſtis.* Et Ioſeph. *Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in*

augu-

An Scientia Divinatoria duplex ſit Naturalis & ſuperſtitioſa?

augurandi ſcientia? Cùm ergo duplex ſit Scientia Divinatoria, alia Ingenua & Cauſas Naturales conſiderans, alia ſuperſtitioſa, à pacto tacito vel expreſſo cum Principe tenebrarum dependens, ut verba æquivoca ad ſenſum pium reducerentur, indigebant Reſtrictione Mentali.

PROBATIO VII.

De Maria ſorore Moyſeos & Ægyptiis Obſtetricibus.

Vnde poſſint à mendacio excuſari?

Exod. cap. 2. verſ. 3.

Hebræorum infantes occidi jubet Pharao.

HAnc eamdem doctrinam confirmat miraculoſa veriùs, quàm mirabilis Moyſeos à morte ereptio, & inſolens Pharaonis, Regis Ægyptiorum crudelitas. Juſſerat enim impius Princeps, ut omnes Hebræorum infantes maſculi occiderentur, ne fortè creſcente illorum multitudine ſecuritas publica perturbaretur. Ætate hac miſerabili naſcitur Moyſes, & à parentibus, quandiu licuit, occulitur. Cùm autem elapſo tertio menſe eum diutius non auderent celare, fiſcellam ſcirpeam liniverunt bitumine, & in ea expoſuerunt infantem; apud carectum ripæ fluminis: proſpectante eminus ſorore illius, & eventum rei exſpectante. Tranſivit illac Pharaonis filia, clementiſſima Iuvenis, & infantem vagientem miſerata, juſſit educi dicens, *De infantibus Hebræorum eſt hic!* Adeſt illicò ſoror, & ait Auguſtæ [*] *Vis, ut vadam; & vocem tibi mulierem lactantem ex Hebræis, & lactabit tibi puerum?* Adnuit illa: Perrexitque puella, accerſivitque matrem infantis. Cui Auguſta. *Accipe infantem hunc, & lacta eum mihi, & ego dabo tibi mercedem tuam.* Suffuſa gaudio mater acceptat nutricis officium; & lactat puerum. Vbi crevit, illum Auguſtæ reddidit, quæ in filium eum adoptat, & משה *Moſe* nominat à radice משה *Maſa*, quę eſt *extrahere*, quia extraxerat ex aquis illum.

*] Siquis Regum filias tūc non fuiſſe dictas *Auguſtas* aſſerat, dicebam ego nec linguam Latinam tunc fuiſſe.

Vnde dictus ſit Moyſes?

Radix Maſa, *Extrahere.*

An & præter Moyſem etiam alii ſint infantes ſervati?

Præter Moyſem, alii ſolerti parentum diligentia & religioſa Obſtetricum Deum veriùs, quàm Pharaonem timentium clementia & commiſeratione, ſervabantur infantes; Quod ubi reſcivit Pharao, Hebræorum incriminatur Obſtetrices, & ait. *Non-ne præcepi vobis, ut ſi naſceretur maſculus, occideretis, & ſolas fœminas conſervaretis? qua igitur temeritate auſæ fuiſtis violare legem Regiam, & ignoſcere maſculis?* At illæ ſe excuſarunt dicentes. *Non ſunt Rex Sereniſſime, Iudææ viragines Ægyptiis mulieribus ſimiles. Sunt fortes, generoſæ & robuſtæ; obſtetricandi ſcientiam callent; & ideò, aut nos non vocant, aut antequam venire poſſimus, parturiunt.* Et dicitur in ſacro Textu expreſſè, *Timuerunt Obſtetrices Deum. Non fecerunt juxta præceptum Regis ſed conſervabant mares, Benefecit Deus Obſtetricibus. Quia timuerunt Obſtetrices Deum, ædificavit eis domos.*

Ægyptiis erant robuſtiores & fortiores Hebrææ.

An, & cur Obſtetricibus illis benefecerit Deus?

Relegunt, & conſiderant hanc Hiſtoriam Reſtrictionum Mentalium Defenſores, & aſſerunt, varia in illa reperiri mendacia, quæ nemo excuſet, niſi ope actuum intellectualium. Primò enim Moyſeos ſoror Maria, *nutricem* appellavit, quam matrem debuiſſet: & Obſtetrices, quando ſe pueros Hebræos ſervaviſſe Regi, examinanti, negarunt, mentitæ fuiſſent, niſi illarum verba Mentalis Reſtrictio emacularet. Hæc enim Propoſitio, *Non ſervavimus maſculos*, quæ aliàs eſſet mendax, propter limitationem, *ut diceremus tibi*, putà mente conceptam, vera redditur.

An, & cur non ſint tū à Moyſeos ſorore, tum ab Obſtetricibus aliqua cōmiſſa mendacia?

PROBATIO VIII.

De Raab, hoſpite Hierichuntinâ.

An, & quo modo poſſit à mendacio excuſari?

Quid fuerit Raab?

RAab, Ierichunte erat meretrix, ejus providentia & clementia laudatur à Doctoribus, & ab ipſo Ioſue fuit præmio immunitatis & ſalutis donata. Hoſpitio exceperat hæc fœmina illos duos exploratores, quos præmiſerat Ioſue. Turbatur rei novitate Civitas, & Regi à ſuis Miniſtris dicitur, *Ecce Viri ingreſſi ſunt huc per noctem de filiis Iſraël, ut explorarent terram*, & Regis nomine meretrici præcipitur, *Educ viros, qui venerunt ad te, & ingreſſi ſunt domum tuam: exploratores quippe ſunt, & omnem terram conſiderare venerunt.* Abſcondit illos fœmina, & ait; *Fateor; venerunt ad me; ſed neſciebam, unde eſſent; cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt; neſcio, quò abierunt. Perſequimini citò & comprehendite eos.* Vel ut ex Hebræo habet nova Translatio. *Fuit autem, dum porta clauderetur in tenebris, viri egreſſi ſunt, nec cognovi, quò abierint illi. Sequimini.* &c. Vatablus (*Porta, civitatis ſcilicet, aut hoſpitii*) Clariùs ſic vertas. *Cùm autem claudenda eſſet porta, quòd nox iam atra eſſet.* Chaldæus Paraphraſtes. *Et fuit tempus ad claudendam portam*, id eſt, *in quo claudi ſolet porta.* &c. Hæc eſt Hiſtoria Raab; quam ut ajunt, à proditione & mendacio nemo excuſare poterit, niſi admittat Reſtrictiones mentales; illis autem admiſſis verba hujus clementiſſimæ fœminæ à labe men-

Quomodo Hebræorum exploratores ſervaverit?

Ioſue 2. 2.

An Raab fuerit mentita?

An poſſit Mentali Reſtrictione à mendacio excuſari?

dacii

dacii præſervantur; puta, ſi ſic illa reſponderit. *Fateor: venerunt illi ad me*: (& licèt unde erant ſciverim; ut illos proderē) *neſciebam unde eſſent*. *Cùm autem porta clauderetur in tenebris, illi pariter exierunt*: (ex hoc cubiculo, ut in ſuperiori abſcoodereotur) *Quò verò abierunt* (ut vobis dicam) *neſcio*. *Perſequimini citò*, &c. Si ita, inquiunt, reſponderit, ut lingua expreſſerit verba, quæ Italico, ſeu Curſivo ſcribuntur, mente autem conceperit, quæ includunt interjectæ parentheſes, excuſari poteſit à mendario.

PROBATIO IX.

De Davide.

An prudenter & licitè apud Philiſtaos finxerit phreneſim?

1. Reg. 21. 13.

David delirū fingit. An licitè.

DAvid, ut ſibi conſuleret, & ſalutem ſui corporis ſecuram redderet, finxit ſe eſſe delirum in Achiſii Regis Philiſtæi palatio, ad quem confugerat. Reptabat more animantium manibus, geſtus inconcinnos faciebat, fremebat, ululabat, barbamque & veſtes ſua ſaliva inficiebat. At ſe non eſſe delirum ſciebat. Ergo fuit mentitus niſi aliqua Mentali Reſtrictione excuſetur. At non fuiſſe mentium, nec peccaſſe probare vult D. Chriſtophor⁹ de Vera *ubi ſup. p.* 491. dicens. (Si ille, qui clā ſcelus grave commiſit, non habet obligationem confitendi illud coram Judice, ſi interrogetur; & negativam poteſt reſponſionem juramento firmare, ſtat non habuiſſe Davidem obligationem dicendi veritatem Achiſio, qui non erat ſuus Judex, ſed ſuus hoſtis. &c.) Et inferr licuiſſe Davidi delirium iſtud fingere; & ſuam ſententiam firmat, quod Sacra Scriptura hanc hiſtoriam enarret, quin reprehendat. Nec contra objici poteſt, *Elumbia eſſe Negativa Argumenta* quoniam in Sacra Scriptura vim habent: Libri enim Canonici non fuerunt dictati ab Spirituſancto, ut noſtræ Eruditioni & Curioſitati notitia veterum illarum Hiſtoriarum ſerviret, ſed ut Conſcientiæ noſtræ inſtructioni prodeſſet. Ergo Cenſura in ſingulis Caſibus debet conſiderari: incriminantur enim omnes actiones malæ; & quæ non condemnantur, tolerantur.

An reus à Judice interrogatus, crimen poſſit negare?

An, & quando, negativum argumentum ſit efficax?

Cur libri Canonici divinitùs dictati ſint?

PROBATIO X.

De Eliſæo.

An Miniſtros Regis Syriæ deceperit? An fuerit mentitus? An Reſtrictione aliqua queat excuſari?

ROborant ſuam doctrinam Aſſertores Reſtrictionum Mentalium ex 4. Reg. 6. dicendo. Omnia ſecreta, quæ contra Regem Iſrael moliebatur, aut etiam cogitabat Rex Syriæ, pandebat Eliſæus: & ideò dixit Rex: *Ite & videte ubi ſit? & mittam, & capiam eum. Adnuntiaveruntque ei dicentes. Ecce in Dothain. Miſit ergo illuc equos, & currus, & robur exercitus. Qui cùm veniſſent nocte, circuierunt civitatem, &c. Porrò Eliſaus oravit ad Dominum dicens. Percute, obſecro, gentem hanc cæcitate. Percuſſitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Eliſæi. Dixit autem ad eos Eliſaus. Non eſt hac via, neque iſta eſt civitas: ſequimini me, & oſtendam vobis virum quem quaritis. Duxit ergo eos in Samariam. Cumque ingreſſi fuiſſent in Samariam, dixit Eliſaus, Domine aperi oculos iſtorum ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt ſe eſſe in medio Samaria*, &c. His poſitis poſtulant, ut Prophetæ verba recognoſcantur: & ſic inſtant. Non fuerunt mendacia, quoniam ut mendacia perpetrentur (mala enim ſunt) Deus miraculis non cooperatur. Ergo verba Prophetæ fuerunt vera. At, ut talia eſſent debuerunt per conceptus mentis concomitantes reſtringi, & à communi ſignificatione alienari. Eliſæus igitur, cooperante Deo uſus fuit Reſtrictione Mentali.

Omnia Regis Syriæ ſecreta Judæis Eliſaus revelabat.

Excæcantur Syri, & in mediam Samariā deducuntur.

An illos Propheta deceperit?

PROBATIO XI.

De proteſtatione Fidei, & Sacrificio Regis Iehu.

Si ſtudioſè colere Idolum profitetur. Omnes Baaliſtas ad ſolenne Sacrificium invitat; immò cum ipſis illud peragit. Poſteà univerſos trucidat. An perfidè fuerit mentitus? An peccaverit? An, & unde poſſit à mendacio ſcelerato excuſari?

TRanſeunt ad Caput X. & producūt Iehu, qui Acab totam domum delevit: & ut Baalis Sacerdotes occideret, ingenioſè & doloſè proceſſit. Sacer Textus hæc habet, [Congregavit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos, *Achab coluit Baal parùm, ego autem colam*

Ad Baalis honorem Rex Iehu ſolenne ſacrificium indicit.

eum

cum amplius. Nunc igitur omnes Prophetas Baal, & univerſos ſervos ejus, & cunctos Sacerdotes ipſius vocate ad me: nullus ſit qui non veniat; ſacrificium enim grande eſt mihi Baal; quicunque defuerit, non vivet. Porrò Iehu faciebat hoc inſidioſè, ut diſperderet cultores Baal, & dixit. *Sanctificate diem ſolennem Baal.* Vocavitque, & miſit in univerſos terminos Iſrael, & venerunt cuncti ſervi Baal: non fuit reſiduus, ne unus quidem, qui non veniret. Et ingreſſi ſunt templum Baal; & repleta eſt domus Baal, à ſummo uſque ad ſummum. Dixitque his, qui præerant ſuper veſtes, *Proferte* [*] *veſtimenta univerſis ſervis Baal.* Et protulerunt eis veſtes: ingreſſuſque Iehu, & Ionadab filius Reehab templum Baal, ait cultoribus Baal, *Perquirite, & videte; ne quis fortè vobiſcum ſit de ſervis Domini; ſed ut ſint ſervi Baal ſoli.* Ingreſſi ſunt igitur ut facerent victimas, & holocauſta: Iehu autem præparaverat ſibi foris octoginta viros, & dixerat eis. *Quicumque fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus veſtras, anima ejus erit pro anima illius.* Factum eſt autem: cùm completum eſſet holocauſtum, præcepit Iehu militibus, & ducibus ſuis, *Ingredimini, & percutite eos, nullus evadat.* Percuſſeruntque eos in ore gladii, & projecerunt milites, & duces, & ierunt in Civitatem templi Baal, & protulerunt Statuas de phano Baal, & combuſſerunt, & comminuerunt eas. Confregerunt quoque Statuam Baal, & diruerunt domum Baal, & fecerunt pro ea latrinas uſque in diem hanc.]

Advocat univerſos Idololatras ut eos occidat.

*] Nota id. Ergo præter Sacerdotes, etiam cæteri, qui ſacrificiis aderant, utebantur veſtibus religioſis, & hæ à Rege eis ſubminiſtrabantur.

Quia autem poſſet aliquis dicere, Iehu in hoc dolo mentitum fuiſſe, & reverà peccaſſe, eum ſanctè & innocenter proceſſiſſe demonſtraturi producunt ipſius Dei teſtimonium, ejus generoſam obedientiam commendans. Legunt enim ſub finem Capitis. *Dixit autem Dominus ad Iehu. Quia ſtudioſè egiſti quod rectum erat & placebat in oculis meis; & omnia, quæ erant in corde meo, feciſti contra domum Achab; filii tui uſque ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael.*

An in hoc facto (ſacrificio Baalis, & Baaliſtarum cæde) Iehu peccaverit?

His poſitis, argumentantur ſic. Illa Regis Iehu verba, *Acab coluit Baal parùm, ego autem colam ampliùs*; illa etiam, *Sanctificate diem ſolennem Baal*, ut alia præteream, ſunt, ut jacent, ſacrilega. At Iehu non peccavit. Ergo habent aliquem reconditũ ſenſum, qui eas emaculet. At ille ab externis circumſtantiis provenire non potuit; procedebat ergo ab aliqua Reſtrictione Mentali.

An eum excuſent ſola Reſtrictiones Mentales?

PROBATIO XII.

De Iuditha & Oloſernis cæde.

Cur non exorbitet Iuditha Oratio, immodicis laudibus Chaldææ Regem & ejus Στρατηγὸν celebrans? Cur non ſit mendax, ſiquidem victoriam & triumphum promittebat, & tamen ad ipſius cædem ordinabatur?

PRætereà Iuditham ſanctam fuiſſe viraginem teſtatur Liber ille Canonicus, qui continet ejus Hiſtoriam. Capite VIII. lego. *Erat autem Iudith relicta ejus (Manaſſa) vidua, jam annis tribus, & menſibus ſex. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter ſabbata, & neomenias, & feſta domus Iſrael.* &c. *Et erat hæc in omnibus famoſiſſima; quoniam timebat Dominum valde; nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum.* Et capite IX. *Ingreſſa oratorium ſuum, & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe Domino, clamat ad Dominum dicens. Domine Deus.* &c. Bethulia (ejus patria) circumſedebatur ab exercitu Aſſyrio, eratque rebus omnibus deſtituta, & deditionem cogitabat. Iudith autem (non enim erat aliud medium) decernit occidere Holofernem Nabuchodonoſoris ϛρατηγὸν, Hiſp. *Capitan General*, Hac concepta animo reſolutione, ſeſe exornat, & comit, & ad hoſtilia caſtra tranſit. Sedenti in conopœo, non Romanorum ritu ex ſago, ſed ex purpura aureis acupicta emblematibus, ſmaragdis pretioſiſque aliis intertexto lapidibus, ſiſtitur Holoferni: quem adorat, & loqui juſſa, affatur ſic.

Qualis Iuditha fuerit?

An diebus feſtis jejunare poſſimus?

Quis, & qualis fuerit Oloſernes?

Sume verba Ancillæ tuæ; quoniam, ſi ſecutus fueris verba Ancillæ tuæ perfectam rem faciet Dominus tecum. Vivit enim Nabuchodonoſor rex terræ, & vivit virtus ejus, quæ eſt in te ad correptionem omnium animarum errantium; quod non ſolùm homines ſerviunt illi per te, ſed & beſtiæ agri obtemperant illi. Nuntiatur enim animi tui induſtria univerſis gentibus, & indicatum eſt omni ſæculo, quod tu ſolus bonus, & potẽs es in omni regno ejus, & diſciplina tua omnibus provinciis prædicatur. Nec hoc latet quod loqutus eſt Achior, nec illud ignoratur quod ei juſſeris evenire. Conſtat enim Deum noſtrum ſic peccatis offenſũ, ut mandaverit per Prophetas ſuos ad populum, quod tradat eum pro peccatis ſuis. Et quoniam ſciant

Oratio Iuditha ad Oloſernem.

Laudat Babylonia Regem, Nabucodenoſorem, & ejus Summum Militiæ Præfectũ, Oloſernem.

Civitatis deditionem promittit.

unt ſe offendiſſe Deum ſuum filii Iſrael tremor tuus ſuper ipſos eſt. Inſuper etiam fames invaſit eos, & ab ariditate aquæ jam inter mortuos computantur. Denique hoc ordinant, ut interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum, & ſancta Domini Dei ſui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitaverũt impendere, & volunt conſumere, quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt, quod in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoſcẽs fugi ab illis, & miſit me Dominus hæc ipſa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi, quando eis reddat peccatum ſuum, & veniens nuntiabo tibi, ita ut ego adducam te per mediã Hieruſalem, & habebis omnem populum Iſrael, ſicut oves, quibus non eſt Paſtor & nõ latrabit vel unus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta ſunt per providentiam Dei. Et quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nuntiare tibi.

An ſit bona Conſequentia, Peccant. Ergo divinitùs puniendi ſunt?

Proteſtatur ſe à Deo miſſam, verbis Dei illum alloqui.

Et quis non videat totam hanc Sanctiſſimæ Virginis Perorationem manifeſtis ſcatere mendaciis, ſi Grammatico ſenſu accipiantur vocabula? Victoriam & triumphum pollicetur, & tamen ejus mortem intendit, & internectionem exercituum procurat. Omitto cætera: quoniam tam multa occurrunt, ut ſcribere poſſem multa folia, ſi ſingula recenſeri deberent. At Juditha erat ſancta. Illam commendat Sacra Pagina, & Patres ſummis laudibus celebrant. Debet ergo à mendacio & peccato excuſari. At id non poſſet fieri, ſi ſtaremus verborum nudo ſenſui Grãmatico. Ergo præter Grammaticum & exteriorem ſenſum, qui etiam ruſticis patet, admitti debet alius ſecretior, & interior notus ſolis Politicis, quem Mentales Reſtrictiones ſuccollent, emaculentq; ab omni ſuſpicione mendacii.

An, & cur non fuerint plena mendaciis hæc verba?

An duplex in verbis ſenſus reperiatur?

PROBATIO XIII.

De verbis Domini ad Ezechiam.

An ſemper Deus, quando hominibus, aut mortem, aut pœnam, aut quodcumque malum minatur, utatur Reſtrictione Mentali?

PRæterea. Quo tempore obſidebat Lobnam Sennacherib, incidit in morbum Ezechias, Rex pius & bonus, qui aras & lucos Gentilium Idolorum deleverat. Inviſit ægrotum Iſaias, & ait. *Hæc dicit Dominus. Diſpone domui tuæ; quia morieris tu; & non vives.* Oravit Ezechias, & obtinuit vitæ prorogationẽ nam ad Prophetam Dominus. *Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui. Audivi orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adjiciam ſuper dies tuos quindecim annos, & de manu Regis Aſſyriorum eruam te: & civitatem iſtam; & protegam eam.* Et ex hac hiſtoria ſic diſcurrunt. Sciebat Deus tunc nõ eſſe moriturum Regem, ſed per annos quindecim ſupervicturum, & tamen per Prophetam ei mortis intimavit ſententiã, *Morieris & non vives,* dicens. Igitur præter verba aliquid Deus mente retinuit vi cujus illa eſſent vera. Ergo verbis extrinſecis dicebat Deus *Morieris, & non vives,* & tamen mente pronunciabat, *Morieris, & non vives, niſi oraveris, & tuarum ego lachrymarum intuitu vitam ulteriorem conceſſero.* Ecce dimidiam Deus orationem extrinſecùs protulit; & intrinſecùs mente alteram dimidiam retinuit. Ergo & nos eodem modo dimidiam ſine mendacio poterimus ſententiam dicere, & mente alteram dimidiam retinere.

Legit hæc, & interrogat Beverovicius, Fatalis, an mobilis ſit vitæ terminus? Tres libros de hoc argumento ſcripſit.

Haploſes.

PROBATIO XIV.

De Ionæ Prophetia, & Ninivitarum converſione.

Cùm Prophetiæ non impleri non poſſint, & tamen hæc ſecundum externum ſenſum non ſit impleta, ſupereſt, ut habuerit in mente Divina illum ſenſum ſecundum quem verificatur. Deus igitur utitur Reſtrictione Mentali.

PRobant præterea ſuam Concluſionem totam Ionæ hiſtoriam producentes: illam perſtringo. Sanè in Cœlum gravia crimina Ninivitæ commiſerant. Et Deus accerſit Ionam præcipitque ut ſententiam in ſceleratos latam in loco delicti promulget. Ut brevitati conſulam, omitto Ionæ fugam: omitto tempeſtatem, ſortes immiſſas; & temeritatem nautarum. Fuit Ionas projectus in pelagus, à ceto magno devoratus. Nec eſt cur hanc hiſtoriam parabolis aut fabulis Heterodoxi accenſeant, nam vaſtiſſimæ molis piſces inveniuntur in pelago, quos *immania cete* Virgilius 5. *Æneid.* nominat, *& cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe tradit Iuba,* inquit Plinius *lib.* 32. *cap.* 1. Et unum ex his monſtris non Ionam modò, ſed totam etiam navem devorare potuiſſet. Et ſanè in libro, qui inſcribitur, *La conquiſta Eſpiritual del Paraguai. P. Ruizius* ejus autor recenſet, à

De peccatis & pœnitentia Ninivitarum.

Quàm magna monſtra reperiantur in mari?

Ionæ Hiſtoria continet Prophetiam, & exuberat magnis myſteriis.

quibuſdam draconibus, qui fluvii quem *Magnum* vocant, piſces ſunt, homines devorari. Et mirabiliora adhuc in Hollandorum expeditionibus, in Boream, Auſtrumque promotis leguntur. Et quidem non ſine myſterio magno Ionas in Ceti ventre triduum jacuit: nam *Fer. IV. poſt Dominic. I. Quadrag.* cantat Eccleſia. *Sicut fuit Ionas in vẽtre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde* [a] *terra*. A Ceto tandem, ſic præcipiente Domino evomitur; & ad meliorem m ntem ipſa pia punitione converſus audiens Domino, humilis præceptum acceptat, & iter ad Ninivem dirigit. Erat præclara civitas, populum numeroſum complectens, per tres dies itineris & pauperum caſas, & divitum palatia protendens. Ingreſſus Ionas exclamavit dicens, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur*. Crediderunt Ninivitæ in Deum prædicant. jejunium, & ſanctiſſimè obſervant, deteſtantur peccata, miſericordiã implorant & veniam obtinent. Civitas nõ ſubvertitur; & Ionas affligitur, quia vaticinium ſuum adverſus Ninivem non impleri videbat. Mortem optat: ſed à Deo corripitur, qui injuſtam illius indignationem convincit, quòd putaret, ſe rectè de hedera arefacta dolere, & tamen noluerit Dominum parcere civitati maximæ, in quâ, ſi peccaverant plurimi, multa infantium millia, quæ non peccaverant, petebant ab ipſo cum cæteris miſericordiam.

a] Hinc patet cor non eſſe ipſum centrum figuræ: nam hoc poteſt nomen adſcribi cuilibet puncto intra circũferentiam.

Concionatur Ionas.

Ninivitæ convertuntur ad Deum.

Indulget illis veniam Deus, & Civitatem non ſubvertit.

An in Prophetia Ionæ fuerit Reſtrictio mentalis?

Hiſtoriâ ſi prolatâ noſtri Adverſarii diſcurrunt. Senſus Prophetiæ inquiunt, erat. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur, niſi ex corde perfecto egerint pænitentiam Ninivitæ.* Illa autem Reſtrictio non erat in verbis Prophetæ: non in mente Prophetæ; quia cum putaret deletũ iri civitatem, & poſteà elapſo termino perſtare adſpiceret, affligebatur. Manebat ergo in mente Divinâ Reſtrictio.

An amphibologicè loquatur Deus?

D. Chriſtophorus de Benavente quem paulò ante citavi, pag. 500. ex hac hiſtoria ratiocinatur ſic. Venit Propheta cõcionaturus *Intra quadraginta dies Ninivẽ ſubvertendam*. Certum eſt illum abſolutè verba hæc, intellexiſſe; & certum illa abſolutè præſcripta fuiſſe à Deo. Egit pœnitentiam Civitas, & impetravit veniam. Debemus igitur neceſſariò fateri dicta à Deo fuiſſe cum amphibolologia; habebat enim in ſua Divina mente Deus deſtruendam omninò eſſe Ninivem peccatricem, ſervandam Ninivem pœnitentem. Aut ſaltem dicta fuiſſe cum tacita reſtrictione (lege conditione) quod eſſet ſubvertenda funditus, ſi pœnitentiam opportunam non ageret.

An orationem conditiones reſtringant?

PROBATIO XV.

De Chriſti, & Apoſtoli verbis.

An quando ille, Non adſcendam, *& iſte* Iterum ad vos veniam, *dixit, habuerit* Reſtrictionem Mentalem?

PRæter Antiqui Teſtamẽti locos, quos adduxerunt, ſe relinquere plurimos aſſerunt, quibus poſſent ſuam Sententiam evincere: finem tamen imponunt, ut ad Novum ſe conferant, & Evangelia accuratè percurrant; Sæpe enim ut ajunt Dominus noſter *Ieſus* Chriſtus, ſæpe ejuſdem Apoſtoli uſi ſunt Reſtrictione Mentali. Et præter alia hæc proponunt, & urgent.

Ioannes, Divinus Hiſtoriographus narrat fratres (cognatos) Domini noſtri Ieſu-Chriſti obnixiùs poſtulaſſe, ut in Iudæam adſcenderet, & illis reſpondiſſe Chriſtum, *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc; ego autem non adſcẽdo ad diem feſtum iſtum*. Et ſubjungit Evangeliſta, *Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilea. Vt autem adſcenderunt fratres, tunc ipſe adſcendit ad diem feſtum*. Inferunt. Ergo Chriſtus habuit Reſtrictionem Mentalem. Suadent conſequentiam; quia dixit. *Non adſcendam*: & poſtea adſcendit. Ergo quãdo dicebat, *Non adſcendam*, habebat in mente, *Non adſcendam vobiſcum*, & per illud *vobiſcum*, quod in mente erat, verbã reſtringebãtur: alias enim aliter loqueretur, & aliter faceret, & à mendacio excuſari non poſſet. Tunc ſic. [Chriſtus mentiri non poterat. At illa Chriſti verba, *Non adſcendam*, niſi reſtringãtur mẽtaliter, à mendacio excuſari non poſſunt Certum eſt ergo Chriſtum in eis uſum fuiſſe Reſtrictione Mentali.]

Ioann. 7.

An Chriſtus agens cum ſuis fratribus, uſus fuerit Reſtrictione Mentali?

Chriſtus mentiri non potuit.

CONFIRMATIO I.

SImile argumentum ex Apoſtoli verbis deſumitur: nam debemus ſupponere D. Paulum Sancto Spiritu plenum, non potuiſſe dicere, quod non eſſe certum cognoſceret. Capite Hiſtoriæ Apoſtolicæ decimo-octavo his verbis valedixit Epheſiis Πάλιν ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, *Iterum revertar ad vos*, quia ſciebat ſe eſſe ad illos reverſurum: aliàs enim non promitteret, quod ſciret ſe præſtare non poſſe. Et quidem ſatisfecit promiſſis, nam cap. 20. fuit ad illos reverſus; & iterum valedicẽs dixit, Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ οἶδα ὅτι οὐκ ἔτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου ὑμεῖς πάντες. *Et nunc ecce ego ſcio, quia non amplius vi-*

Act. 18. 21.

De S. Paulo. An uſus fuerit Reſtrictione Mentali?

Digitized by Google

videbitis faciem meam vos omnes. Et quia ſciebant eum nec falli, nec mentiri poſſe, *magnus fletus factus eſt omnium, procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eum, dolentes maximè in verbo, quod dixerat, quoniam ampliùs faciem ejus non eſſent viſuri; & deducebant eum ad navim*. Et poſtea ſe venturum pollicetur Corinthiis, ſcribit enim, Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς. *Veniam autem citò ad vos*. Unde quia ad ipſos, ut pollicitus fuerat, non rediit, hoc Adverſarii argumentum conformant.

Paulus Deo plenus nec falli, nec fallere potuit.

1. Corinth. 4. 19.

Paulus ſe venturum pollicetur Corinthiis, & tamen ad ipſos non venit. Ergo, vel mentitus fuit, vel neſcivit quid promitteret, vel uſus fuit oratione reſtricta. Non primũ: non eſſet enim aptus Evangelii prædicationi, ſi mendax eſſet. Non ſecundum; erat enim plenus Spiritu ſancto, & ſciebat quid diceret, aut polliceretur. Tertium igitur dicendum eſt. Mentales ergo Reſtrictiones magnò Apoſtoli ſuffragio confirmantur.

Prædicatores Evangelii docti, & veraces eſſe debent: docti, ne decipiantur, veraces autem, ne decipiant.

Confirmatio II.

An S. Paulus venerit in Hiſpaniam?

ET ſimile argumentum ex Pauli epiſtola ad Romanos conformant. Licet enim verſu vigeſimotertio quinti decimi capitis videatur conditionatè loqui, ſe nihilominus in Hiſpaniam iturum, vigeſimo octavo abſolutè aſſeverat. In priori loco dixerat ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν. *Verſi proficiſcar in Hiſpaniam*, vel ut habet Vulgatus, *Cum proficiſci cœpero*, &c. In poſteriori autem, Ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν. *Proficiſcar per vos in Hiſpaniam*. At poſteà mutato dictamine in Hiſpaniam non abiit; ſi enim iviſſet, S. Lucas, qui peregrinationes ipſius Evangelicas accuratè deſcripſit, id profectò expreſſiſſet. Ergo, vel dicendus eſt fuiſſe contra mentem loquutus, vel neſciiſſe quid diceret, vel uſũ Reſtrictione mentali. Primum, ſi diceretur, eſſet contra tanti Apoſtoli authoritatem, alterum contra Divinæ lucis, qua erat ſuffuſus Paulus, claritatem. Dicendum ergo tantum eſt, quod ultimo loco ponebatur. Ergo Reſtrictionum Mentalium innocentia ſatis clarè probatur.

Ad Roman. 15. 23. & 15. 28.

De S. Pauli in Hiſpaniam adventu nihil ſcripſit S. Lucas.

Probatio XVI.

De Lazari Morte, & Reſurrectione.

An ſiquidèm bifariam accipi ſolet verbum Dormio, *cùm Chriſtus*, Lazarus dormit, *dixit, mente vocem reſtrinxerit ad alteram ſignificationem.*

ADducunt etiam Lazari hiſtoriam Authores Reſtrictionum Mentalium; Ioann. 11. 11.
rogatus enim Ieſus, ut periculosè laborantem amicum viſeret, per biduum diſtulit, & poſteà ſciens illum jam obiiſſe, eum dormire, & ſe iturum ut illum excitaret aſſeruit. Ergo quia verbum *dormio* duplicem habet ſignificationem, illud Chriſtus ſumpſit in una, etſi ſciret ab Apoſtolis accipiendum in altera.

Omnes hiſtoriæ circumſtantias his verbis S. Ioannes recenſet. Poſt hæc dicit eis (videlicet, Chriſtus Apoſtolis) *Lazarus, amicus noſter, dormit: ſed vado, ut à ſomno excitem illum*. Dixerunt ergo diſcipuli ejus: *Domine, ſi dormit, ſalvus erit*. Dixerat autem Ieſus de morte ejus; illi autem putaverunt, quod de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè: *Lazarus mortuus eſt; & gaudeo propter vos, ut credatis, cum non fuerim ibi. Sed eamus ad eum.* &c. Iſidorus Clarius ſic exponit [Gaudeo propter vos quod non fuerim ibi, ut credatis ex eo, quod me intelligitis ſic noſſe futura, quaſi præſentia.] Et ſtatim illa Chriſti verba, *Ego ſum reſurrectio & vita*, hoc ſcholio dilucidat. [Si vitam æternam dare poſſum, multò facilius mihi erit ad hanc temporiã hominem excitare.]

Probatio XVII.

De Iudiciali Chriſti Dignitate.

An certum ſit eſſe eum univerſorum Iudicem? Cum igitur ipſe mentiri nequeat, & tamen ſe non eſſe Iudicem dixerit, habuit aliquam Reſtrictionem in mente, vi cujus illa verax eſſet Negatio.

IN Divino Tribunali quis præſidet? Dominus Noſter Ieſus-Chriſtus. Quis de hoc dubitet? Ioann. 5. 22. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. & num. 27. καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. *Neque enim Pater judicat neminem* [*] *ſed judicium omne dedit Filio.* &c. *Et poteſtatem dedit ei etiam judicium facere, quia Filius hominis eſt.* Et

*] Vulgatus poſuit *quemquam* & bene, quoniã apud Latinos duæ negationes affirmant.

An Chriſtus vivorum & mortuorum ſit Iudex?

Petrus Act 10.42. dicit, Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ, καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. *Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari, quia ipſe eſt ille definitus à Deo* (Hiſp. *el ſeñalado de Dios*) *Iudex vivorum & mortuorum.* Ergo, ſiquidem Chriſtus Dominus *eſt Via, Veritas & Vita*, & univerſorum Iudex eſt, qua ſinceritate ſe eſse Iudicem negat? Quomodò ergo apud Ioannem 3. 17. ait. οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. *Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur Mundus per ipſum.*

Cur ſe eſſe Iudicem neget?

Et in ejuſdem Evangelii cap. 8. 15. ait ipſemet Chriſtus; ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα: *Vos ſecundum carnem judicatis; ego non judica quemquam.* Vel, ut habet Textus Syriacus, *Vos corporaliter judicatis, Ego neminem judico;* aut etiam Arabicus, *Vos corporeum* (ſecundum externam apparentiam judicatis) *ego non judico.*

An uſus fuerit Reſtrictione Mentali?

Hos locos Adverſarii componunt, & conſiderant; & ſic argumentantur. [Chriſtus eſt univerſorum *Iudex*. Chriſtus mentiri nequit, & tamen ſe eſſe *Iudicem* negat. Ergo ſunt duo ſenſus in quorum altero ſit verum dicere, *Ego ſum Iudex*, & in altero, *Ego non ſum Iudex*. At hi ſenſus non exprimuntur verbis, ergo mente concipiuntur tantummodò. Stat ergo debere admitti Reſtrictiones Mentales.

PROBATIO XVIII.

De Die Extremi Iudicii.

Illum Chriſtus exactè & determinatè cognoſcebat; quo ergo modo ſine mendacio potuit, ſe illum ſcire negare?

Matthæi cap. 24. verſ. 4. 36. Marci cap. 13. verſ. 4. 32.

An Chriſtus cognoverit Iudicii Extremi diem?

INterrogaverant Chriſtum Apoſtoli, quando eſſet Hieroſolymarum excidium; & ulteriori curioſitate pellecti Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas ſunt auſi quærere, Quo anno, & die futurus erat Mundi terminus? & ipſis apud Matthæum Chriſtus, *De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli Cælorum, niſi ſolus Pater meus*, & apud Marcum, *De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque Angeli in Cælo: neque Filius, niſi ſolus Pater.* Conſiderant has ἀποφάσεις Expoſitores, & doceri deſiderant, quo ſenſu vera ſint verba Chriſti, ſe ſcire, quando futura ſit illa dies, negantis? Illā profectò diem à Chriſto ſciri certum eſt. Eſt Iudex. De actibus humanis, etiam minutiſſimis, debet ſententiam ferre. Ergo debet illorum noſcere numerum. Ergo & viæ terminū qui erit ipsūmet momentū Univerſalis Iudicii.

De Chriſto ut Filio Dei.

Iſidorus Clarius, Monachus Benedictinus, locum Matthæi exponit dicens, *Non tamen ipſe ſe excludit: nam omnia, inquit, quæ habet* Pater, *mea ſunt.* Locumq; Marci hoc ſcholio dilucidat. *Neque Filius quatenus homo eſt, quemadmodum cernitis.* Non placet prior Iſidori expoſitio: nam filium expreſsè excludit Chriſtus; non poſterior, nam apud Ioann. 5. 22. dixit. *Neque enim* Pater *judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant* Patrem.

De Chriſto, ut Filio Hominis.

An quà homo cognoſcere debuerit illam diem?

Quæ verba de Chriſto qua homine Sancti Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, Baſilius, Gregorius, Hieronymus & cæteri Patres exponunt. Ergo Chriſtus, quà homo ſciebat diem & horam Iudicii; niſi enim omnes in individuo homines, & omnes eorum actus, & omnes humanorum actuum circumſtantias (inter quas tempus & locus judicantur præcipuæ) exactè præcognoſceret, non poſſet vivos & mortuos judicare legitimè.

An ſe illam diem ſcire negaverit Dominus, ne contriſtarentur Diſcipuli?

Sed cur ſe neſcire, quæ reverà ſciebat, Chriſtus aſſeveravit? Theophilact. *in c. 24. Matth.* ideo eū ſe illud ſcire negaſſe aſſerit ne mœrore charos ſibi ſuffunderet: cōtriſtarentur enim, ſi illis dixiſſet, *Quod interrogatis, benè ſcio, at vobis revelare non volo.* At meo judicio, non eſt hæc Interpretatio ſufficiens, non enim Chriſtum Veritatem immenſam, videtur excuſare à mendacio. Ab eo enim, quod res eſt, vel non eſt, non autem ex eo quod audientes mœrorem recepturi ſint, aut non ſint, Propoſitio redditur vera vel falſa.

An in illis verbis Non ſcio, *Reſtrictio hæc,* ut vobis dicā *ſubintelligatur?*

Conantur Adverſarii oſtendere in Chriſti verbis reperiri Reſtrictionem Mentalem.

Aliam S. Ambroſius *libr. 5. de Fid. cap. 8.* inivit viam; putat enim neſcire judicii horam & diem expedire mortales, adeoque Chriſtum, illam horam & diem neſciiſſe, ut diceret: neſciiſſe, ut Salvatorem & Auxiliatorem; neſciiſſe ut Medicū (hæc enim notitia, ſi communicaretur, non profuiſſet Diſcipulis) Chriſtus ergo ſe illam habere ſcientiam illæſa potuit Veritate negare.

Hanc Ambroſii expoſitionem Adverſarii amplectuntur, & meritò; nā in doctrina manifeſta fundatur; & inferunt Chriſtum uſum in illis ipſis verbis fuiſſe Reſtrictione Mentali. Quoniam intellectualis in Chriſti mente propoſitio erat, *Non ſcio, ut vobis dicam;* vocalis verò erat, *Non ſcio.* Et exclamant. Ecce Propoſitio intellectualis vera erat: ecce vocalis falſa eſſet, niſi per alteram reſtringeretur. At falſa non eſt. Vocalis ergo Propoſitio reſtringitur per intellectualem.

PRO-

Digitized by Google

PROBATIO XIX.

De illorum verborum. *Sedebitis ſuper ſedes duodecim*, vero & germano ſenſu. *Quomodo ſit vera hæc Prophetia, ſiquidem nulla ex illis ſedibus data fuit Iudæ?*

Quanta cura Deus honorem velit etiam peccatorum curari?

VT probet ſumma cura invigilandũ eſse, ne cauſa aut negligentia noſtra Proximi honos vel in minimo decircinetur, Acacius Matchius *tom. 1. verb.* Falſos teſtimonios. *reſol. 317. nu. 2. pag. 624.* ſic inquit. *Tuvo* (Chriſto nueſtro bien) *particular cuydado en mirar por la reputacion* [1] *de Iudas; lo primero* [2] *quando le pregunto San Pedro* Matth. 19. 28. *que ſuerte les havia de caber; y reſpondio*, Que havian de eſtar ſentados ſobre doze ſillas juzgando a los doze tribus de Iſrael. *Bien ſabia Chriſto, que Iudas no havia de tener alli lugar, ni havia de ſentarſe en aquellas ſillas, y con todo eſſo mirando por ſu fama*, ne cæteris deterior haberetur, *como nota bien Eutymio, porque no fueſſe tenido en menos que los demas, no le excluyo; y por la miſma cauſa tuvo ſiempre en ſummo ſilencio ſu traycion. Y ſi por la honra de Iudas miro tãto que haria por la de los demas?* Ex hoc doctiſſimi Viri diſcurſu, qui tuentur Reſtrictiones Mentales ſequens argumẽtum conformant.

1] Non negavit Euchariſtiã Iudæ, & ſi illũ eſſe indignum perſpiceret?

2] A generali promiſſione eum non excludit.

Verba Chriſti ſunt hæc, *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Notentur verba, *Sedebitis*, inquit Ergo & Iudam includit. At ſciebat Chriſtus, non illos duodecim, ſed undecim tantum in illis thronis conſeſſuros. Ergo mẽte ſubintelligebat aliquid quod verbis non proferebatur, vi cujus verba hæc Chriſti maneant vera & veracia. Patet conſequentia, nam ſiquis diceret, *As habet uncias tredecim*, putans tot habere, falleretur: & ſi hoc diceret, ſciens illum habere uncias duodecim, mentiretur. At Chriſtus, nec falli, nec mentiri potuit. Intellectuali ergo aliqua Reſtrictione fuit uſus. Sed qua? Potuit ex illis verbis, *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*, quæ Matth. 10. aut ex illis, *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*, quæ Apoc. 2. reperiuntur, deſumi; ita ut mente Chriſtus dixerit, *ſi uſque in finem perſeveraveritis*, & linguâ expreſſerit, *ſedebitis ſuper ſedes duodecim* &c. Propoſitionem ergo abſolutam & falſam, Mentalis Reſtrictionis ope, conditionatam & veram Chriſtus reddidit.

Quo ſenſu prædixerit duodecim thronos Chriſtus, cum ſciret undecim eſſe coronandos tantummodo?

PROBATIO XX.

De illis, *Diſſolvite Templum hoc*, Chriſti Domini verbis. *An ſint æquivoca? An in altero à Iudæis ſenſu, & in altero à Chriſto accipiantur?*

COnſiderari prætereà jubent illa Domini verba, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. *Solvite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Ioann. cap. 2. verſ. 20.

Porrò illa Iudæi de Materiali, quod proſpectabant, Templo intellexerunt. Et id conſtat clariſsimè; quoniam Matth. 26. 60. cùm Sacerdotum Principes teſtes cõtra Ieſum quærerent, acceſſerunt duo falſi teſtes dicentes, οὗτος ἔφη, Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. *Hic effatus eſt, Poſſum diſſolvere Templum Dei, & per tres dies (poſt triduum) reædificare illud.* Et ipſos expreſsè de manufacto templo loqui; conſtat ex altera eorum depoſitione; quoniam aut ipſimet, aut alii iiſdem ſimiles, Marc. 14. 58. ſic deponunt. ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω. *Nos audivimus eum dicentem: Quòd ego diſſolvam Templum hoc manufactum, & per tres dies (per triduum) aliud non manufactum ædificabo.*

De voce Templum. An habeat duplicem ſignificationem?

Illa Iudæi manufactum templum intelligebant.

Eodem Iudæi ſenſu verba Chriſti Domini intellexerunt, quoniam obſiſtebant dicentes, Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; *Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?*

Quot annis Hieroſolymitanum erectũ ſit?

Eodem denique Apoſtoli, quoniam verum & legitimum eorum verborum ſenſum poſt mortem Domini intellexerunt. Scribit enim Sacer Evangeliſta. ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς, καὶ ἐπίστευσαν. *Cum ergo reſurrexiſſet à mortuis recordati ſunt Diſcipuli ejus, quia hoc dicebat eis, & crediderunt.*

De Apoſtolis.

Ioannes 2. 22.

At alio Chriſtus ſenſu, & non ita noto, & obvio accipiebat ſua verba; quoniam ut Ioannes teſtatur ἐκεῖνος ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. *Ipſe dicebat (loquebatur) de templo Corporis ſui.*

Quo Chriſtus ſenſu ſumſerit illam vocẽ?

Hanc hiſtoriam Adverſarii conſiderant, & ſic diſcurrunt. Vox *Templum* duas habebat ſignificationes, alteram propriam & communem, alteram impropriam & tam particularem, ut fortè ante Chriſtum

An poſſit quis voce ad minùs propriam, & minùs communem ſignificationem reſtringere?

Digitized by Google

ſtum nemo illam in tali ſenſu dixerat, vel audiverat. Interim, tametſi omnes *Templi* nomine, eſſent intellecturi *manufactam* licuit Chriſto vocem mente contrahere, & in ſignificatione impropria & inuſitata ſumere. Ergo & nobis licebit. Tota enim Chriſti vita eſt Humanæ converſationis eruditio.

PROBATIO XXI.

De Peregrino Emauntino.

Qui-nam Diſcipuli illi fuerint? Cur Chriſtum ſub initium non potuerint cognoſcere, cùm tamen eum poſtea cognoverint? An in Chriſti verbis aliqua ſit admittenda Reſtrictio?

De Chriſto & Emauntinis diſcipulis.

ARguunt etiam ex Emauntina Hiſtoria, quæ huic noſtro Monſſeratenſi Monaſterio jam ab antiquo nomen dedit. *Emauntinum* enim id dicitur, quod Chriſto ſe Emaunte revelanti diſcipulis, ſit cõſecratum. Hiſtoriam narrat *cap.* 24. *f.* S. Lucas, & nos poſtridie ſolennitatem Paſchalis apparatu feſtivo celebramus. Eam ad breves has periodos perſtringo.

Præter Apoſtolos fuerunt alii Diſcipuli.

Præter Apoſtolos, qui fuerunt Diſcipuli Chriſti primarii, habuit adhuc Dominus alios ſeptuaginta vel plures, qui ad claſſem ſecundariam ſpectant. Duo ex his (Lucas, & Cleophas) Emauntem (arcem, quæ ſexaginta ſtadiis, ſeu milliaribus Italicis ſeptem, & ſemiſſe diſtabat à Hieroſolymitana Civitate) progrediebantur. Agebant inter ſe, de Vitâ, Miraculis, & Paſſione Domini noſtri Ieſu-Chriſti. Adfuit illis Ieſus; & tamen eum non cognoverunt. Poteſt id duobus modis contingere: vel mutatione objecti, vel oculorum alteratione.

Cur diſcipuli non cognoverint Chriſtum?

An mutatio in objecto, an verò in viſu facta?

Quoniam larvatos homines non cognoſcimus, & tamen adlucinatio non oritur ab oculorum vitio, ſed à larva, qua occultatur objectum. Et diſtantes homines non cognoſcimus, & hæc adlucinatio non procedit à mutatione objecti, ſed ab oculorum debilitate; ſunt enim impotentes, ut remota diſtinguant. Sanè hi diſcipuli non cognoverunt ſuum Magiſtrum. Sed cur? an deſigurabatur objectum: an verò oculi illorum alterabantur? Hoc ultimum affirmat ſacer Textus, inquit enim οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν. *Oculi eorum tenebantur* (impediebantur) *ad non cognoſcere* (ne cognoſcerent) *eum* [Conſidera illud τοῦ, quod Latinè, aut Hiſpanicè exactè hic explicare neſcirem.] Et poſteà αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν. *Aperti autem ſunt oculi, & cognoverunt illum.* Nam decentiùs erat immortale & inalterabile poſt Reſurrectionem Chriſti Corpus extrinſecam, potiùs quàm intrinſecam mutationem ſubire. Tunc ad eos Peregrinus. Τίνες οἱ λόγοι, οὓς οὗτοι ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες καὶ ἐστὲ σκυθρωποί. *Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem, & eſtis triſtes?* Obſtupuit Cleophas: nam in ea tam notoria ſuſpicari non poterat, eſſe aliquem, qui non omnia cognoſceret: & ideò indignabundo ſimilis inquit: Σὺ μόνος παροικεῖς Ἱερουσαλὴμ καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; *Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognoviſti* (vidiſti, aut audiſti ſaltem) *quæ facta ſunt in illa his diebus?*

Vera Chriſtum docuerit? An rem omnibus notam & publicam poſſit aliquis ignorare?

Pergit interrogare Peregrinus, ac ſi nihil omninò ſciret: & ut ſingula ab illis diſcat, petit. Ποῖα, *Quæ?* & reſpondent, Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. *De Ieſu Nazareno, qui fuit Vir, Propheta, in opere & ſermone, coram Deo, & omni populo. Quomodoque* [*] *tradiderunt eum Summi Sacerdotes, & Principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet futurus redimere* (*quia ipſe eſſet redempturus*) *Iſrael,* &c. Porrò illud Προφήτης illos non habere perfectam in[illegible]: debebant enim dicere Chriſtum eſſe τὸν Προφήτην quoniam loquendo Hiſpanicè, *No les baſtaba decir, que era Propheta, porque bavian de confeſſar, que era El Propheta.*

[*] Latinos & quomodo dicit, poſui autem quomodo que, ut vocem ὅπως τε meliùs exponerem.

An, & qualem ſpem habebant hi diſcipuli?

Et præterea, illud ἠλπίζομεν *ſperabamus*, aut nullam illos jam, aut ſaltem ſpem habere imperfectam, ſignificat: & ideò clementer ſeverus in illos invehitur Peregrinus, & ait ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται· οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ. *O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti ſunt Prophetæ! Non-ne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam?* & tunc incipiens à Moyſe, & per Prophetas poſteriores decurrens, ob oculos ponebat Scripturas, quæ de Chriſto erant, ut ſe docente diſcerent, nihil eos vidiſſe Hieroſolymis, quod non fuiſſet olim prædictum à Spirituſancto, *per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum ejus.* Vt pervenerũt Emauntẽ, fingebat Peregrinus ſe ul-

Fingebat Peregrinus ſe ulteriùs progreſſurum eſſe.

ulteriùs progreſſurū eſſe. At illi comiter urbanè,& devotè cogebant, ut apud ſe hoſpitaretur illa nocte dicentes, Μεῖνον μεθ' ἡμῶν. ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. *Mane nobiſcum, quoniam ad veſperam eſt, & inclinavit dies.* Ingreſſus Arcem Ieſus, hoſpitii piè oblati charitatem admiſit. Et dum recumberent; hoc eſt, menſæ aſſiderent; λαβὼν τὸν ἄρτον, εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς, *Accipiens panem benedixit, & frangens porrigebat illis.* Et denique permiſit ſe cognoſci Dominus in fractione panis; quoniam αὐτῶν διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. *Eorum aperti ſunt oculi, & cognoverunt eum. Et ipſe non apparens factus eſt ab eis (ex oculis eorum evanuit.)*

Cur apud illos manſerit?

Quomodo fuerit cognitus?

Volui hanc Hiſtoriam luculentiùs deducere, nam id locus, in quo hæc peroro, poſtulare videtur; nam ſi Majores noſtri hoc olim Templum & adnexum Cœnobiū Peregrino Emauntino conſecrarunt, neceſſarium omninò eſt, ut hanc Hiſtoriam nos perfectiùs cognoſcamus, quàm aliis.

Pragenſe Monſerrati Monaſterium ab initio Peregrino Emauntino dicatum.

Noſtri in illâ Adverſarii multas, ut dicunt, Mentales Reſtrictiones reperiunt. Diſcurrunt ſic. Primò, interrogat Chriſtus, quæ exactiſſimè ſciebat. Ergo fingebat ſe neſcire. Ergo, cùm non fuerit mentitus, mentali aliqua debet Reſtrictione excuſari. Secundò, finxit ſe iturum eſſe ulteriùs, & tamen ulteriùs non erat iturus. Ergo etiam illa verba, ne labe mendacii maculentur, ab interna debent cogitatione reſtringi.

An hic in verbis Chriſti mentales Reſtrictiones inveniantur?

Quomodo Apoſtoli variis linguis loquuti ſint?

EX Viſu ad Auditum immediata conſequentia nos ducit. Ergo ex doctrinâ præcedenti ſcire exactè poterimus quomodo una & eadem Apoſtolorum Concio in diverſis ſimul linguis fuerit habita?

An poſſit quis pluribus ſimul linguis dicere?

Sanè Apoſtolos habuiſſe linguarum gratiam, certum eſt. Ejus virtute omnium gentium percallebant idiomata, & converſari poterant cum univerſis: verùm enim verò ratione hujus primi miraculi præſcindendo à ſecundo non intelligebantur à Græcis, quando concionabantur Indicè: nec à Tartaris quando perorabant Arabicè. At præter hoc generale Chariſma aliud obtinuere ſpeciale: nam majori prodigio, quando ad Populum concionabantur, ipſi uno tantùm loquebantur idiomate, (puta Hebraico, aut Syriaco) nec enim ſimul poterant loqui pluribus [*] & tamen ſinguli Auditores eos loquentes in ſua propria & materna lingua auſcultabant: unde ſtupebant, & admirabundi exclamabant. *Nonne, ecce, omnes iſti, qui loquūtur, Galilæi ſunt? Et quomodo nos audivimus, unuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus. Parthi, Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam & Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenen; & advenæ Romani; Iudæi quoque & Proſelyti, Cretes & Arabes, audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.* Ita Act. 2.

*] Alternativè in multis loqui linguis poſſumus, & ſolemus: ſimul in duabus, aut fortè tribus aliquam brevè Orationem magno ſtudio componimus: at longos diſcurſus multilingues contexere, Humanæ Eruditionis vires ſuperat. Vide quæ in noſtra Rhythmica & Metametrica de hoc argumento diſputantur

Iuvabit nos doctrina Apparitionum, quam Paragraphus præcedens dilucidat. Pluries Dominus noſter Ieſus-Chriſtus poſt Reſurrectionem apparuit, & quidem ſub diverſis figuris. Sub Olitoris ſpecie viſus fuit à Sanctâ Magdalenâ; ſub Peregrini ab Emauntinis; & ſub propriâ ab Apoſtolis. Et ſequentibus ſæculis apparuit S. Martino & aliis ſub Mendici figura, & S. Antonio & aliis ſub forma pueri. &c. Interroganti verò, *An has metamorphoſes & transfigurationes ipſummet Chriſti Corpus ſubierit; an verò illud ſemper manſerit invariatum, & tota differentia in ſpeciebus, quæ oculis impreſſa, conſtiterit?* Reſpondimus, invariatum ſemper manſiſſe Corpus Domini, nec formas aut figuras mutaſſe; at in oculos immiſiſſe ſpecies quæ formam, ſub quâ videri volebat, repræſentarent.

Impreſſæ in Lyceo (ſic Ariſtotelis Schola nominatur) ſpecies, ſunt rerum quędam imagines, quæ potentiam determinant, ut objectum exprimat & percipiat. Hæc doctrina eſt communis; & impræſentiarū utilis ut Argumentum præſens clariſſimè dilucidetur.

Hinc ad ſimultaneam Apoſtolorum Eloquutionem πολύγλωττον ſimili ratione reſpondeo. Quando coram diverſarum regionum & nationum hominibus perorabat Apoſtolus, in determinata aliqua lingua concionabatur. Ejus verba, ſtando naturali rerum curſui, audirentur ab omnibus, ſed ab unîus tantummodò Patriæ hominibus intelligerentur. Divini autem Numinis præſtitit Omnipotentia, ut verba Syro-Chaldaica, ex. gr. (hæc enim erant materna & vernacula Apoſtolis) ab Apoſtolo dicta in Latinorum aures Latias, in Indorum Indicas, in Græcorum Græcas & in Gallorum Gallicas, & ſic de cæteris, immitterent & ingenerarent ſpecies. Audirent ergo Græcam Concionem Græcus, Indus Indicam, & Latinam Romanus: & unuſquiſque affirmaret in ſua lingua materna Concionatorem peroraſſe.

Materna Apoſtolorum lingua quæ?

In quo fuerit conſtitutū miraculum?

Miraculoſum hunc prædicandi & concionandi modum poſt Apoſtolos etiam nonnullis Sanctis Altiſsimus communicavit. Divus enim Vincentius Ferretius non niſi in lingua Valentina paſsim concionabatur; & quotquot aderant illum intelligebant; quoniam cum Italus Italice

An hæc gratia poſt Apoſtolos aliis fuerit & à ter communicata?

De S. Vincentio Ferrerio.

elo-

eloquentem audiebat, Iberus Ibericè, Belga Belgicè, & Germanus Germanicè. Similis Gratia Paduano Antonio fuit indulta divinitùs, *porque mandado predicar por Gregorio IX. le entendieron diverſas naciones, cada qual en ſu Idioma. Y quien dudá, que a eſtar los Mexicanos preſentes, que tambien los Mexicanos le entendieran. Admirado del caſo le llamò el Pontifice* ARCA DEL TESTAMENTO. Et meritò; quoniam in Arcâ Fœderis Legis Tabulæ, Aaronis Virga, & Manna ſervabantur; & in Antonii linguâ erant Legis Divinæ Commentarii, quibus illa clariſsimè dilucidabatur. Erat imperandi, puniendi, & conſolandi authoritas; hæc enim Virgæ ſymbolo ſignificatur. Et, veniendo ad rem noſtram, erat Manna, *Quoniam*, ut in S. Antonii Vitæ cap. XV. ſcribit Haye, *unum Manna omnes edebat ſapores, una Antonii lingua omnia Mundi idiomata pronunciabat*. Vnde ſcitè Ventancurtius exclamat *Si el Manna ſabe a todos los manjares, la lengua de Antonio a todos los Idiomas.*

Verba ſunt P. Auguſtini Vētancurt in Dedicatoria, quæ Arti Linguæ Mexicanæ præmittitur.

Summi Pontificis de S. Antonii Elogium.

An, & cur in ejus fuerint lingua Lex, Virga, & Manna?

PROBATIO XXII.

De Propoſitionibus Vniverſalibus.

An omnes, ut verificentur, Intellectualem aliquam Reſtrictionem requirant?

MVltæ leguntur in Sacra Pagina Propoſitiones, quæ tametſi verbis univerſalibus pro latæ ſint exceptionem admittunt; multæ enim de aliquibus in particulari non verificantur. Paulus *ad Rom.* 5. 19. agens de peccato originali, ait. *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per unius juſtitiam in omnes homines in juſtificationem vitæ*. Ecce duæ Vniverſales analogiam conſtituunt: & tamen à prima Regina Angelorum excipitur, non enim per Adami peccatum in ipſam originaria macula; aut, quæ illam ſequitur, condemnatio tranſivit: nec per Chriſtum ad omnes venit vitæ juſtificatio, nam multi etiam adulti pereunt, quin unquam fuerint juſtificati. Similis præcedentibus eſt etiam hæc, *Statutum eſt hominibus ſemel mori*; quam ad Hebræos *cap. 9.* docet idem Apoſtolus, & tamen iterum moriturus à mortuis fuit excitatus Lazarus: fuerunt & alii, qui à Prophetis & Sanctis vitæ reſtituti leguntur. Sicut affirmativæ Vniverſales, ſic etiam negativæ interdum exceptionem admittunt. Talis eſt, *In Inferno nulla eſt redemptio*. Et tamen aliqui Patres aſſeruerunt, Chriſti animam, cùm deſcendit ad inferos, feciſſe in Styge prodigia, aliquos & nominatim Platonem eripiendo, & laurea cœleſti donando. Sed & poſthumi Trajani Hiſtoria, cui Hiſpani adplaudunt, eſt omninò mirabilis, nam ab Inferni flammis S. Gregorii meritis & precibus ereptus dicitur. Vnde ſic arguunt. Hæ, & aliæ plurimæ Propoſitiones, tametſi quoad verba ſint univerſales, exceptionem admittunt; Ergo, cùm hanc à verbis habere non poſſint, illam à mente Numinis Æterni recipiunt. Ergo ipſemet Deus utitur Reſtrictionibus. Ergo incuſari non poterunt homines, Angeli-ve, ſi illis etiam utantur.

Multa univerſales propoſitiones, quæ in Sacra Scriptura leguntur, deficiunt in uno vel altero caſu.

De immaculata Virginis Cōceptione.

An Lazarus bis fuerit mortuus?

An Plato, an Trajanus, an alii ab Inferno fuerint liberati?

An illa univerſales Propoſitiones à mente Divina reſtringantur?

Hæc ſunt Argumenta, quæ ex Sacrâ Scripturâ pro Mentalibus Reſtrictionibus adduci ſolent; addemus in ſequentibus etiam illa, quæ ex dictis factiſque Sanctorum Patrum deſumuntur: eademque rationibus ingenioſis firmabimus. Quibus peractis veram doctrinam proponemus, & poſteà illis clariſſimè ſatisfaciemus.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Exemplis Sanctorum & Illuſtrium Virorum ingenuitatem & neceſſitatem Mentalium Reſtrictionum adverſarii perſuadere conantur.

Cur argumententur ab Exemplo?

TRanſeunt ad Humanas Hiſtorias Defenſores Reſtrictionum Mentalium, & ut illarum uſum Probabiliorem reddant, Exempla Sanctarum Perſonarum producunt, quorũm nonnulla dicta aut facta ſine Reſtrictionibus expiare neſciunt à fallaciâ & mendacio. Et quidẽ meritò ab exemplis Argumenta deducũt, *Sermo enim vivus & efficax, Exemplum operis eſt: facilè perſuadẽs quod intendimus dum factibile probas eſſe, quod ſuademus* ut ait Melifluus Doctor: immò *validiora eſſe Exempla quàm verba, & pleniùs opere Diſcipulos doceri quàm voce*, Leo Papa in *Serm. de jejun.* ex Ariſtotele 10. *Ethic.* & aliis aſſeverat.

Bernardus ſer. 2. de Reſurr. Dominic.

Sunt Exempla ad perſuadendum efficacia.

PROBATIÓ I.

An S. Franciſcus ſufficiat ad Opinionem probabilem?

S. Franciſcus chorum ducat, nam multum hæc Opinio habebit ſi pro ſe poſſit tantum Virum citare. Hiſtoria eſt hæc. Mortem & Iuſtitiæ Miniſtros fugiebat quidam miſer homuncio quâ poterat celeritate. Lõgo ſpatio præcedebat Satellites; hi enim è plebis fæce lecti, ſemper ſunt deſidioſi & ignavi. Tranſivit apud D. Franciſcum, oravitque, dignaretur ſilentio ſuam miſeriam protegere: adeoq; ſe illac tranſiviſſe nulli manifeſtare. Superveniunt Satellites, & interrogant, *An latro tranſiverit illàc?* Summâ Sanctus modeſtiâ in togæ manicam manum inducens, reſpondit, *Non tranſivit hac*.

Recenſetur Hiſtoria.

Si dicam verba eſſe ἀμφίβολα, & per manus motum reſtringi, reſpondebunt, illa latè patere ſcorſim conſiderata; ſub circumſtantiis tamen quæ concurrebant, ab omni æquivocatione ſubduci; Reſponſio enim, ut ſæpe dictum, per Interrogationem contrahitur. Satellites autem, An per illam ſemitam profugiſſ, non autem an per Divi manicam tranſiverit, interrogabant. Impertinens ergo & inutilis eſt excuſatio, & Reſtrictio quam ſumere ſolemus à manicâ.

Reſponſio per Interrogationem contrahitur.

Hac noſtra ſolutione excluſa ſupereſt S. Patris Reſponſio, quę intelligi debet de via. Verba ergo ab illo dicta æquivalebãt his, *Per hanc viam non tranſivit*, quæ falſa erunt, niſi reſtringantur mentaliter jubeanturque coincidere cum his, *Illum tranſire per hanc viam non vidi*, *ut vobis dicerem*; ita ut priora verba prolata fuerint ore: poſteriora autem (videlicet, *ut vobis dicerem*) intellectualiter. Sanctus ergo Frãciſcus uſus eſt Reſtrictione Mẽtali.

An in S. Franciſci verbis ſit Reſtrictio neceſſariò admittenda?

PROBATIO II.

POſt Seraphicum Patrem placet meminiſſe Iuniperi, qui inter primos ejuſdem Ordinis Profeſſores numeratur quem ita horrebant Dæmones, ut Franciſcus, ſiquem cõtumacem & Inobedientem reperiebat, niſi ſtatim exeſſet; ſe Iuniperum advocaturũ minaretur. Hic itaq; Sanctiſſimus Vir ut Adverſarii inculcant ad Dei majorem gloriam, & utilitatem Proximorum, ſæpe utebatur Reſtrictione Mentali. Seligam unum Caſum, ne multis onerem meum Lectorem. Ingreſſus eſt Viterbum Dæmon ſub ſpecie Tabellarii Ordinarii. Conſignat Gubernatori literas quas dicebat ab ejus amicis ſcriptas, quibus admonebatur, ſicarium ſub habitu Religioſo venturum, ut eum occideret. Supervenit Iuniperus, quem exprimebãt notæ, quæ in literis recenſebantur. In antrum criminale detruditur; & poſtea à Iudicibus examinatur. Rogatur, An eſſet ipſe proditor? Se eſſe magnum proditorem reſpondit: & ſe proditiones commiſiſſe exſecrabiles; contra Deum, ſubintelligens. Et ſubrogatus poſtea, an eo venerit, ut Gubernatorem occideret, arcem incenderet, & civitatem traderet? Reſpondit ſe adhuc graviora commiſſurum fuiſſe facinora, ſi ſe Divina Providentia deſereret. Quæ omnia altero à Sancto Viro ſenſu, & altero à Gubernatore, & Iudicibus intelligebantur. Sed quia univerſi, qui forte cognoſcebant Iuniperum in illius laudes fuſi contra Iudices obloquebantur, nec reperiebatur teſtis qui informationem promoveret, fraus innotuit,

De Venerabili Fratre Iunipero

Vt decipiat Gubernatorem Dæmon adſumit perſonam Tabellarii.

Reſpondet ſub æquivoco, utens ſemper Reſtrictione Mentali.

Digitized by Google

tuit, & cognoverunt omnes fuiſſe Dæmonem, quem Curſorem putaverant.

PROBATIO III.

Quid Hieroſolymæ nomine intelligatur?

ADhuc clariùs pro Reſtrictionum Intellectualium innocentia ſtare S. Firmilianum exiſtimant, hic enim teſte Euſebio *libr.* 8. *cap.* 21. interrogatus, cujas eſſet? Se Hieroſolymitanum eſſe reſpondit: Cæleſtem illam mente Civitatē intelligens, ad quam ſperabat Deo auxiliante venire: & tamen, qui eum audiebant, illum loqui de terrena putarunt.

Viris Iuſtis interitus, eſt introitus ad Beatitudinem.

Et quidem, ut hæc Propoſitio, *Ego ſum Hieroſolymitanus*, ſenſum quem intendebat ille, obtineat, diverſæ requiruntur Metaphoræ. Primò enim; quia Beati mortui, qui in Domino moriuntur, *Mortis* nomine debemus intelligere Nativitatem: Deinde quia, quando quis Mundo moritur, naſcitur Cælo, empyreum dicitur Sanctorum Patria: quæ quia, in Apocalypſi ſub Hieroſolymitanæ Civitatis ſpecie repreſentabatur S. Ioanni, etiam hoc à Firmiliano nomine ſignificabatur. At omnes Metaphoræ & Tranſlationes Mentales Reſtrictiones requirunt. Eas ergo exercendo, earumdem innocentiam puritatemq; S. Firmilianus demonſtravit.

An Metaphora & Figurata loquutiones requirant Reſtrictiones Mentales?

PROBATIO IV.

SIcarii, qui S. Felicem, ut illum trucidarent, quærebant, eidem caſu occurrerūt, & an Felicem vidériſ aut cognoſcat rogarunt: & eis ipſe, *Nec vidi nec cognoſco Felicem*, Et neutrum ſtabit ſine Reſtrictione Mentali, Quoniam ſi faciem & dorſum excipias, potiores ſui corporis partes (pectus, brachia, manus, &c. genua, tibias, pedes. &c.) Felix viderat: immò etiam in ſpeculo faciem. Se ſibi eſſe notū Felicem certum eſt. Ergo ne mendacii ſit reus, mente ſic debebat diſcurrere. *Nobis illi ſunt noti, qui ex facie noti; At Felix nūquam vidit ſuam faciem, Felix ergo non cognoſcit Felicem.*

PROBATIO V.

REſtrictiones hujuſmodi non ſolùm licitas ſed & interdum neceſſarias pronunciant, & ut evincant, caſum proponunt, qui ante annos paucos Compluti accidit. Ob gravia enim negotia (puta mercaturæ, vel militiæ) Semphronius lōgo tempore affuerat, & interim ejus uxor adulterio cōmiſſo pepererat ſobolem, quę domi nutriebatur. Maritus ſupervenit inexſpectatus, infantem reperit; adulterium præſumit, & pugionem ſtringit ut occidat uxorem. Se Aurelia (vocetur ſic) innocentem occlamat, illumq; parvulum orphanum eſſe, ſibiq; à Fratre Franciſco fuiſſe traditum, ut ex charitate nutriretur. Interim ille nihil credit. Erat autem Frater Franciſcus Converſus in Carmelo excalceato, Vir profectò Sanctitatis eximiæ in cujus vita regnantem Deum omnes venerabātur. Fuit ei hujus puellæ miſeria revelata divinitus, & ſtatim ad ejus domū veniens, marito juranti, vociferanti, & minanti ſic inquit. *Frater noſter* (Sic enim in ejus ore loquebatur ſinceritas, titulorū Politicorum neſcia) *ſi Angelulum nutrire non vult, illum nobis conſignet, & alibi nutriri curabimus.* His à Sēphronio auditis miteſcit furor, ſedatur animus, uxori creditur; domi remanet parvulus, & ex charitate educatur.

De infante ex adulterio nato.

Supervenit maritus: vult occidere uxorem: hac autem Fr. Franciſco, callidius monſtro, verbis Mentali Reſtrictione innocens liberatur.

Omnia igitur Fratris Frācíſci verba cēſuræ & accuſationi erunt obnoxia, niſi Reſtrictio Mentalis ea emaculet.

PROBATIO VI.

PRæterea Contractionum Intellectualium Propugnatores aſſerunt multos Chriſtianos Davidis exemplo fatuitatem, aut delirium finxiſſe, & tamen à Viris Eruditis laudari.

Vt contemnantur, & per opprobrii viam ad Cælum veniant, ſe delirare fingunt S. Simon. Ioannes Oppianus:

Sanctus Simon Evagrio *libr.* 4. *cap* 33. referente, & Iunioribus ejus hiſtoriam exornantibus, ſe fatuum finxit, & ubi ſe rideri videbat, ſuffundebatur ſpeciali ſolamine.

Tredecim annis ſolidis, ut eſſet univerſis ludibrio Ioannes Oppianus Sabaita ſe delirare finxit.

S. Domna.

Sancta Domna in urbe & aula Imperatoris Maximiani nutrita, à Sancto Cyrillo baptizatur, Ob pulchritudinem ſub Religionis interdictæ prætextu à quodam ex primariis Cæſaris Miniſtris intercipitur: violentiamque ſuæ Pudicitiæ inferendam timeſcens, ſe fatuam finxit: & tanto ſe in omnes furore percellebat, tanto ſtrepitu vociferabatur, ut cuſtodes, vel ut ſe à labore faſtidioſo ſubducerent, vel ut illam Chriſtiani recurarent, permiſerunt evadere.

Qua, & qualis fuit?

Sed & Clariſſimus D. Didacus de Mondragon (ſicut olim Alanus, etſi eſſet Doctor, & peritiſſimus ſe eſſe ignorantem finxit, ut ſub analphabeti laici nomine, & conditione latens liberiùs Deo ſervire poſſet) noſtro ævo ſe ſtultum & phreneticum finxit & ab omnibus contemnebatur. Ejus profectò hiſtoriam (non jam cogitatam, ſed veram) Dominus Sebaſtianus

Nuper etiam Nobilis Vir, D. Didacus de Mondragon.

de

Digitized by Google

Part. XXV. Variarum Comœd. 1. act. 1.

de Villavicioſa & Dominus Ioannes Matos rhythmis ingenioſis deſcribunt; & in Comœdia, quæ inſcribitur *El Letrado del Cielo* devotæ eruditionis gratia repræſentant. Et inter alia hæc lego.

Loco eſta D. Diego? R. T anto,
Que no gaſta otro ſuſtento,
Sino acedias ſilveſtres
Como los Padres del Yermo,
Y preguntandele yo
Porque de aqueſte alimento
Vſava, me reſpondio:
Para hazerme immortal quitro:
Darme un verde de acedias
Que es amigo el mejor pienſo,
Porque plato que haze dias,
Para vivir mucho es bueno.
Ayer ſe puſo un albarda
Delante de todo el pueblo,
Rogando que la cargaſſen
Que el era el bruto, el jumento
De Nabucodonoſor
Deſcendiente por ſu abuelo
De la burra de Balan
Toda ſu hazienda, y dinero
Ha repartido en limoſnas
Al que llegavo primero
Haſta la propria camiſa
Ha dado a pobres, diziendo
Que ſolo por no tratar
Con lobanderas lo ha hecho;
Haze y dice mill locuras
Mezclando con raro genio
Lo burleſco con lo grave
Lo loco con lo diſcreto.

PROBATIO VII.

SExum mentiri inter Heroicas Virtutes Fœminæ antiquæ referebant, volebantque (nam erant generoſæ & viriles) *Viragines* cognominari. Et quidem tam antiquum eſt fœminis, mores virorum aſfectare, ut ante diluvium filiæ hominum imperitare viris & in ipſo connubiali actu ſupervenire voluerint. Non longè poſt diluvium Semiramis, Babyloniæ Regina, veſtes muliebres aſpernata, viriles induit. Genebrardus ad annum Diluvii 393. [*Semiramis, Nini uxor, Babylonis mœnia condidit. In ejus medio templum Belo ſtatuit. Ementito ſexu nomine filii regnat, qui & ipſe* Ninus *vocabatur. Strabo lib.* 16.] Guzzius in Agrophilo pag. 136. ſic ſcribit. [*Semiramis, conjuge amiſſo, virum mentita eſt, ut tamdiu imperaret, dum Filius regno fieret idoneus.*] Et hanc hiſtoriam ſequentibus metris dilucidat.

Virili veſte utitur Regina Semiramis, mœnia invenit.

Quâti fuerint Babylonici muri exponit Genebrardus pag. 56.

Mutat acum rigido formoſa Semiramis arcu,
Et nivtum triſti fulgurat enſe latus.
Haplotes.

Auratos galea frenat generoſa capillos;
Curris in hoſtiles, Marte furente, manus.
Non erat imbellis, credo, par fœmina Regno;
Abjicias, i nunc, Sardanapale, virum.

Sub idem tempus Amazones, ſexus Fœminei gloria, incepiſſe videntur. Fuerũt autem Ἀμάζονες fœminæ bellicoſiſſimæ Scythiam incolentes. Apud Tanaim priùs ſe continebant in locis à natura munitis; poſtea ad Thermodoonta propagarunt colonias, & tandem armis magnam Aſiæ partem ſubjugarunt. Earum mores Hiſtorici in nominis etymo reperiunt: Mos enim illis erat ut ſine viris viverent, & ut obtinerent, filios interficiebant, filias ſervabant. Vt autem conciperent anni ſtatuto tempore viros populorum affinium advocabant. (1) Vrebant puellarũ mammas dexteras, ne impedimento eſſent ad pugnam, non enim haſta, gladio-ve, ſed arcu & ſagitta utebantur. (2) Aſpernabantur delitias, & hanc ob rem carebant pane; non enim colebant aut ſeminabant agros, ſed fructibus ſponte naſcentibus contentæ, de ſola militia cogitabant. (3) Et, ne civilia bella illarum expeditiones impedirent, rebus omnibus in communi utebantur. Hæc ſunt quæ de Viraginibus his, dicuntur, ſcribunturque & ita eminuit earum fama, ut vix Poeta aut Orator Principem aliquam laudare ſciat, quin eam eſſe Amazonem aſſerat.

Amazones.
De illis agit ad annũ Mundi 1049. & Diluvii 393. Genebrardus, & pag. 57. b. ex Iuſtini lib. 2. Hiſtor. ad Alexandri uſque tempora ait illas perſeveraſſe.

Quàm celebres fuerint Amazones?

Inter viros in caſtris multæ mulieres habitu virili armatæ militarunt. Legimus in Luſitanorum Hiſtoria, Affonſum, primum illorum Regem, quinque Agarenos Reges in campo Aurichio, decretorio cõflictu debellaſſe, & inter Mahometana cadavera, multa fuiſſe fœminarum inventa, nam ſuos maritos in acie armatæ fœminæ comitabantur. Archiduce Alberto fuit miles, qui vexillum ob virtutem militarem obtinuit, & tamen erat mulier, quæ amota è caſtris ſtipendium retinuit, & *El Alferes Cathalina* vulgò nominabatur. Et nuper Leopoldo, Ferdinandi Secundi Imperatoris filio, Tertii Fratre, in eodem Belgio gubernante, cum ſummo honore fuit ad Monialium Aſceterium remiſſa, quædam generoſa Virago, quæ ſub virili habitu annis non paucis militans, honores non mediocres promeruit.

Saracena in Luſitania fœmina cum ſuis maritis militabant.

In Belgio aliqua noſtra ætate fœmina ſtrenuè & generosè militarunt.

Et veniendo ad Hiſtorias, Ioanna, virum mentita, Philoſophiæ & Theologiæ Athenis ſtuduit, & ita in Scientiis profecit ut ad ſublimes Dignitates evecta, tandem

De Ioanna ſũma Pontifice.
Non debet recenſeri inter alias; eſſe enim cogitatam totam ejus hiſtoriam ſuo ſum in loco clariſſimè demonſtraturus.

indepta ſit Summum Pontificatum. Succeſſiſſe dicitur Leoni IV. Romano, anno Domini 847. electo, & immediatè ante Benedictum III. Romanum, qui anno 855. creatur. Et, ne à Centuriatoribus id efſictum dicamus, aſſerunt eſſe antiquam Hiſtoriam à Mariano Scoto, & Martino Polono, qui anno 1320. florebant, evulgatam. Ergo, ſi talis ſine mendacio fœmina viriles veſtes geſſit, cum nulla alia congrua ratio ſuccurrat, Mentalis Reſtrictionis virtute à peccato excuſabitur.

Fuerit-ne mentiendo ſexum maſculinum mentita?

Hæ, ut plurimas alias omittam, gladiis ſuis Patriam condecorarunt. Prodeant etiam in lucem, quæ habitum aſſumpſerunt virilem, ut in Academiis liberè frequentarent Gymnaſia.

Profectò *Μαντίνεια* notiſſima fuit Arcadiæ Civitas, quam poſtea ejuſdem Incolæ Ἀντιγόνειαν dixerunt, ut adularentur Antigono, & tandem Imperator Hadrianum priſtino reſtituit vocabulo. Hæc Palæſtræ Oratoriæ & Orbi Literario dedit Virginem, quam ſuo honoravit nomine, quoniam ſe ipſa vario Scientiarum & Artium ſplendoſe honoraverat. Vt ſui ingenii exhiberet ſpecimen, & cum Philoſophis de Deo & Mundo diſſereret, virili habitu, ne ſexus cauſa deſpiceretur, Athenas venit, ut Plato, & alii Veteres & Iuniores teſtantur.

Mantinea Civitas. An eadē ac Antigonea?

Mantinea, peritiſſima Virgo.

Sic etiam inter nos Feliciana, ingenii præſtantiſſimi Virgo, ut Scientias Salmanticæ commodiùs & liberiùs addiſceret, & publicè poſteà doceret, habitum virilem ſuſcepit, honores promeruit & obtinuit, lauru fuit coronata; & donec fraus patuit, & ſe debuit ab Vniveſitate ſubducere eloquẽtia, qua ſolet, ejus hiſtoriã in Apolline Lauri Sylva 3. pag. 31. a. Lupus de Vega modulatur, cujus numeros, quia poteſunt erudire & placere libens ſubſcribo.

Feliciana, Hiſpana Virgo, ingenio feliciſſimo prædita, ſtudet, & ad lauream promovetur Salmantica.

Que alegre propaſiera el claro Tormes
Con votos uniformes
Vn eſtudiante rico y generoſo,
Y no menos gallardo que eſtudioſo,
De quien dixo la Fama,
Que ſe volvio por unos zelos Dama,
Si ſupiera la parte
Donde fue a eſtudiar de Ovidio el Arte
La bella Feliciana, que oy requiebra,
Y entre piçarras, y alamos celebra,
Quebrando en ellos vidros fugitivos
Y la llamàra con acentos vivos.
Pues mintiendo ſu nombre
Y traſformada en hombre
Oyo Philoſophia,
Y por curioſidad Aſtrologia, [*]
Aunque ſi ſe rebela, como ſuele,
No hay verdad, que revele,
Y de aquella cientifica Academia
Mereciò los Laureles, con que premia.
No de otra ſuerte, que a Platon Divino
Aquella celebrada Mantinea,
Que en forma de varon a Grecia vino;
Mas como Amor paſſion del alma ſea,
Y natural penſion de los diſcretos,
Y como la experiencia y los efetos
Nos mueſtran que jamas ha ſido ingrato
A la amiſtad, y al trato,
Sino le mira mal alguna Eſtrella,
Paſo los ojos Feliciana bella
En un iluſtre moço,
Que apenas el rubi del labio el boço
Con el oro eſcudia
Deſcubriendo en un dia
Quanto la honeſtitud callò tres años,
Logrando ſus engaños,
Los dos firmes amantes
De ſus miſmas paſſiones eſtudiantes;
Haſta que Feliciana tuvo zelos,
Y con lagrimas, voces, y deſuelos
Dixeron de mil modos
Lo que ella a ſolo amor, zelos a todos.
Con eſto fuè forçoſo que el auſencia
Salieſſe por fiadora a la imprudencia
De haverſe declarado,
Mas quando Amor callò deſeſperado?
Don Felix ſe quedò fueſſe la Dama,
Que nueva Sapho Salamanca llama,
Eſcribiendo a ſus zelos peſadumbres,
Luego que penetrò las altas cumbres,
Del cano eternamente Guadarrama,
Porque como podia [*]
Vivir, ſiendo muger, donde tenia
Habito y nombre de hombre,
Tan vizarro, galan, y gentilombre,
Que con notable gracia entretenia
Damas, que con amores, y deſuelos,
A unas daba favores, y a otras zelos.

Vocari voluit El Doctor Feliciano.

*] Eſt innata fœminis ſecreta cognoſcendi curioſitas. Et quia Aſtrologia, quam Iudiciariam vocant, rerum futurarum pollicetur notitiã vix reperitur fœmina, quæ ingenio polleat, & non ſit hujus ſcientiæ Hypotheſibus tincta.

Noſcio quo fato Feliciana pulchrum juvenē, Felicem nomine ſumma impotentia concupiſcit.

Illo fruiſcitur.

Zelus, & præcipuè in fœmina, tacere neſcit.

Fraude detecta fugere debuit Feliciana.

*] Vti virili veſte fœminas Hiſpaniæ Leges non permittunt.

Si forte alicui hęc non videantur irrẽtum evincere exempla, quod ſint ex Hiſtoria profana, legat quæſo ſequentia; Sãctorum enim libri & Faſti multa & varia poſſunt ſuppeditare. Nam fuerunt multæ Virgines, quæ, ut Deo, & rerum Cęleſtium contemplationi liberiùs & ſecuriùs vacarent, viros mentitæ, in Monachorum Cœnobiis delituerunt. Vnam aut alterã devotę eruditionis gratia producamus.

De Sanctis fœminis, quæ in Monachorum Cœnobiis religioſè habitarūt.

S. Anaſtaſia cujus Græcum Menologiũ 10. Martii agit ſolennitatem, tam erat ſpecioſa ut ab Auguſta uxore Imperatoris Iuſtiniani ob ſuſpiciones vanas relegata, Conſtantinopolim reliquit, & Alexandriæ in quodam Sancto Monialium aſce-

Auguſta S. Anaſtaſiam perſequitur: ſe ſubducit: revocatur ad aulam: fugit in eremū, & virum mentita deliteſcit.

terio

Digitized by Google

terio habitavit. Obiit Imperatrix, ceſſat perſequutio, revocatur ad patriam, ubi ea pōpa vivit, quā ejus aulea gloria poſtulabat. Sed citò tædio affecta ſe palatio ſubduxit, ſeceſſitq; ad Seruniā eremū in qua Abbas Daniel ob vitā Sanctiſſimā celebrabatur. Hic ne fortè à cognatis reperiretur & ab Imperatore Cōſtātinopolim revocaretur, uti illā indumēto virili, Eunuchūq; Anaſtaſium vocari, & in crypta à Religioſorum Monaſterio ſeparata vitam agere juſſit, & Deo ſoli vacare. Aliquibus ſic annis egit, ſalutaribus monitis ab Abbate inſtructa & roborata. Et tādem poſt mortem Religioſi, qui ex antiquo illius ſæculi more lavabant antequam ſepelirentur, cadavera, noverunt fraudem: quam Abbas ſua conſcientia & conſilio fuiſſe factā reſpondit.

Fuerunt multæ eadem ſimiles.

Multa poſſem Exempla huic ſimilia congerere, ſi liceret diffundi; nam Eugeniā Eugenium, Euphroſinam Smaragdum, Hildelgundam Ioſephum, Apollinariam Dorotheum, mentito virili habitu, fuiſſe nominatas reperio. Vide Vaderum 1. part. Vitid. ad diem 4. Septembr.

In Hiſtoria S. Ambroſius allucinatur.

S. Theodora Alexandrina (quam per errorem *lib. 2. de Virgin.* S. Ambroſius Antiochenam appellat) in carcere ab Ethnicis ob Fidem Catholicam detinebatur. Timet fragilitati ſuæ, ne fortè acerbitati tormentorum ſuccumbat, aut Pudicitiam ſuam vi illata materialiter maculet, advocat Didymum: à quo viriles veſtes nacta, marem mentita evaſit, & in locum ſecuriorem ſe tranſtulit.

PROBATIO VIII.

De Comitum Fori Iulii filiabus.

PRæterea aliæ bono dolo uſæ ſunt, qualem ſola Reſtrictio poſsit excuſare à mendacio. Aliquas recenſebo.

Se eſſe putridas fingunt, ut virginitatem ſuā cuſtodirent ab Avaris.

Guiſulphi & Romildæ, *Fori Iulii* Comitum, filiæ, ne ab Avaris, qui omnem illam provinciam devaſtabant, opprimerentur, pectori ad ubera pullos mortuos appoſuere, & zona ligarunt; imitatæ ſunt illas aliæ illibatæ Virgines; & putrefactis pullis talem exhalabant nidorem, ut fuerint nauſeæ barbaris, & relinquerentur intactæ. Earum autem Virtutem præmio donavit Deus, nam ductæ in ſervitutem, & multa pro Chriſti Religione perpeſſæ, tandem altera Germaniæ Regi nupſit, & altera Regi Bavariæ. Ex Paulo Diacono *l. 4. c. 12.* Baronius *anno Chriſti* DC. *num.* 2. In his ſanè non habuit locum illa communis Paræmia, *Qualis mater, tales filiæ*, quoniam Romilda impudica & laſciva; & ut Cajano Regi Avarorum, qui maritum ſuum in certamine occiderat, frueretur, urbem prodidit, & Avaros in illam admiſit. Tunc eam Cajanus ſe nuptiis & Regiæ coronæ præparantem, induci in palum juſſit (*Hiſp. la mandò empalar*) hunc eſſe maritum aſſerens, quem ejus perfida laſcivia merebatur.

Earum mater, laſcivia & proditionis ſuæ præmium conſequitur.

Summa diligentia quædam pia Virgo in ſui corporis cultu negligentiam mentitur.

Sanctas & ingenioſas impuræ & ambitioſæ Romildæ filias Barcinone quædam Virgo, cujus Ludovicus Vibes *in Chriſt. puell. inſtit. cap. 13.* meminit, fuit imitata: nam cùm ſuam Deo integritatem conſecraſſet, & tamen à quodam moleſtiſſimo Iuvene ſolicitaretur, ita ſui corporis cultum neglexit, & tam ſordidè ſe habere voluit, ut illi tædio tandem fuerit, & in ſancto propoſito ſine contradictione permanſerit.

Se ob eumdem ſanctum finem, vulnerant, & tabo inficiunt quædam Abbatiſſa & Moniales.

Generoſior adhuc fuit pudicitia & Virginitas in Abbatiſſa illa, quam ſuppreſſo nomine *ad ann.* DCCCLXX. *num.* 40. Cæſar *Baronius* celebrat. *Intercepto* enim ſuo Monaſterio à *Barbaris*, ne illorum libidini proſtitueretur, novacula labia & naſum præcidit; & ut idem facerent, Sanctimonialibus univerſis perſuaſit. Veniūt, vident, & tabo infectas illas horrent latrones, ſe deſpectos inclamant; ignem tectis imponunt, & Virgines innocentes comburunt.

De S. Euphraſia.

Et quidem plenam admirationem extorquet S. Euphraſiæ hiſtoria, quam *lib. 7. cap. 13.* apud Nicephorum legimus. Nam ad lupanar, ut defloraretur conducta, promiſit militi, ſi ſe intactam ſervaret, daturam fore unguentum, quod reſiſteret gladio. Et illud eſſe tam probatæ virtutis, ut ſi experiri libeat, guttur ipſa ſuum periculo velit exponere. Placet militi aſſerta conditio, & ipſa oleo illo ſuo, quod potentiſsimum eſſe inculcabat, collum inungit, & gladio exponit. Ferrum ille coruſcans, Virginis collum percutit, & caput à corpore ſeparat.

Quomodo fuerit decapitata?

De S. Apollonia & aliarum Virginum morte.

Difficilis quidem hæc hiſtoria eſt in rigore Scholaſtico, at excuſabiles; nam aliæ multo difficiliores à S. Ambroſio *l. 3. de Virginitat.* commendantur. S. Apollonia, Virgo Alexandrina, ſummis laudibus celebrata à Theologis, Euſebio *l. 6. cap. 44* & Nicephoro Calixto *l. 5. c. 30.* aſſerentibus, in ignem ſe præcipitavit. Eamque imitatæ plurimæ Virgines Alexandrinæ dum enim in eas graſſarentur Arriani, ſe ſe projecerunt in puteos, ut Athanaſius *in Apologia*: & ex Iunioribus Covarrubias *lib. 1. variar. reſol. cap. 2. num. 9. ſub fin.* Balthaſſar Gomezius *tr. de poteſtat. in ſe ipſ. lib. 1. cap. 9. nu. 3. pag 67. a.* & alii teſtantur.

De Sophronia Romana.

Sophronia Romana ſicut vultu pulcherrimo, ſic moribus candidiſsimis prædita, fruſtra à Maxentio Imperatore ſolicitatur.

Tan-

Se gladio interimit.

Tandem ille, quod blanditiis non poterat, per vim ſe extorturum ſperans, deferri jubet. Illa interim; quia præſtantius non occurrebat medium, finxit ſe aſſentiri Maxentio, & ſe ornare velle ut coram illo decentiùs comparere poſſet. Hac ex cauſa redire ad conclave permiſsa, fortè gladium inveniens ſibi mortem conſcivit. Vide Euſebium *lib.* 8. *cap.* 17. & 26. Ruffinum *libr.* 8. *ca.* 17. à Baronio *ann.* CCCIX. *num.* 12. citatos. Nec multum à Sophronia diſtat Antiochena Pelagia, quę eodem *ibid.* aſſerente Baronio, ne violaretur, ſimiliter ſe ornari & comi velle finxit, & in conclave ingreſsa ſe è feneſtra altiſſima præcipitavit.

De Pelagia Antiochena. Se è feneſtra præcipitat.

An Pelagiæ adjungere poterimus illam candidiſſimam Virginem, quæ ſimili reſolutione ſe ab Amantis moleſtiis liberavit. Apud Antonium Guzzium in Agrophili pag. 108. ejus conſtantia celebratur his Diſtichis.

Non aſſueta toro, nec adhuc vexata marito
Inſidiis in fœdum Virgo pudica Procum.
Percitus his furiis, argentea colla periſſet,
Se niſi ſubjectis crederet illa vadis.
Curvato de ponte ruit. Senſere tumentes
Pondus aqua, & nantem ſuſtinuere nivem.
Nemo mihi Venerem naſci contendat ab undis,
Si pudor eſt mediis tàm benè tutus aquis.

Si tua opinione fuerit Guzzius univerſim loquutus, & nullam his Epigrammatis celebret in particulari, multæ occurrent Virgines in Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ his meritò poterunt verſibus celebrari.

Aliæ aliis modis Virgines (nam Pudicitię ingenioſus eſt amor) ſe à procorum contumaci væſania ſubduxerunt. Quædam etiam (vocetur, ſi volueris Eurilla) ut mortua crederetur in Sepulchro delituit: & ideò hoc à Guzzio Epigrammate *pag.* 170. celebratur.

Vide Auguſtinum, qui *libr.* 1. *cap.* 20. *de Civit. Dei*, hujuſmodi Virgines cum Sáſone componit; aſſeritque non deceptas, ſed juſſas ſeſe occidendo eliciuſſe actum Obedientiæ præclaræ.

Vt fœdas Eurilla manus evadat amantis,
Arripit effuſam, vel moritura, fugam.
Et latet in gelidâ, qua fortè occurrerat, arcâ:
Voſque, ait, ò rebus limina fida meis,
Flos eſt Virginitas agro male tutus aperto:
Inſidias nullo ſeptus ab hoſte timet.
Theſaurus forma eſt, quo nec pretioſior ullus:
Hunc latebris condat provida terra ſuis.
Et mea Virginei clariſſima gemma pudoris
Ne pereat, ſatis eſt, ſi latet hoc tumulo.

Et hæ Hiſtoriæ Lectori erudito ſufficient: nam, qui plures deſideret, in Vitis illas Patrum, & Raderi Viridario reperiet.

Præmiſſis his Hiſtoriis Exemplisque Intellectualium Reſtrictionum Defenſores exclamant. Non peccaverunt iſtæ Virgines, aliàs enim non celebrarentur ab Eccleſia, nec ab Orthodoxis Scriptoribus collaudarentur. At excuſari nequeunt, niſi admittantur Reſtrictiones Mentales. Hæ igitur veniunt neceſsariò admittendæ. Cod mitum enim Fori Iulii filiæ ulcera, Virgo altera morbos, Abbatiſſa & Sanctimoniales ſeſe jam animam agere ſimulabant. Militem Euphraſia decepit: Apollonia Carnifices, Satellites Sophronia & Pelagia. Se mortuam Eurilla finxit, &c. Fuerunt ergo mentitæ; niſi Mentalium Reſtrictionum ope à mendacio, factis commiſso, emaculentur.

An omnes iſtæ Virgines debeant Intellectualium Reſtrictionum virtute à Mendacio excuſari?

P R O B A T I O IX.

PRoducunt etiã Epiſtolam CV. Syneſii, viri verè ſanctiſſimi, qui cum electus fuiſset Ptolemaidis Epiſcopus, & dignitatem acceptare non vellet, multa ſibi crimina accenſet: & inter alia, eſse Pontificatu indignum perſuaſurus, fatebatur, quod eſset deditiſſimus ludo, quod nollet uxorem, quam habebat, dimittere; quod pertinaciter adhæreret Philoſophorum Opinionibus Fidei Chriſtianæ non congruentibus. At hæc omnia erant falſa, ſi ſecundum verba extrinſeca conſiderentur. Ergo uſus eſt Reſtrictione Mentali, quali D. Franciſcus, cùm ſe Mortalium peſſimũ appellabat, non quòd ſe majora ſcelera, quàm ſicarii & latrones, perpetraſſe crederet vel aſsereret; ſed quòd ſufficientes illas gratias, quibus ipſe non fuerat uſus, majores fuiſse exiſtimaret, aut fortè eſsent illis, quibus non fuit uſus olim Pharao, Chriſti tempore Iudas, aut Antichriſtus in fine ſæculi, & alii.

Quali ſe effingere conabatur Syneſius, ne cogeretur Epiſcopatum acceptare?

An verè poſſit vir ſanctus dicere, ſe eſſe mortalium peſſimum?

AR-

ARTICVLVS III.

Vt eaſdem eſſe licitas Reſtrictiones perſuadeant Sanctorum Patrum Teſtimonia producunt.

Cur interſeratur hic Articulus?

AVdiunt Oppoſitæ Sententiæ Authores Christum Matth. 23. dicentē. Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν· τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε Λέγουσι γάρ, καὶ οὐ ποιοῦσι. *Super Moyſens cathedram ſederunt Litenati* [a] *& Phariſæi. Omnia quacumque dixerint vobis ſervare, ſervate & facite: ſecundum verò opera illorum ne facite; dicunt enim, & non faciunt.* Et timent poſſe nos argumenta præcedentia, quæ à Sanctorum factis ſumpta, poſſe uno verbo diſſolvere, dicendo cum Mellifluo Doctore, *aut eos peccaſſe ſicut homines, aut certè ſicut Prophetas familiare Dei conſilium accepiſſe.* Et prævident Scotum paſſim adhærere Bernardo, & P. Ioannem Poncium *tom. 4. in 3. ſentent. diſt. 38. qu. unic. nu. 62. pag. 607.* ad Sanctorum facta, quæ objiciuntur dictarum, *Ego tamen ſincerè fateor, mihi hac exempla nō ſuffectura, niſi aliundè ſuppeteret* [lege *ſuppetat*, ipſe enim Reſtrictiones Intellectuales non admittit] *ad legitimationem hujus uſus, aut ratio, aut authoritas* [*& authoritatis.* nomine teſtimonium intelligit, non quod à facto, ſed à verbis, & doctrina deſumitur.] *Nam non eſt neceſſe ſalvare omnia Sanctorum facta abſque peccato veniali* (homines enim fuerunt, & potuerunt peccare.) *nec conſequenter ſequitur, ſi ipſi* (ex diſpenſatione Divina, aut inſuperabili ignorantia) *uſi ſint aliquando aliquo facto dicto-ve, illud aliis* (qui talem diſpenſationem non habent) *licere abſque peccato veniali.* Atque ideò iidem Authores prudentiſſimè à factorum conſideratione ſuperſedentes, Sanctorum dicta, & doctrinas, ut ſuam tueantur Concluſionem, producunt.

a] Iuris Doctores Hiſpani *Letrados* appellant.

Bernardus libell. de præcept. & diſp. cap. 3. num. 6.

Ejus opiniones Scotus & alii tuentur.

An omnia Sanctorum dicta & facta peccato veniali careant?

Testimonivm I.

De pia fraude, an ſit licita?

POſtulant Primò attentè legi S. Gregorii verba, qui Caput XVI. Libri I. Regum dilucidans, *lib. 6. cap. 3.* hæc ſcripſit *Tyrannorum verſutiam, atque ſævitiam quandoque eſſe pia fraude deludendam; & objicienda eis, quæ credant, ut nocendi aditum non inveniant;* & hoc eſſe faciendum poſteà ait, *at caveatur culpa mendacii, quod tunc bene perficitur, cum illud fit, quod aſſeritur: ſed quod ſit, ſic dicitur ut celetur, quia ex parte dicitur, & ex parte reticetur.* Ecce inquiunt, licet aſſerente Gregorio pia fraus. Et in quo illa conſiſtit? in eo profectò, quod non tota Propoſitio mentalis labio exprimitur, ſed ex parte dicitur, & ex parte ſubticetur. Gregorius igitur nobis conſulit uſum Reſtrictionum Mentalium. Hoc tamen clarum & efficax Argumentum apparet, ut Emonerius *cap. 12. num. 4.* exclamet, Non potuiſſe S. Pontificem clariùs & apertiùs proponere, & docere licere orationes ſtrictas.

De inadæquata oratione.

Testimonivm II.

De mente S. Auguſtini.

PRoducunt etiam Auguſtinum, qui in Pſalmi V. Expoſitione tam execrabile mendacium judicat, ut, ne quidem ob propriæ vitæ defenſionem mentiendum ſit; & tamen tacere, & occultare Veritatem permittit. Ex quibus S. Doctoris verbis ſic argumentantur.

Tria ponit ut diſtincta Auguſtinus: *Mentiri, Tacere,* & *Veritatem occultare.* Ergo ſicut non mentitur, qui tacet; ſic nec ille, qui Veritatem occultat. At occultare Veritatem eſt uti Reſtrictione Mentali. Ergo qui hujuſmodi Reſtrictione utitur, non mentitur.

An occultare Veritatem ſit uti oratione reſtricta?

Testimonivm III.

An Mendacium in duplici corde conſiſtat?

VRgent eumdem Hipponenſem Pontificem *ubi ſupr.* ſcripſiſſe. *Illud quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum eſt,* Et, ut probet, ad Depoſiti conſiderationem recurrit. Tanta enim fide ſervandum & reddendum eſt, ut apud Piſidas atrociſſimo mortis genere afficeretur, qui illud defraudare voluiſſet. *Stob. ſerm. 42.* Et tamen non obſtante depoſiti obſervantia teſte Cicerone, & poſt eum Auguſtino ubi ſupr. *Si cui gladius commendetur, & promittat ſe redditurum, cum*

De Depoſito.

An, & quando debeat non reddi?

ille

ille, qui commendavit, popoſcerit; ſi fortè gladium ſuum repetat furens, manifeſtum eſt, tunc non eſſe reddendum, ne vel ſe occidat, vel alios, donec ei ſanitas reſtituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus eſt gladius, cum promittebat ſe redditurum poſcenti, non cogitabat furentem poſſe petere.

An etiam actus, qui eſſent, Propoſitiones reſtringant?

Ex hac authoritate colligunt, tam ſtrenuè Auguſtinum pro Reſtrictione Mentali militare, ut non ſolum actu mentis, qui fuit, ſed qui fuiſſet, vocalem orationem reſtringat. Rem conſidera. Commendaverat gladium ſuum Livio Cnejus: & Livius dixit, *Reſtituam, ubi primū petieris.* Cnejus in phreneſim incidit, & gladium petit. Non vult illum reddere Livius. Anne contra promiſſionem procedit? Negat Auguſtinus; quia, cum promiſit, non cogitabat Cnejum furentem poſſe gladium petere. Non ſufficit: nam promiſſio eſt univerſalis, & nullum caſum excipit, & actus mentis, qui non erat, non poterat promiſſionem reſtringere: ergo, ut hæc gladii negatio non opponatur promiſſioni, debet aſſeri promiſſionem fuiſſe reſtrictam & hunc caſum excluſiſſe. At, non excludebatur per cogitationem, quæ erat, non enim cogitabat Livius poſſe Cnejum gladium in furore repetere. Ergo reſtringitur per actum qui fuiſſet; nam, ſi in mentem Livii veniſſet, poſſe contingere, ut Cnejus in delirium incideret, & gladium in furore repeteret, hunc mente & intentione caſum à promiſſione ſubduceret. Orationem igitur latiùs patentem non ſolùm reſtringunt actus mentis, qui ſunt; ſed qui eſſent, ſi hoc vel illud in memoriā veniret.

Exhibitio operis per Promiſſionē reſtringitur,

Per quid Promiſſio reſtringatur?

Testimonium IV.

An neceſſitas reddat licitas Reſtrictiones Mentales?

SIBI favere exiſtimant S. Dorotheum, qui *doctr. 7. nu. 7.* ſic ſcribit. *Interdum alicujus rei neceſſitas incumbit, quam niſi parumper occultaveris, diſſimulaveriſque, in majorem turbationem, & afflictionē convertetur. Quando igitur hujuſmodi caſus occurrerit, & noverit homo coactum ſe ejuſmodi neceſſitate, mutet verba, variet ſermonem, ne gravior fiat afflictio, & major, ut dixi, turbatio, majuſque periculum, ac diſcrimen. Quemadmodum dixit. Abbas Alonias Abbati Agathoni. Ecce inquit, duo viri juxta te cædem patrarunt; alter ad cellam tuam fugit. Ecce Princeps ſeu Iudex illum quærit, interrogat te, utrum illud homicidium, & cædes illa coram te ſit perpetrata, & apud te ſit homicida, etſi te moderatè ac prudenter gubernaveris, ad ſuppliciū mortis hominē trades. Quando igitur tu, dis-*

Bonifacius VIII. Regul. LXXVIII. *In argumentum trahi nequeunt quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.* Ergo ſaltem tunc erunt licitæ Reſtrictiones Mētales, cùm illas cohoneſtet neceſſitas.

crimen aliquod ingens ingruerit, licere puto. Ita ipſemet Emonerius citat hanc auctoritatem ex translatione Chriſoſtomi Calabri Caſſinenſis, ſed addit ſenſum in fine vix conſiſtere, & hiare; unde corrigit clauſulam ex translatione Hilarionis Veronenſis, hoc modo: *Abs te petit, ubi ſit homicida, numquid hujuſmodi hominem ad mortem trades? an verba commutes? licere, ait, puto in tali Articulo & neceſſitate.*

Testimonium V.

De Origene. Quid nomine Mendacii intelligat?

ADvocant prætereà Origenem, qui *libr. 6. Stromatum*, interdum licere aſſerit, uti mendacio. Eumque *mendacii* nomine intellexiſſe Reſtrictionem Mentalem aſſerit & probat Emonerius ex exemplis ab Origene adductis: nam aſſerit Iacob & Iudith mentitos fuiſſe, quos tamen conſtat non fuiſſe mentitos, ſed uſos tantum Reſtrictione Mentali.

Testimonium VI.

De Raaba mendacio.

DVos locos *num.* 14. è Chryſoſtomo Emonerius adducit; nam *hom. 5. de pænit.* laudat mendacium meretricis, & ait *O bonum mendacium! ò bonum dolum! Divina non tradentem, ſed Pietatem cuſtodientem!* & etiam *lib. 1. de Sacerd. ſub fin.* laudat circumventiones & fraudes, ſi bono animo fiant. *Fraudis*, inquit, *magna vis, modò non fraudulento animo fiat; quam ipſam tum ne fraudem quidem nominandam putarim, verum œconomiam quamdam potiùs ac ſapientiam, artemque, qua poſſis a mediis iiſque imperitis deſperaturum rerum anguſtiis, difficultatibuſque correctis emendatiſque animi vitiis evadere.* Additque Emonerius poſteà *num.* 16. Caſſiani verba, qui *collat.* 17. *cap.* 17. inter alia hæc ſcribit, *Quando igitur grave aliquod imminet de veritatis manifeſtatione diſcrimen, tunc mendaciorum ſunt recipienda perfugia.* Ex quibus verbis tale poteſt argumentum formari. Mendacium excuſant aut etiam in caſu neceſſitatis laudant Chryſoſtomus, Caſſianus & alii illius ævi Scriptores. Ergo non agebant de vero mendacio; hoc enim eſſe peccatum certum eſt. Ergo agebant de Intellectuali Reſtrictione, quæ quia eſt, non activa, ſed paſſiva deceptio Chryſoſtomus, ne fraudem quidem nominandam putarit.

An fraudes bonæ ſint, ſi bono animo fiant?

An etiam aliquando mendacia?

Testimonium VII.

De Confeſſario. An, & cur negare poſſit, quæ in confeſſione audivit?

TRanſeunt ad Scholaſticos, quorum Princeps eſt Doctor Angelicus, qui ſolus ſufficeret, ut Emonerii opinioni ad-

hæ-

hærere poſſemus. Tres ſignanter locos confidenter adſumunt. Primò enim Sanctus Doctor *in 4. diſs. 21. qu. 3. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 2. & 3.* aſſerit Confeſſarium interrogatum de peccato revera in Confeſſione audito jurare poſſe, ſe illud neſcire ſubintelligendo, *ut ſubditus*, hoc eſt ut *revelare teneatur*. Secundo *in 3. diſt. 38. qu. unic. art. 2. ad 1.* Iacobum dicentem, *Ego ſum Eſau primogenitus tuus*, excuſat à mendacio, quod fuerit primogenitus ex inſtitutione Divina, & ait loquutum ex inſtinctu Spiritusſancti verba ejus ordinantis, & intendiſſe eo ſenſu loqui, quo Spiritusſanctus ordinabat. Tertiò *2.2. qu. 69 art. 2. in corp.* docet Reum non interrogatū juridicè poſſe ſubterſugere per appellationem.

De verbis Iacobi ad Iſaac.

De reo. An, & quando poſſit non reſpondere?

Inferunt. Ergo S. Thomas admiſit Reſtrictiones Mentales. Patet, quia aliàs Iacobus fuiſſet patri mentitus, & Confeſſarius, nec non Reus mentirentur.

TESTIMONIUM VIII.

De mente Scoti

TRanſeunt ad Scotiſtas, & Ioannem Duns illorum Scholarcham producunt, ut ab illo tandem Mentales Reſtrictiones diſcamus. Docet autem Scotus *diſt. 29 qu unic. lit. E.* juvenem metu injuſtè inculſo ad actum poſſe uxorem licitè ducere, etſi ſciat contractum invalidum facere.

De metu. An, & quando dirimat Matrimonium?

Ex hac doctrina ad Mentales Reſtrictiones ſic tranſeunt. Scit ille juvenis contractum invalidum facere, quoniam vis injuſtè lata eſt impedimentum dirimens. Conſultò *vis injuſtè illata* ſcribo: vel enim minatur mortem pater, niſi filiam ſuam in uxorem ducat: vel minatur ſe illum propter deflorationis crimen apud Superiores accuſaturum. In ſecundo enim caſu metus juſtè incutitur, & contractum connubialem non dirimit; in primo autem metus injuſtè incutitur, & dirimit ſubſequentem contractum. Et in hoc primo caſu, juxta Scoti ſententiam, ille juvenis poteſt tuta conſcientia dicere, *Accipio te in meam*. Et infert Emonerius, *Ergo Scotus admiſit Reſtrictiones Mentales*. Probat Conſequentiam, quia illa propoſitio *Accipia te in meam* erit falſa, niſi, *quantum eſt ex parte mea*, ſubjungatur mentaliter.

An peccet, qui init contractū, quem invalidū eſſe cognoſcit?

De Reo. An poſſit crimen commiſſū negare?

Addunt prætereà, in Scoti ſententia Reum, qui revera homicidium commiſit, illud poſſe negare. Debet ergo uti Reſtrictione Mentali. Nam, ſi illud revera commiſit, quomodo ſine Reſtrictione poterit dicere, *Non commiſi*. Habet tamen Scotus *diſt. 15. qu. 4. in fin.* ut propter hoc reſponſum agat pœnitentiam, nam dubium eſt, an in illo intervenerit culpa.

An Confeſſarii utantur Reſtrictione mentali?

Similia deducunt ex Durando, quem, quia *in 4. diſt. 21. qu. 4. nu. 10.* docet Confeſſarium interrogatum de peccato audito in Confeſſione, poſſe negare aſſerit, albo eum propugnantium Mentales Reſtrictiones inſcribunt.

TESTIMONIUM IX.

Qualis Gregorius Ariminenſis fuerit?

CItant prætereà Gregorium Ariminēſem (Virum profectò inſignem, cujus doctrina in Salmanticenſi Academia habet ſpeciale gymnaſium) aſſerentem *in 1. diſs. 42. art. 2. ad 1.* Deum per Prophetas uſurpaſſe aliquando orationes reſtrictas.

De mente Paludani.

Et addunt Paludanum *in 4. diſt. 21. qu. 3. art. 3.* deſcriptum à Capreolo *16. qu. 2.* & hæc ejus verba perpendi accuratè præcipiunt. [Qui negat ſe ſcire aliquid omni modo dicens, *Nullo modo ſciendi ſcio illud*, ſi ſcit illud aliquo modo mentitur; & peccat, ſi jurer. Si tamen illa negativa ſit univerſalis ſecundum mentem, ſicut ſecundum verba. Aliàs cum ſermo ſit ſubjectus intentioni & non è contra, quantumcumque verba ſint generalia, ſi loquens intendat ſe reſtringere, & audiens ſimiliter debet intelligere, non eſt mendacium, & ſic eſt in propoſito, nempe in materia loquendi de re cognita per confeſſionem, quia qui Confeſſionem audivit, non intendit de illis loqui. Qui autem cum audit in communi locutione, vel in quacumque diſpoſitione coacta, vel ſpontanea, non debet intelligere de confeſſione, de qua non licet reſpondere, vel deponere; ſermones enim requirendi & accipiendi ſunt ſecundùm materiam.]

Hæc propoſitio Nullo prorſus modo rem hāc ſcio, *dilucidatur.*

Quid requiratur, ut ſit vera?

Et Paludani verba tam clara eſſe aſſerit Emonerius, ut gloſſam vel extenſionem non deſiderent.

An poſſit quis crimen verum, ſed occultum, negare?

Pelbartum *in Roſario verb. mendacium. § 9.* etiam adlegant. Addunt Gabrielem *in 4. diſt. 15. qu. 16. lit. M.* nam à mendacio excuſat eum, qui interrogatus de crimine vero occulto, negat ſe ſcire; nempe, eſſe publicum, & publicè probatum. Et his prætereà Adrianum, Cajetanum, & Ioannem Medinam adjungunt: aſſeruntq; eſſe eorum hodie receptam & communem ſententiam.

ARTICVLVS IV.

Adducuntur Rationes, quæ pro Reſtrictionibus Intellectualibus militare videntur.

Cur factis, dictiſque Sanctorum hæ Rationes addantur?

POſtquam ex Sacra Hiſtoria & Eccleſiaſticis Annalibus & Illuſtrium Theologorum Placitis Adverſarii produxerunt exempla, quibus purè internarum Reſtrictionum innocentiam ſuaderent, à ratione gliſcunt argumentari. Sed cur ipſi à ratione? Auguſtinus *Ad Cõſulalanum* (& habetur *diſt.* 9.) *Sana quippe Ratio etiam exemplis anteponenda eſt.* Sanè ſecuriſſima ſunt Argumenta, quæ Ratione firmantur, nam homines tametſi magni poſſunt & malè facere, poſſunt & malè loqui; at ratio in Propoſitionibus immutabilibus, quæ æternæ ſunt Veritatis, fundatur. Debent ergo Rationes, quæ pro Intellectualium Reſtrictionũ uſu circumferuntur, ut earum innocentia aut malitia clariùs innoteſcat, audiri.

Ratio I.

Quàm ſit utilis doctrina de Reſtrictionibus Mentalibus?

ARgumẽtantur primò ab utilitate ſuæ doctrinæ: quoniam communis Theologorum ſententia multiplicat mendacia & gravat conſcientias ſine cauſa, cũ tamen Opinio, quæ Mentales Reſtrictiones tuetur, ſit inventa ad conſcientiæ ſolamen. At Prudentia poſtulat, ut benigniores & ſuaviores Sententias eligamus. Debemus ergo Mentales Reſtrictiones admittere, & obſiſtere Opinioni contrariæ.

Ratio II.

De Termino Mentali, Vocali, & Mixto.

SIcut datur Terminus Mentalis, Vocalis & Mixtus, ſic poteſt & debet dari Oratio (aut Enunciatio) Mentalis, Vocalis, & Mixta. At homines Mixto Termino licitè utimur. Ergo & poterimus uti Oratione (aut Enunciatione) etiã ſimiliter Mentali, Vocali, & etiam Mixta. Purè videlicet Mentali, cùm alloquitur Deum, Angelos, & Cælites glorificatos: Vocali cùm homines in converſatione communi: & Mixta denique, cùm utimur Oratione reſtricta, in qua altera pars profertur ore, & altera mente intelligitur. Hoc argumento utitur Navarrus *in cap. Humanæ aures. quæſt.* 1. *num.* 2. illudque probabile vocat Suarius *lib.* 3. *de Iur. cap.* 10. *num.* 7.

An Propoſitio Mentalis, Vocalis, & Mixta ſit etiam admittenda?

An Mixta ſit quæ vocatur Reſtricta?

Ratio III.

Capita, ex quibus condemnarentur Reſtrictiones Mentales.

EMoncrius *cap.* 20. *num.* 3. ſic argumentatur. Quando quis utitur Reſtrictione Mentali & aliquid in intellectu concipit, quod verbis aut ſignis externis non exprimit, illa externæ expreſſionis omiſſio, ſi eſt mala, erit mala ob unã ex his tribus cauſis: aut enim erit mala quia verba aut ſigna exteriora non exprimunt totũ, quod intellectu concipitur; aut, quia ſignificat aliquid contra mentem loquentis; aut quia eſt contra jus audientis, & tollit candorem & ſinceritatem, quam in humana converſatione Viri Ingenui obſervare debemus. At ex nullo ex his tribus capitibus illa externæ expreſſionis omiſſio poteſt incriminari. Ergo non erit mala. Probatur Minor: videlicet quoad priorem partem: Quia non poteſt oſtendi, unde oriatur obligatio exprimendi totum mentis conceptum. Et non poterit dici hanc probationem eſſe purè negativam, nam Fundamento ſolido ſuccollatur. Quoniam in omnium Prudentum ſententia facta debent probari. At obligatio eſt res facti, & innatam libertatem decircinat. Debet igitur probari obligatio. Et quoad ſecundam partem probatur eadem Minor: quia nihil in verbis ſtrictè loquentis reperitur, quod in mentem impingat: nam totum quod eſt in ore intellectu concipitur & aliquid quod verbis non ſignificabatur. Confirmatur: quia, qui mente concipit Hominẽ eſſe animal rationale, & tamen lingua dicit *Homo eſt animal* non dicit totum, quod mente concipit, nec tamen mentitur: & qui videt adeoque mente concipit Petrum & Ioannem currere, & tamen dicit *Petrus currit*, non mentitur: ergo non eſt dicendus ille mentiri, qui quando loquitur terminum Propoſitionem reſtringentem quem intelligit mente, voce externa non exprimit. Et tandem eadem Minor probatur clariſſimè quoad tertiam partem, quia nec Deus, nec

Obligatio debet probari.

Nemo habet obligationem dicendi totum, quod intelligit.

Abſtrahentes & tacentes non committunt mendacium.

An habeat aliquis jus ut ſuã ei mentem aperias?

Na-

Natura rerum Mater ulli conceſſit jus, ut debeam illi verbis aut ſignis extrinſecis ſignificare quidquid cogito.

Ratio IV.

An mendacia ſint in neceſſitatis caſu licita?

D. Ioannes Antonius de Vera *in Legati diſcurſ. 2 fol. 111. a* à rationis paritate argumentũ deducit, & Intellectuales Reſtrictiones eſſe licitas perſuadere conatur: inquit enim. *Si es licito negar cõ juramẽto el delito que a uno no le eſta probado, por ſer de derecho natural redimir cada qual ſu vejacion, quãto mas licito ſerà ſin jurar dezir una mentira para la conſervacion y vida de una Republica* [a] Et ne cui videretur temeraria fundamenta præmittere, ut ſe prudenter & cũ omni moderatione ratiocinari oſtendat, ait. *En eſto articulo y en otros, que ſe offrecen por inſtantes a los que tratan de el gobierno de la Republica, Hay muchas coſas, q. ſe pueden permittir, y (x) no acõſejar, particularmente por eſcrito.* Et ut hæc generalis doctrina meliꝰ intelligatur, hũc Caſũ in ſpecie proponit: videlicet, *Si el Principe obligue con pregunta, tacita o expreſſa, queriendo informarſe de las coſas del Principe dueño del Enbaxador: que es lo que podia hazer para cumplir con lo que a ſu Principe importa?* Eſt caſus frequens & qui ſecuram deciſionem deſideret & illum ſic ipſe reſolvit. *Podra redondamente dezille que ſu Rey eſta muy rico, muy poderoſo de Caſtillos, de infantes, de Capitanes, de armas, de dinero, y de todo lo demas, que quiera; de forma que el que lo pregunta ſe engañe, aunque no añada (como quiere algun Theologo) en ſu mente reſtricion [b] alguna a las palabras, con que les mude ſentido: tal como dezir entre ſi:* todo eſto tiene el Rey en ſu deſseo o en el mio; *y parece juſtificada dotrina ſi ay certeza y aun rezelo, que deſcubrir la falta, que ſe encubre, puede ſer en daño de ſu Principe, y eſtado. Y aſsi eſto como, todo lo que en la materia de Enbaxador [c] ſe aparta en la profeſſion de capa y eſpada, y ſe arrima a la de los Theologos, lo tengo por curioſidad no neceſſaria conferido con la mas venerable opinion deſta edad, que baſta para ſer ſeguro.* Pergit ulteriùs, inquitque. *Muy cõforme a razon me parece eſſa ultima reſolucion porq: ſi ay obligacion de reſponder al Rey, no la ay de q. un Enbaxador le deſcubra aquello, q. ſeria en notable detrimẽto del ſuyo y reſponder [e] por rodeos, es lo miſmo q. cõfeſſar claramente: y aſſi eſtuſando el trabajo de la reſtricion [b] hecha en el intendimiento podra el Legado arrojarſe à dezirle por cierto lo que mejor le eſtuviere, reſponder a la pregunta que el Rey le hiziere: Yo*

Non omnia, quæ permittuntur, poſſunt conſuli: nec poſſunt omnia quæ dicuntur, ſcribi.

Quo debeat modo reſpondere Legatus Regi alieno de ſtatu proprii Regis & Regni rogatus?

Quam-ne reſtrictionem in hoc caſu Oratori nonnulli Scriptores perſuadeant?

Secuta Legatus non tenetur detegere.

An Legati indigeant Reſtrictionibus Intellectualibus?

Haplotee.

a lo menos aſſi lo haria, creiendo que no me apartava de las leyes Divinas, porque ſi ay Dotor que afirma, que a vezes [f] *un Reyno adquirido, aunque ſea con mal titulo, no deve reſtituirſe deſpues de conocido detrimẽto y daño, &c. q. lo ſeria muchas vezes, o las mas, ſi ſe confeſſaſſe la flaqueza, que ſe deſſea ſaber.* Et tãdem addit Apophthegma pulcherrimum; quod tamen ad rem noſtram, non autem ad ſuam pertinere videtur. Illud exſcribo. *He oido dezir,* inquit, *que quando Iuan de Vega fue proveido, de cierta gran Enbaxada a otro officio, ſuccedio en ella Don Diego de Mendoza, y alcanzandole antes que ſalieſſe dela Corte donde avia ſido Enbaxador, entre otras cõferencias, que tuvieron para dexarle inſtruido, le dixo: V. S. eſte advertido que a de hallar poca verdad en eſta Corte, porque los principales della no la uſan, ni tratan; reſpondio Don Diego de Mendoza: pues encontrado an con horma de ſu zapato, porque por una mentira que me digan, les ſervire con dozientas; a que le reſpondio Iuan de Vega: Mejor camino è ſeguido yo, que a todas ſus mentiras è reſpondido con otras tantas verdades: con la qual è podido vencerlos,* Et hanc veram & feliciſſimam doctrinam fuiſſe evidenter perſuadet: *Porque ſi ellos no ſe las creian, fue feliz camino de hallar el efeto que de la mentira ſe deſſea ſin el rieſgo, que de la conſciencia ſe teme.*

An, & quando Regnum injuſtè adquiſitum tuta poſſit retineri conſcientia?

An iis, qui nobis mentiuntur dicere mendacia poſſimus?

Si es licito engañar con la Verdad.

Ratio V.

IDem D. Ioannes Antonius de Vera *in ſui Legati diſcurſ. 1. pag. 88.* pro Reſtrictionibus Intellectualibus argumẽtatur dicens. *Siendo la Ley de Dios tan ſuave que juntamẽte ordena que de tal manera vivamos bien, que no nos ſolicitemos el mal, ni perjudiquemos nueſtros derechos temporales, pues, quando prohibiò el hurtar, diò por licito hazerſe uno ſatisfecho en ſecreto, aunque ſea hurtãdo de la cantidad que publicamente y en tela de juizio no pudiera, ſiendo aſſi que ſe le deba, me perſuado ſin duda, que entre eſtos eſtremos ay de tratar los negocios con ſumo engaño, o con ſuma candidez, ay la ſenda de oro de Oracio, que es un medio por donde ſe puede caminar ſin caer en lo deteſtable, aunque ſe ſalga algo de lo ſẽzilliſſimo. Eſſe ſiendo deſſeo ver deſatado y no cortado. Pues ſuponiendo, que el Principe es la Cabeza deſte cuerpo de la Republica, y que ſu Enbaxada le ſuſtituye en aquella parte de negocios, que trato con mas ſemejanza que otro miniſtro, es parecer de muchos, que deſampararlo (trayendo el pecho de Criſtal tranſparente) es no ſolo contra razon, però cõtra la miſma naturaleza.*

An compenſationes occultas Lex Divina permittat?

An inter candorem & Mendacium detur medium: & quid illud ſit?

E 2 AR-

ARTICVLVS V.

De Stratagematis.

An mendacii circumſtantiâ inquinentur? An excuſari poſſint virtute Reſtrictionum Mentalium?

Στρατηγέω Στρατήγημα.

SIcut Armis adſiſtunt Literę, ſic etiam interdum firmant Literas Arma, & ut id hodie fiat, Intellectualium Reſtrictionum Authores ad Militiam recurrũt, & ſic ajunt.

Cicero 3. de natur. Deor. Item libr. 5. ad Attic.

Vt aliter feras inter ſe, & aliter pugnare homines Antiquus Nomenclator aſſereret, à verbo ςρατηγέω quod eſt *exercitum duco*, ςρατήγημα deduxit; nomen profectò grave cujus ſignificationem exponit Marcus Tullius his verbis. *Conſiliũ illud Imperatorum fuit, quod Græci ςρατήγημα appellant: ſed eorum Imperatorum, qui Patria conſulerent, vita non parcerent.* Et clariùs alibi. *Cùm interim Ruſio noſter quod ſe à Veſtorio obſervari videbat, ſtratagemate hominem percuſſit.* Poſſunt igitur & ſolent homines, ubi deficiunt arma, ingenio & ſtratagemate ſuperare inimicos. Sanè in Stratagematis dolus ſemper includitur; & quia hic in bonum & malum dividitur, ut bonus ſit, præſtant, inquiunt, Reſtrictiones Mentales.

An in Stratagematis Reſtrictiones Intellectuales includantur?

An in bello injuſto liceant Stratagemata?

Vt Stratagemata liceant, nonnulli Eruditi Scriptores bellum eſſe juſtum requirunt. Ita D. Chriſtophorus de Benavente *in Advertentiarum libr. cit cap. 22. pag. 506* inquit enim, *En la guerra es antiguiſſima el uſo de las Eſtratagemas, y ardides, que correſponde a las permiſſiones, limitationes, ſubterfugios, que vamos fundando, huyendo de la mentira, que todos los Expoſitores las califican y aconſejan, ſentando por primer preſupueſto, que el primer requiſito para uſarlas, ha de ſer, que la guerra ſea juſta; y quales ſean las cauſas para que la guerra ſea juſta, las refiere Santo Thomas* 2. 2. quæſt. 40. art. 1. *y Angelo* in Summ. verb. Bellum. quæſt. 19. *y aſſi lo ſiente S. Aguſtin* quæſt. 10. & 11. in Ioſuem. *&c.*

Quæ conditiones requiruntur, ut bellum ſit juſtum?

STRATAGEMA I.

De Expeditione Iſraelitarum contra Gabaa.

De Iure Gentium. An aliquarum dari poſſit: an omnium? Cauſa hujus belli. Quas conditiones arma, ut ſint juſta, requirant? quas, ut cum providentia regantur? Pars juſta, iterum, iterumque à peccatrice ſuperatur: ſed demum per Stratagema, Dei conſilio diſpoſitam, optatam victoriam indipiſcitur.

INterim ipſi, ut Militaris Iuſtitiæ fundamenta innoteſcant; & cognoſcatur Legatorum neceſſitas Hiſtoriam primo loco producunt, quæ ita Stratagematum innocentiam dilucidet, ut concomitanter ediſſerat Theologiam Militarem. Aperiunt itaque Sacrum illud Volumen, quod Iudicum geſta & dicta recenſet; & *in cap.* 20. expeditionem totius Hebraicæ gentis contra Benjaminitas inveniunt; & in illa plurimas circumſtantias, quæ ad præſens argumentum poterunt, ſi bene expendantur, conducere. Illas ſingulatim proponunt. Iudic. 20.

Caput illud ſic incipit. *Egreſſi itaque ſunt omnes filii Iſraël, & pariter congregati ſunt, quaſi vir unus de Dan uſque ad Berſabee, & terra Galaad ad Dominum in Maſpha: omneſque anguli populorum* (a) *& cuncta tribus Iſrael in Eccleſiam populi Dei convenerunt.* Et ſtatim. *Convenitque univerſus Iſraël ad Civitatem quaſi homo unus, eadem mente, unoque conſilio.* &c. Hæc autem verba nobis ob oculos ponunt Ius illius Gentis: & deberent Legiſtæ, qui Ius Gentium, quod vocant, diſpeſcunt à Decalogo, & eſſe id, in quo convenere omnes Gentes, locum & diem oſtendere, in quem convenerunt omnes Gentes, & præſcripſerunt eadem mente, eodem conſilio, quaſi vir unus leges poſteris in quibus nulla hominum diſpenſaret Authoritas.

a] Principes Populorum, ſunt Anguli.

Ius alicujus aut aliquarum Gentium dari humanitùs poteſt: at omniũ Gentium Ius, Divinum eſt.

Illud *ad Dominum* monet humanas om-

omnes Reſolutiones ad Divinam legem elimari debere: ut enim *libr. 9. de Civit. Dei* Auguſtinus nos docet, *Omnium legum eſt inanis cenſura, niſi Divinæ legis imaginem gerant.*

GABAA ſonat *Collem*: & ideò ſic fuit nuncupata iſta Civitas, quod in colle fuerit ædificata. Ioſ. 15. 57. & 1. Sam. 13. 19. & 1. paral. 2. 49.

Non poteſt bellum indici ſine cauſa.

Non poſſe bellum indici ſine cauſa legitima demonſtrant illa verba, *Reſpondit Vir Levita, maritus mulieris interfectæ, & ait: Veni in Gabaa Benjamin cum uxore mea, illucque diverti. Et ecce homines civitatis illius circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere; & uxorem meam ita oppreſſerunt, ut mortua ſit. Quam arreptam in fruſtra concidi, miſique partes in omnes terminos poſſeſſionis veſtræ; quia fecerunt ſcelus & rem abominandam in Iſraël.*

Nulla ſufficit ad bellum cauſa, ſi illi contra quos exornatur dare velint legitimam ſatisfactionem.

Non autem cauſa, etſi graviſſima, ad bellum inferendum judicatur ſufficiens, ſi illi, qui intulerunt injuriam, dare parati ſint congruam ſatisfactionem. Et ideò ante omnem invaſionem debent per Legatos moneri: quod & in hoc capite fuit obſervatum. Conſtat ex illis verbis. *Miſerunt nuncios ad omnem tribum Benjamin, qui dicerent. Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? Tradite homines de Gabaa, filios Belial, ut moriantur, & auferatur malum de Iſraël.* Si ſceleratos illos homines Benjaminitæ tradidiſſent, bellum ante initium ceſſaſſet, *At noluerunt fratrum ſuorum, filiorum Iſraël, audire mandatum, ſed ex omnibus urbibus, quæ ſortis ſuæ erant, convenerant in Gabaa, ut illis ferrent auxilium, & contra univerſum populum Iſraël dimicarent.*

Quid faciendũ ſi nolint?

Quanta cura haberi debeat de victualibus?

Quia verò ſine victualibus arma ſtare non poſſunt, curare debet Publica Providentia, ut ad exercitum neceſſaria importentur; & ideò in hac ipſa expeditione Principes militiæ dicebant, *Decem viri eligantur è centum ex omnibus tribubus Iſrael, & centum de mille, & mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, & poſſimus pugnare contra Gabaa Benjamin, & reddere ei pro ſcelere, quod fecit in Iſraël.*

Cur, qui bellum juſtũ movebant, iterum & iterum fuerunt ab Adverſariis cæſi?

Prima die & ſequenti invaſerunt Civitatem & Benjaminitas Iſraelitæ, & tamen cæſi ſunt. Et inquiris, Cur trucidati ab inimicis fuerint, quos juſta cauſa moverat, & Divina mandata gubernabant? Reſpondet Iſidorus Clarius. (*Iſraelitæ* ultione ſceleris inflammati, priùs ipſi purgandi erant, per quos aliorum culpa corrigeretur. Nam cur tam pauci Benjaminitæ tantum numerum Iſraelitarum prima & altera vice percuſſerint, Hebræi hanc putant eſſe rationem, quod propter Idolum Micha, *Iſraelitæ* tacuerint, quod gravius erat eo, quod ipſi ulciſci volebant. &c.)

Tertia denique die, conſilio accedente Divino decreverunt ſtratagemate & ingenio illos aggredi, quos robore & virtute fuerant experti ſuperiores, Rem totam Sacer Textus dilucidat, ex quo ego periodos neceſſarias exſcribam. *Ait Dominus: Adſcendite: cras enim tradam eos in manus veſtras. Poſueruntque filii Iſraël inſidias per circuitum urbis Gabaa: & tertiâ vice, ſicut ſemel & bis contra Benjamin exercitum produxerunt. Sed & filii Benjamin audacter eruperunt de civitate, & fugientes (fugam ſimulantes) adverſarios longiùs perſequuti ſunt. &c. putaverunt enim ſolito modo eos cadere. Qui fugam arte ſimulantes inierunt conſilium, ut abſtraherent eos de civitate, & quaſi fugientes ad ſupra dictas ſemitas perducerent. Omnes itaque filii Iſraël ſurgentes de ſedibus ſuis tetenderũt aciem in loco, qui vocatur Baalthamar. Sed & inſidiæ egreſſæ ſunt de loco ſuo, nempe de loco graminoſo, qui erat circa Gabaa. Sed & alia decem millia virorum de univerſo Iſrael, habitatores urbis ad certamina provocabant. Ingravatumque eſt bellum contra filios Benjamin: & non intellexerunt, quod ex omni parte illis inſtaret interitus. Percuſſitque eos Dominus in conſpectu filiorum Iſraël* (b) *& interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia, & centum viros, omnes bellatores, & educentes gladiũ. Filii autem Benjamin, cùm ſe inferiores eſſe vidiſſent, cœperunt fugere. Quod cernentes filii Iſrael, dederunt eis ad fugiendum locum, ut ad præparatas inſidias devenirent, quas juxta urbem poſuerant. Et qui in inſidiis fuerunt feſtinanter impetum facientes contra Gabaa ingreſſi ſunt civitatem, & percuſſerunt eam in ore gladii. &c.*

b] Meritò Dominus ELOHE SABAOTH, *Deus exercituũ* in Sacra Scriptura vocatur; ipſe enim dat & aufert victorias; & ut id innuat, non dicit Sacer Textus, *Percuſſerunt eos filii Iſrael in conſpectu Domini*, ſed *Percuſſit eos Dominus in conſpectu filiorum Iſrael*; quod debet bene cõſiderari.

STRATAGEMA II.

De expeditione Ioſuæ contra Hai.

Duas eſſe Civitate cognomines. Cur, & unde ſint dictæ? De utra agamus? Per ſtratagema Dei conſilio diſpoſitum Iſraelitæ Civitatem expugnant.

NOn inceperunt tunc ſtratagemata in Hebraicâ militiâ, nam etiam arma gubernante Ioſue ingenioſa illorum tyrocinia reperio. Attende.

HAI, quid ſignificet? quomodo proferatur?

העַי *Hai* vocatur *acervus*. Et fuit Civitatis Amorrhæorum vocabulum. Ultra Iordanem erat ſupra Iericho ſita: nempe juxta *Bethaven*, ad Orientalem plagam oppidi Bethel, non longè ab eo diſtans. Et non eſt hæc, de qua impræſentiarùm diſputabo, ſed altera eodem ſignata nomi-

ne,

ne,quam poſt Iordanis tranſitum invenit & expugnavit (Ioſue 7. 2. & 12. 9.) cujus Regem (Ioſ.8.23.) ſuſpendit in patibulo. Hæc Civitas Iſaiæ 10. 28. AIATH dicitur & ejus Geneſ. 12. 8. Ierem. 49. 3. Ioſ. 12.9.& Eſdræ 2.28. ſit mentio. Quoniam autem litera ע ita adſpiratur ut *g* videatur redolere, illam in locis Hebraicis Hieronymus HAGAI appellat. Sed cur huic civitati ab acervo fuit nomen? Fortè,quia erat aſyli civitas, ad eamque conglomerabantur ſcelerati, ut ſervarentur impuniti. Fortè per anticipationem nomine, quod ſortita fuit poſteà, ab authore notatur: potuit enim Acerbus dici ob ſui Regis ſepulchrum, de quo ibi Sacer Textus hæc habet. *Ioſue ſuccendit urbem, & fecit eam tumulum ſempiternum: & ſolitudinem uſque in hunc diem. Regem quoque ejus ſuſpendit in patibulo uſque ad veſperam & ſolis occaſum. Præcepitque Ioſue & depoſuerunt cadaver ejus de cruce, projeceruntque eam in ipſo introitu civitatis, congeſto ſuper eum magno acervo lapidum* (N.B) *qui permanet uſque in præſentem diem.*&c.

De duabus ejuſdem nominis civitatibus.

De litera ע *pronunciatione.*

An imponantur nomina ab eventu futuro?

Cur hæc Civitas ab acervo dicatur?

Qui tuentur Reſtrictiones Mentales, hujus celeberrimæ Civitatis expugnationem,verbis ſacris proponunt, ut fortiora inde argumenta ſumantur.

Dixit autem Dominus ad Ioſue.&c. Adſcende in oppidum Hai. Ecce tradidi in manu tuam Regem ejus,& populum, urbemque & terram. Facieſque urbi Hai & Regi ejus ſicut feciſti Iericho, & Regi illius: prædam verò & omnia animantia diripietis vobis: pone inſidias urbi poſt eam. Surrexitque Ioſue & omnis exercitus bellatum cum eo,& adſcenderunt in Hai; & electa triginta millia virorum fortium miſit nocte, præcepitque eis dicens: Ponite inſidias(ponite vos in inſidiis) *poſt civitatem nec longiùs recedatis,& eritis omnes parati; ego autem & reliqua multitudo,quæ mecum eſt,adſcendemus ex adverſo contra urbem. Cumque exierint contra nos, ſicut ante fecerunt, fugiemus,& terga vertemus,donec perſequentes ab urbe longiùs protrahantur, putabunt enim nos fugere ſicut priùs. Nobis autem fugientibus, & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidiis,& vaſtabitis civitatem;tradetque eam Dominus Deus veſter in manus veſtras. Cumque ceperitis, ſuccendite eam,& ſic omnia facietis,ut juſſi. &c.* Obediverunt exactè milites,& facientes, quæ Summus ſibi ἡγεμὼν præceperat, urbem expugnaverunt. Illam cives propugnabant fortiſſimè; & aliquos Hebræos occidebant. Hi fugam ſimulant, & à vallo ſe ſubtrahunt. Tunc incolæ ſpecie victoriæ vana illuſi cautè fugientes, temerè perſequuntur,ſe inconſideratè per planitiem diffundunt, quin periculum imminens civitati prævideant. Tunc qui latebant in inſidiis, occupant civitatem. Et poſteà egreſſi præcludunt aditum,ne poſſent incolæ ad ſuos lares redire. Vertunt in illos faciem,qui cenſebantur fugere, illos undique invadunt,& tandem univerſos trucidant.

Voluit Deus grandia horum hominum peccata punire: & Divinæ ultionis Miniſtri fuerũt Hebræi.

Iubet Deus ſtrui inſidias. Ergo hæ ſunt licitæ.

An fugam ſimulare mentiri ſit?

Legunt hanc Hiſtoriam Iuniores; & quia ſicut verbis homines, ſic & factis loquuntur, poſſe etiam illos factis contra mentem ire,adeoque & mentiri ſupponũt, & jubent mentem corrigi, ne in eam impingant ſtratagemata. Hæc eſſe innocentia & licita *quæſt.* 10. *&* 11. in Ioſuem S. Auguſtinus decidit;& huic ſententiæ, tametſi tantus Doctor ad Probabilitatem ſufficeret: eamdem ſupra omnem Probabilitatis aleam Divina conſtituit authoritas: verba enim illa, *Pone inſidias urbi poſt eam*, Summi Numinis ſunt,& eſſe Stratagemata licita, evidenter oſtendunt.

An certa, an verò tantùm probabilis ſit noſtra doctrina?

STRATAGEMA III.

De glorioſa Gedeonis contra Madianitas & Amalecitas victoria.

An fallaces circumſtantiæ, quæ in ea, Mendacii macula carere poſſint, ſi negentur Reſtrictiones Mentales?

ERat adhuc rudis & ſuſpicionibus plena, & canonibus vacua Militia, illo Ævo quo Dei populus per Iudices gubernabatur, quoniam *Madian,& Amalec, & omnes Orientales populi* (qui arma ſumpſerant contra Iudæos) *fuſi jacebant in valle,ut locuſtarum multitudo; cameli autē innumerabiles erant,ſicut arena, quæ jacet in littore maris*. Decrevit autem Deus,ut tota hæc hominum multitudo à trecentis militibus ſuperaretur: voluitque,ut Gedeon uteretur Stratagemate, quod *ibid.* recenſetur his verbis. *Reverſus eſt ad caſtra Iſraël* (Gedeon) *& ait. Surgite; tradidit enim Domin⁹ in manus noſtras Caſtra Madian. Diviſitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenaſque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos. Quod me facere videritis,hoc facite.Ingrediar extremitatem caſtrorum,& quod fecero, ſectamini. Cùm ego clanxero tuba,& omnes qui mecum ſunt, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite & conclamate,Domino & Gedeoni. Ingreſſuſque eſt Gedeon & centum Viri cũ eo ad extremum partem caſtrorum incipiētibus vigiliis noctis mediæ,& cuſtodibus ſuſcita-*

Iudic. cap. 7.

De infauſta Madianitarum & Amalecitarum contra Iudæos expeditione.

Erant innumerabiles: & tamen à paucis Stratagemate divinitùs præſcripto, ſuperantur,funduntur, occiduntur.

Digitized by Google

Terror Panicus, de quo plurima dicere poſſem, in acies barbarorum irruit.

ſtitatis(dormiebant ergo) *cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampadas, & dextris ſonantes tubas, clamaveruntque, Gladius Domini & Gedeonis; ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtium.* Quid autem tunc Amalecitæ & Madianitæ? Putaverint, opinor, unumquemque horum militum cohortem aut etiam legionem conducere, nec enim aliter tantâ luminum copia & tanto auderẽt ſtrepitu.

Ære ciere viros, Martemque accendere cantu,

Hoc itaque inopinato proſpectu & audito ſpectaculo, *omnia caſtra turbata ſunt; & vociferantes ululanteſque fugerunt; & nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes*. Et, ut Dei exercituum clariùs ibi potentia & præſentia innoteſcerent, *immiſit Dominus gladium in omnibus caſtris; & mutua ſe cæde truncabant fugientes uſque ad Bethſeta, & confinia Abelmehula in Tebbath, &c.*

His præmiſſis (quæ ad eruditi... m... ſunt profuſa, & potuerunt juxta Scholaſticæ Severitatis leges ad lineas pauciores reſtringi) ſic argumentantur. Stratagemata ſunt licita, aliàs enim non præciperentur, aut conſulerentur divinitùs. At præſcindendo ab omni Intellectuali Reſtrictione ſunt pura mendacia. Ergo, ut emaculentur concedendæ ſunt Reſtrictiones Mentales. Probant Minorem. Quia homines factis æquè ac verbis loquuntur; erit igitur pedibus fugere, ac lingua dicere, *Nos veſtras vires, & potentiam timemus*, quæ propoſitio, ſi nihil addatur, eſt falſa. Mens igitur illud *timemus* reſtringebat *ad hunc locum*, ita ut tota fugæ ſignificatio prout ex externo & interno coaleſcit, eſſe hæc, *Nos veſtras vires & potentiam timemus* * *in hoc loco, & ideò ad alium, in quo paravimus inſidias, vos deducere deſideramus*. In qua propoſitione, quæ ante ſtellulam poſita, exprimuntur extrinſecùs; quæ autem leguntur poſt ſtellulam, ad actum merè internum pertinent, nullo ſigno extrinſeco ſignificatum.

An ſtratagematum æquitas Reſtrictione Mentali ſuccolletur?

Quid in Stratagematibus ſigno externo, & quid intellectu dicatur?

C A P V T II.

Veram Sententiam; & eius indubitata Fundamenta dilucidans.

NON eſt cur ſolliciti ſimus, & in Veterũ libris quæramus Cõtroverſiam, quæ inquirat. *An loquantur Arbores? An lapides ratiocinentur? An ſit aliquis Populus in quo careant homines corde? an aliquis in quo nemo moriatur?* Quia quæ indubitata ſunt, & ſciuntur ab omnibus, in Quæſtionem non veniunt. Ergò nec erit cur ſolliciti ſimus, & in Veterum libris quæramus Controverſiam, quæ inquirat; *An dentur Reſtrictiones Mentales?* Quia cum omnes ſuppoſuerunt non dari, nemo dubitare voluit in re pervia (a) Interim, quia Recentiores occæperunt cœcutire in re clara, operæ pretium erit hanc Veritatem ediſſerere, & oſtendere impoſſibiles, & inutiles aut etiam pernicioſas eſſe has, quas vocant *Reſtrictiones Mentales*. Et ut clariùs Caput iſtud procedat Concluſiones aliquas proponemus, quæ noſtram Sententiam demonſtrabunt. Sit igitur

a] Simile ratiocinium efformes cum de Deiparæ Immaculata Conceptione diſſeratur, hanc enim Quæſtionem Veteres non moverunt nam plerique omnes, ut rem certam, & indubitatam ſupponebant eſſe Immaculatam.

Quæ ſciuntur, & ſupponuntur ab omnibus in Controverſiam non vocantur.

CONCLVSIO I.

E*ſſe interdum in verbis ſignificationis latiùs patentis Reſtrictiones, tam eſt certum, ut à nemine probabiliter negari poſſit*. Ecce (attende) non negamus Reſtrictiones verborum: imò dicimus tam eſſe certum illas dari, ut oppoſitum in veræſimilem quæſtionem provocari non poſſit. Sed quid negamus? Has ipſas Reſtrictiones, aut ſemper, aut aliquando purè Mentales eſſe.

Sunt Reſtrictiones neceſſariò admittendæ.

Eſt autem Reſtrictio, *vocis æquivocæ, aut latiùs patentis, ad determinatam ſignificationem contractio*. Et auderem dicere, nullum omninò verbum, aut lingua dici, aut penna ſcribi poſſe, quod non ſit æquivocum, & Reſtrictione indigeat, ut intelligatur: nam, ut minimùm, cùm omnes dictiones materialiter & Formaliter accipi poſſint, erunt in bivio, & Mercurio indigebunt,

Quid ſit Reſtrictio?

Google

gebunt, qui illas ad alteram ſemitam dirigat: & cùm duplex ſit ſuppoſitio Materialis,& etiam ſit duplex Formalis, omnia nomina habebunt quatuor ſignificationes, & indigebunt phyſica aliqua aut morali prædeterminatione, ut pro una potiùs, quàm pro alia ſumantur. Schema ſubjectum conſidera.

Quotuplex Suppoſitio ſit?

Suppoſitio
- *Materialis*
  - *Intrinſeca.*
  - *Extrinſeca.*
- *Formalis*
  - *Propria.*
  - *Impropria.*

Et,ut illud intelligas,audi Lalemandetum qui *in Apparatu Logica.partit.*8 *num.* 21.*columa.*3 ſic diſcurrit.

Suppoſitionis Abſoluta in Materialem & Formalem diviſio.

]Abſoluta (ſuppoſitio) alia eſt Materialis, alia Formalis. Materialis alia eſt Intrinſeca, & alia Extrinſeca. Intrinſeca materialis, *Eſt acceptio termini pro ſe, ratione alicujus, quod ei naturaliter ineſt, ut Blictri, & Blatiri eſt vox.* Vox enim ipſi ineſt naturaliter,quia naturaliter vox cõvenit terminis etiam non ſignificativis;At Extrinſeca materialis, *Eſt acceptio termini pro ſe ratione alicujus, quod ei non naturaliter, ſed ex ſignificatione provenit*; nam ſignificare non eſt naturale terminis, ſed eſt ad placitum: hujuſmodi eſt,cùm dico, *Petrus eſt nomen*, tunc *nomen* eſt vox ſignificativa,& ex eo,quòd dictio *Petrus* ſit ſignificativa ad placitum ſine tempore;dicitur *nomen*, & hæc Suppoſitio terminis ſolùm ſignificativis competit (*b*) Formalis Suppoſitio communiter dividitur in Propriam & Impro priam:Propria eſt *acceptatio termini pro ſuo primario,ac proprio ſignificato*:ſic *Nero* ſignificat propriè illum Imperatorem Romanorum, qui fuit crudeliſſimus. Impropria eſt,*acceptio termini, pro aliquo,quod impropriè ſignificat*, ſi Petrum,qui eſt crudelis, *Neronem* voces.] Hæc ille. Aliquos Soritas proponamus.

Materialis, vel Intrinſeca, vel Extrinſeca eſt.

b]Hanc ſignificationem materialem externam paſſim ſignificationẽ ſecundæ intẽtionis vocamus: nam prima intentio fuit hac voce *Petrus* Petrum ſignificare: at in hac propoſitione *Petrus currit*,ſecunda intentio fuit ut Nomen à Verbo Grammaticè, vel ſubjectum à Prædicato Dialecticè ſecernerentur.

Suppoſitio Formalis vel Propria, vel Impropria eſt.

Vocis Deus *Suppoſitio Materialis Grammatica. Ejuſdẽ vocis* Deus *ſuppoſitio Materialis Dialectica.*

Ejuſdem vocis Deus *Suppoſitio Formalis Propria.*

Ejuſdem vocis Deus *Suppoſitio Formalis impropria, aut Metaphorica.*

Deus eſt nomen.
Nomina habent principium & finem.
Nomina declinantur.
Nomina ſubſunt caſibus.
Ergo Deus habet principium & finem: declinatur:& ſubeſt caſibus.

In hac Propoſitione *Deus eſt Roma*, Deus eſt ſubjectum.
Subjectum eſt, quod alicui ſubjicitur.
Nemo ſubjicitur niſi majori.
Ergo datur aliquis major cui Deus ſubjicitur.

Deus eſt bonus.
Qui eſt bonus etiam eſt liberalis.
Qui eſt liberalis impertitur favores & gratias,quæ non debet.
Ergo Deus impertitur hominibus favores & gratias,quæ nõ debet. Dat enim gratias Deus quas dare non debet, non autem quas non dare debet.

Homo homini lupus, & homo homini Deus: *nam, qui ſocios deglubit,eſt lupus,qui adjuvat, Deus.*
Sed Petrus pecunias Ferdinandi decoxit.
Ioannes eundem Ferdinandum priori opulentiæ & dignitati reſtituit.
Petrus ergo Ferdinando fuit lupus; Ioannes Deus.

Moyſes fuit Deus Pharaonis. Exod.7. 1.
Sed Deus eſt Omnipotens.
Omnipotens eſt, qui facere poteſt, quidquid vult.
Ergo Moyſes reſpectu Pharaonis potuit facere quidquid voluit.

Denique ejuſdẽ vocis Deus *Moralis & Virtualis acceptio.*

An declinari debeat Deus?

In primo Sorite vox *Deus* ſumitur in ſenſu materiali Grammatico: quam ob rem Conſequentia, ſi agatur de voce *Deus* eſt vera:ſi de ipſo Deo, hoc eſt de re per nomen *Deus* ſignificata, eſt falſa. Et hoc ſenſu Poeta quidam junior exclamat.

Verè eſt deteſtanda ſuperbia Grammaticorum,
Qui declinandum nos docuere Deum.

Cui ſubjectum ſubjicitur? Politicè Majori, Logicè Prædicato.

Vox ipſa *Deus*, quæ ad materialem Grammaticam ſignificationem in primo Sorite reſtringebatur, ad materialem Logicam in ſecundo reſtringitur. Et ſtando huic nominis acceptioni illa præmiſſa, *Nemo ſubjicitur niſi majori* eſt falſa: nam ſubjectum juxta leges Dialecticæ ſoli prędicato ſubjicitur, & utrum hoc ſit majus, vel minus non inquirit: nam in hac aſſertione,*Homo eſt albus*, Homo ſubjicitur,& tamen *eſſe hominem* præſtantiùs,quàm *eſſe album*.

An primo homini gratia fuerit debita?

An creari à Deo potuerit ſine gratia?

Tertius Sorites eamdem vocem *Deus* ad ſignificationem formalem & propriam reſtringit. Et benè per ſuos gradus decurrit; & monet nos, ne Cornelio Ianſenio aſſentiri velimus, qui Gratiam Adamo fuiſſe debitam aſſerit. S. Thomas 1.*p. qu.*95. *art.*1. *c.* hunc errorem condemnat, inquit enim. *Manifeſtum eſe, quod illa ſubjectio corporis ad Animam, & inferiorũ virium ad rationem, non erat naturalis: alioqui poſt peccatum manſiſſet, cum etiam in Dæmonibus data naturalia poſt peccatũ permanſerint.* Conſonat Angelico Doctori Scotus, qui *in* 1.*diſt.*28. *qu.unic.* ait. *Potuit aliquis eſſe in puris naturalibus, tam ſine gratia, quàm culpa.* At hoc negabat Michael Bayus, cujus vigeſima quinta Propoſitio à Pio V.& Gregorio XIII.condemnata fuit hæc: *A vanis, & otioſis hominibus ſecundum inſipientiam Philoſophorum*

Digitized by Google

ram excogitata eſt ſententia, Hominem ab initio ſic conſtitutum, ut per dona Natura ſuperaddita, fuerit largitate Conditoris ſublimatus & in Dei Filium adoptatus. Janſenius *tom. 2. cap. 18. colum. 762.* Bayo conſonans. *Gratia dilectionis Dei non poteſt ſine culpa ſubtrahi creaturæ rationali innocenti: & aliquo modo debita eſt.* Et col. 760. *Non poteſt creatura rationalis ſine caſto amore Dei* (ſine Charitate) *condi,* &c. & column. 775. *ſtatus animi ſine bona voluntate, ſine Charitate, ſine ſapientia conditis non poteſt Authorem habere Deum.* Et hæc doctrina eſt Ioannis Calvini *lib. 1. inſtit. cap. 15. § 1. 4. & 6.* Quo reſpiciens, quidam eruditus Theologus hæc Α'ναγράμματα compoſuit.

Leo Papa, & habetur 5. qu. 1. Gratia, ſi non datur gratis, vel accipitur, gratia non eſt.

Anagrammata de Ianſenio & Calvini conſenſu.

Cornelius Ianſenius.
Calvini ſenſus in ore. Purum.
Si non es, Calvinus eris. Add. S.

Quid ſit eſſe Deum?

Quartus eandem vocem *Deus* reſtringit ad ſignificationem metaphoricam, quæ Formalis impropria eſt. Præmiſſa prima eſt illud Græcorum Adagium Α'́νθρωπος ἀνθρώπȣ λύκος, καὶ ἄνθρωπος ἀνθρώπȣ Θεός. Nam veterum ſententia idem erat *eſſe Deum,* ac *prodeſſe.*

Quomodo Sancti faciant miracula?

Quintus denique etiam vocem *Deus* ad virtualem ſignificationem reſtringit, quæ eſt propria extrinſecè conſiderata in ſuo effectu: talem enim præſtat, qualem res propriè ſignificata præſtaret. Conceſſit itaque Moyſi Deus, ut reſpectu Pharaonis eſſet Deus, videlicet, virtualis, ergo ut virtualiter eſſet Omnipotens; hoc eſt, ita ſuam Omnipotentiam ejus attemperavit voluntati, ut ad Moyſeos præſentiam eſſet ipſa factura, quidquid ille decerneret. Habuit igitur authoritatem & poteſtatem Moyſes, ut de Pharaone faceret quidquid vellet.

An omnes voces ſint æquivocæ?

Stat ergo nullam dictionem proferri poſſe, quæ non ſit æquivoca, & varias ſignificationes habeat. Ergo non poſſe ullam, quæ in Oratione poſita ſuam congruã reſtrictionem non habeat.

CONCLVSIO II.

Quotuplex ſit Reſtrictio?

R*Eſtrictio, ut volunt Scholaſtici, eſt duplex; purè interna, quæ ab actibus intellectus deſumitur; & purè externa, quæ à conſignificantibus circumſtantiis derivatur.* Hæc poſterior, nata fuit cum hominibus, & eſt nota univerſis. Illa prior à paucis eſt annis cogitata, quia fuit in peccato originario concepta, actualia, multa & gravia, committit.

Addunt aliqui tertiam, quam mixtam vocant, & ex actu interno & externo conſtituunt: & hanc inutiliorem eſſe demonſtrabo. *Haplotes.*

CONCLVSIO III.

Cur ſint verba inſtituta?

P*Vrè Mentales Reſtrictiones impoſſibiles ſunt.* Me juvat Auguſtinus, qui *in enchiridio* [& habetur 22. *qu. 2.*] ſic ſcribit. *Vtique verba propterea inſtituta ſunt, non ut per ea ſe homines fallant, ſed ut eis quiſq; in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta, peccatum eſt.* Et hîc *verborum* nomine, quæcumque ſigna externa, & ſenſibilia intelligit. Ergo loqui eſt externas animi cogitationes alteri manifeſtare: unde *lib. de Orat.* inquit Cicero. *Hoc uno præſtamus feris, quod colloquimur inter nos.* Vnde nos Λογικοὶ *rationales ſermocinabiles* dicimur: & ſiiæ ἄλογαι & nō *ratiocinantes,* & *non loquentes* nominantur. Vociferantur inter ſe non loquuntur: quoniam nec alteræ ſuos internos conceptus explicant, nec alteræ, auditis vocibus, per eas ad alius rei cognitionem perveniunt.

Verborum nomine omnia ſigna externa intelliguntur. Quid loqui ſit?

Quomodo Angeli, & quomodo loquantur homines?

Sanè Angeli loquuntur conceptibus, & verbis homines. Peto, an poſſint hominibus homines loqui ſolis mentis conceptibus? Reſpondes negativè, & bene: quia cum immediatè non poſſimus mentis actus aliis hominibus manifeſtare, verba invenimus, per quæ loco conceptuum ſubſtituta, cogitationes noſtras in aliorum notitiam proferamus. Progredior, & ſuppeto, an homines aliis poſſint hominibus partim verbis, & partim conceptibus loqui? Conſultò poſui illud *hominibus.* Si enim loquantur Deo aut Angelis, ſicut ſolis conceptibus, ſic etiam partim poterunt verbis, & partim conceptibus loqui. Reſpondes & benè negativè; quia ea actuum mentalium pars, quæ verbis exprimitur, ad loquutionem pertinebit: & altera, quæ verbis non exprimitur, non pertinebit. Ergo, ſi hæc ultima Reſponſio ſtat, repugnant Reſtrictiones Mentales; quid enim aliud faciunt, qui eis utuntur, quàm amicos partim verbis, & partim conceptibus adloqui?

An poſſint homines partim verbis, & partim conceptibus loqui?

Quid ſit loqui? Quid ſignificare? Quid ſit ſignum?

Vel agamus ſincerè, & omne præjudicium deponamus. Quid eſt *adloqui amicum?* Illi quæ mente concipimus ſignificare. Et quid eſt *ſignificare?* ſigna facere, ſigna exhibere. Et quid tandem eſt *ſignum?* Quod præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, in alius rei nos facit cognitionem devenire. At actus purè interni nullam ſpeciem ingerunt audientium ſenſibus; ergo reſpectu audientium non ſunt ſigna. Si autem ſigna non ſunt, nihil per illos amicis, ſeu auditoribus ſignificatur. Et, ſi nihil per illos ſignificatur, per illos

reis hortom, & manu propria inſtrumentum ſcribat, & ſubſcribat : & tamen mente dicat, *Aureos iſtos, de quibus loquor, & ſcribo, non ſimplices, ſed duplices fore decerno*; non poterit jure à Cornelio aureos duplices petere aut extorquere : ſed tenebitur ſimplicibus eſſe contentus : quoniam *aurei* nomen in illo contractu ſecundum communem & vulgarem acceptionem ſumi debet, & niſi *duplex, quadruplex*, aut *octuplex* expreſsè dicatur, *ſimplex* debet intelligi. Non adquieſcit Livius; ad tribunalia provocat, & Cornelium accuſat. Et quid Livius Judicibus? Domini, ait, quando ego dicebam & ſcribebam nomen *aureorum*, mente ſentiebam tacitus, non illos ſimplices, ſed duplices eſſe debere. Et quid Iudices Livio? Scripturæ eſſe ſtandum, eamq; per actus intellectus internos non reſtringi.

Quo ſenſu debeant intelligi verba contractuum?

Quid vulgò aureus ſignificet?

Pergo ulterius, & argumentũ precedens promoturus, Mẽtis Actus in verba converto, & cum famulo, quẽ accepto, hunc contractum inſtituo. *Servies mihi anno integro, & in fine anni quinquaginta tibi numerabo philippos* [*] calamo ſcribo & ſubſcribo contractum : verbis autem, quæ tamen nullus audit, hunc contractum appoſita conditione reſtringo : ajo enim, *Dabo nimirùm illas pecunias, quando fuerimus Mexici*. Elapſo anno, nam famulus ſervivit fideliter, ſalarium poſtulat; & ego nego dicens; contractum fuiſſe conditionatum; & non purificari conditionem. Et conditionatum eſſe probo, quia nemine audiente ego dixi, *Dabo nimirùm illas pecunias, quãdo fuerimus Mexici*. Ergo, quia nondum ſumus Mexici, nondum teneor ad ſolutionem. Et poſſem addere, ergo, quia nunquam erimus Mexici, nunquam ad ſolutionem hanc tenebor. Et quid ad hæc vel ligneus Iudex, ſi cauſa ad tribunal veniat, & ejus adſiſtentia imploretur? Dicet ſtandum eſſe ſcripturæ inſtrumento. Illudque eſse publicum, & per verba clam dicta, & à nemine audita, non reſtringi. Solvendum ſalarium eſse famulo, etſi non ſimus Mexici.

An Scriptura per ſecreta verba, quæ non audiuntur, reſtringantur?

*] Philippi nummi argentei ſunt Hiſpanis noti.

Verba, quæ non audiuntur ad contractum non pertinent.

Ergo reſtringere nequeunt contractum.

Adhuc ulterius pergo, & Reſtrictiones Mentales in ſcripturam transfiguro: & affirmo viſibilem & legibilem ſententiam per inviſibiles & illegibiles characteres nõ reſtringi. Et, ut id clarè oſtendam adhuc unum caſum propono. Duplex habeo atramentum : alterum eſt commune, & ſtatim videtur, & in literis manet, alterum eſt aquei coloris, nec poteſt percipi, niſi charta torreatur. Petrus hoc ſecretum ignorat; & ideò non ſolùm non ſciet, quid literæ liquore illo aqueo ſcriptæ ſignificent ſed nec ſuſpicabitur eſse in charta ejuſmodi literas. Interim ego ad Petrum hanc Epiſtolam ſcribo. [*Aurelio, in Hiſpaniam ituro, equum conſigna : & ego tibi numerabo centum aureos die Pentecoſtes* * anno, quo illa incidat in Feriam quartam] Verba quæ præcedunt ſtellulam atramento ſcribo : quæ autem ſequuntur illo liquore aqueo. Epiſtolam recipit Petrus : priora verba legit, & intelligit : de poſterioribus nullam notitiam habet. Aſsentitur contractui. Aurelio equum conſignat: & aureos illa determinata die ſibi numerandos expectat. Et quid, ſi Pentecoſtes superveniente feſtivitate, & Petro pecunias poſtulanti dicerem. *Ego nihil tibi promiſi, nam pactus ſum de die, qui nunquam erit. Quid ergo poſtulas?* Et quid, ſi Petrus meã adducat Epiſtolam, & ego illam torreri jubeam, & in toſta latentes characteres appareant? An per hos ſupervenientes characteres à ſolvendi debito liberabor? Nullus erit Iudex, qui illos poſteriores characteres neglecturus non ſit. Nullus, qui non ſit me ad ſolutionem obſtricturus. Ergo priores literæ non ſunt reſtrictæ à poſterioribus. Ergo (attende) ſi voces ſcriptæ viſibiles per inviſibiles, ſed non reſtringuntur : quomodò voces audibiles per actus, qui nec cadunt, nec cadere in ſenſum poſſunt, reſtringentur.

An viſibilis legibiliſque ſcriptura per characteres inviſibiles & intelligibiles reſtringi poſſit?

Hæ plures.

Magna committerentur fraudes, ſi verba actores viſibiles per inviſibiles reſtringerentur.

Addam pro Coronide pulchra Sancti Bernardi verba, qui *libell. de præcept. & diſpenſat.* ſic inquit. *Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt.* Ergo à fortiori, ſi eidem præſens controverſia proponeretur, diceret, *Actus mentis, qui cognoſci non poſſunt, mihi nõ cogitati ſunt. Verba, quæ audiri non poſſunt, mihi non dicta ſunt. Scriptura, quæ legi non poteſt, mihi non ſcripta eſt.*

Generalis Reſolutio ex Bernardo.

STat igitur Reſtrictiones Mentales impoſſibiles eſſe. Et quid, ſi eſſent poſſibiles? non exiſterent. Et quid, ſi exiſterent? non eſſent efficaces. Et qoid, ſi eſſent efficaces? non eſſent utiles. Et quid tandem, ſi eſſent utiles? neceſſariæ non eſſent.

Ratio Reſolutionis.

Porrò ex impoſſibilitate ad Non-neceſſitatem per intermedios gradus Σωρείτης intrepidus, & ſecurus decurrit, quoniam in Morali Theologia,

Σωρείτης doctrinam Reſtrictionum Mẽtalium, per gradus convenientes deducens.

Bam-	*Quidquid impoſſibile eſt, non exiſtit.*
ma-	*Quidquid non exiſtit, nullum effectum habet.*
ma-	*Quidquid nullum effectum habet, non eſt utile.*
ma-	*Quidquid nõ eſt utile, non eſt neceſſarium.*
da.	*Ergo quidquid eſt impoſſibile non eſt neceſſarium.*

Ergo ſola impoſſibilitatis Demonſtratio, mihi ſufficiet, ut omnes iſtos gradus illæſo pede meus Σωφέτης percurrat.

Sed Adverſarii PRIMO perſuadere debebunt, eſſe poſſibiles has Reſtrictiones: puto enim earum impoſſibilitatē demonſtrari clariſſimè.

Pono Mentales Reſtrictiones impoſſibiles ſūt.

SECVNDO, ut ut hanc primam difficultatem ſuperent, ignorare non debent ex Poſſibilitate ad exiſtentiam eſſe diſtantiam opinione S. Thomæ infinitam: & rationes ſuccurrere propter quas non omnia faciāt Viri probi, quæ poſſunt. Quoniam dicebat S. Paulus. Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt (conferunt.)* Ergo dantur aliquando rationes, ob quas vir prudens hæreat, & judicet ſibi non expedire, facere hæc vel illa, quæ poteſt.

Non exiſtunt in rebus.

1. Corinth. 6. 12.

TERTIO, ut ut hanc ſecundam etiam ſuperent difficultatem, & ob oculos ponant Reſtrictiones Mentales exiſtentes, debebunt oſtendere tertiò illas eſſe efficaces. Et quid nomine efficaciæ intellexero? Reſponſio ab ipſa Quæſtione principali ſumetur. Accuſantur harum Reſtrictionum fautores, quòd nos decipiant, propoſitiones falſas protrudendo pro veris. Pone Reſtrictiones Mentales præſtare, ut falſæ Propoſitiones in veras tranſeant, adhuc eadem querimonia manebit, quoniam illæ nobis inſciis ſubrepunt, & iterum per illas decipimur. Pono exemplum. Dicis Petro, *Dabo tibi octo aureos.* Acceptat: gratias agit: non das: *Decepiſti illum.* Dicis Ioanni alta voce, *Dabo tibi octo aureos,* & ſuppreſſa, *videlicet, in charta pictos.* Acceptat: gratias agit: & tu expectanti aureos veros, luſoriam chartam exhibes (Hiſp. *le das un ocho de oros.*) Et ego, quia audio Senecam exclamantem in Troad. *Veritas nunquam latet.* Et Auguſtinum *lib. de Chriſti agon.* (aut Anſelmum *in Epiſt. ad Corinth.*) dicentem. *Qui Veritatem occultat,* [poſitivè nimirùm, alterum decipiendo] *& qui prodit mendaciū, uterque reus eſt.* Sic diſcurro. *Illa, quam tu* Veritatem *appellas,* latet. *At vera Veritas non latet. Illa igitur, quam* Veritatem *appellas, non eſt vera Veritas, ſed ficta quædam* Veritatis *imago.* Pergo ulteriùs, & dico. *Si nullam Mentalem Reſtrictionem adhibuiſſes, ſi nullum verbum ſuppreſſa voce muſſaſſes; in illa promiſſione, facta Ioanni mendacium prodidiſſes. Et tamen quia vel per occultos mentis actus, vel per verba muſſata quæ minimè audiri potuerunt, promiſſoriam enunciationem reſtrinxiſti, ſi fortè mendacium abſtuliſti, ſaltem veritatem poſitivè, & proximum decipiendo occultaſti. Verùm enim verò, aſſerente Auguſtino tam, qui mendacium prodit, quam qui poſitivè, & decipiendo proximum veritatem occultat, reus eſt. Tu igitur, cum quia agens cum Petro, mendacium prodidiſti; tum, quia agens cum Ioanne, Veritatem poſitivè, & illum decipiendo occultaſti, erga utrumq; reus es.* Ergo, ſive Petri, ſive Ioannis meminerim, tibi ſincerè, tibi liberè dico, *Decepiſti illum.* Non quod verba dicam, aut non dicam non reſtringi per verba; ſed quod reſtrictiva illa tam ſuppreſsè [a] muſſaſti (tanta fraude poſuiſti) ut ille hanc Reſtrictionem non perceperit; & ſincerè procedens in nullam fraudis ſuſpicionem venerit. Ergo illa verba *in charta pictos*, etſi fortè reſtringant priora & præſtent, ne ſint falſa, nunquam præſtabunt, quod Ioannē, qui ſincerè procedit, non decipiant. Ergo eodem modo de Mentalibus Reſtrictionibus philoſopheris. Etſi enim à mendacio Propoſitiones emacularent, ipſas ſubdolè emaculando nova fallaciæ nota inficerent. Ergo non eſſent efficaces, ut nobis obſtruant ora, ne de malo dolo queri, & vociferari poſſimus.

Etſi de facto darentur, & verè verba reſtringerent, carerent efficacia ad auferendam fallaciam: eſſent enim fallaces, & deciperent.

Nota bene.

Promiſſionem per occultos mentis actus, aut per verba muſſata reſtrictam emaculari à mendacio non dico; ſed ajo, illam, etſi ab illo emacularetur, eſſe fallacem & doli ream & cenſeri indignā quæ à viro ſincerò proferatur.

a] *Muſſare* eſt *ſubmiſſa voce loqui*: & quia qui muſſat, reſpectu multorum tacet, interdum ponitur pro *tacere.* Ennius apud Feſtum, *Non decet muſſare bonos.* Terentius *ſile, occulta cela, tege, tace, muſſa.*

Sanè D. Auguſtini verba agere de poſitiva occultatione dixi; & ut exactè intelligantur, lineas iſtas ſubſcribo. Nunquam homini mentiri licet: nunquam alios decipere. Poſſum tamen facere aut dicere, ex quibus ſe ipſum decipiat proximus, quoties ſe decipiendo non peccet. Et poſſum tacere quoties non habeam obligationem loquendi. Et juxta hanc doctrinam Auguſtinus, Anſelmus, & Patres cæteri intelligendi & exponendi ſunt.

An, & quomodo liceat Veritatē occultare?

QVARTO, ut ut ſine dolo & fallacia Propoſitiones reſtringantur per mentem, inutiliter addetur hæc Reſtrictio: quæ n. reſtringuntur per conſignificantes circumſtantias, hac mentis reſtrictione non indigent.

Reſtrictiones mentales ſunt inutiles,

QVINTO, ut ut tandem ſint utiles ad aliquid, neceſſariæ abſolutè non erunt; ad multa enim erunt inutiles & nocivæ. Nam quæ ob unam rationem conducerent, ob aliam utiliter abeſſe poſſent: nunquam enim in bona Dialectica infertur ex Vtilitate Neceſſitas.

Et non debent neceſſaria eſſe.

CONCLVSIO IV.

PRopoſitiones, quas per Mentales Reſtrictiones veras reddere, & à fraudis labe Adverſarii emaculare conantur, ſunt mendacia evidentia, & nulla arte poterunt cohoneſtari. Patet; quia nullus eſt, qui in quocumque alio Reſtrictiones hujuſmodi non exſecretur; nullus qui patiatur ſe accenſere iis; qui cenſentur verba per cogitationem reſtringere. Apud Homerum Iliad. 1. ait Achilles.

Propoſitiones mentaliter reſtrictæ ſunt mendacia.

Fugiuntur, qui illis uti conſentur.

Ἐχθρὸς γάρ κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλησιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο γὰρ εἰπῇ.
Is mihi juxta inviſus ut atri limina Ditis,
Qui verbis aliud prodit, quàm mente volutat.

Hi ipſiſſimi, qui illi utuntur, ſe illis uti ſemper pertinaciter negant.

Sic verrebat Amantius. Omnes igitur eſ, qui talibus utitur Reſtrictionibus, fugiunt. Et Achilli eſt ſimilis Ioannes Poncius *in 3. di. 38. quaſt. unica.* & quotquot ſincerè diſcurrunt, quoniam inter Mendaces & mentaliter reſtringentes nullam differentiam percipiunt. Et auſcultare Poncium prodcrit, ejus verba ſubſcribo. *Sanè deplorandus eſt nimius quorumdam abuſus, & quod pejus eſt inſtructio. Cum quibus quoad me attinet non alio modo converſor, quàm cum merè mendacibus me gererem, nihil prorſus credendo ipſis, quòm quod mea non referret credere, quamvis falſum eſſet. Nec negari poteſt, quin æquè ipſis, ac mendacibus in omnibus, qua dicunt credendum, aut decredendum ſit: nam vix mendaces etiam ſolent abſque aliqua cauſa mentiri: & quoad eos quibus aliquis loquitur* (ſi decipiendus ſit) *perinde prorſus eſt quod is utatur, aut non utatur reſtrictione.* Quoniam re bene conſiderata æquè per orationem intellectualiter reſtrictam, ac per mendacium decipitur.

P. Ioannis Poncii practicum de Reſtrictionibus iſtis Iudicium.

Prætereà, ſi eſſent laudabiles hæ Reſtrictiones, qui illas uteretur id ſine pudore conſiteretur. At omnes ſe illis uti negant: & ſibi injuriam inferri exiſtimant, ſi habere ſecundas intenciones dicantur. In Comœdia, quę inſcribitur, *el Mariſchal de Viron*, & à Montalbanio fuit compoſita, & populo data, hæc leguntur.

Dux. *Parece que le ha peſada*
A Carlos de lo que ha oido.
Carol. *Si peccaba de offendido,*
Ya pecco de acconſejado.
Dux. *Que mal hize en deſcubrirme,*
Mas yo lo emendare preſto.
Meſſurado os haveis pueſto.
Carol. *Yo Señor de que?* Dux. *De oirme.*
Yerran ya vueſtros intentos,
Si pienſan, que en mis razones
Hay ſegundas intenciones,
Ni affectados fingimientos.
Carol. *Hablad claro, vive Dios:*
Que os entiendo: y me ha peſſado,
De no haverme declarado,
Duque primero, que vos.

Cui exprobatur loqui cum ſecunda intentione, ſibi injuriam illatam fuiſſe judicat.

Rem ergo tam indignam his uti Reſtrictionibus Dux Sabaudiæ eſſe judicat, ut nolit occaſionem dediſſe Carolo Mariſchalco de Viron, ut ſe uti ſermone reſtricto mentaliter ſuſpicaretur.

Et quidem eſſe intolerabiles hujuſmodi Reſtrictiones ſic probo. Quia nullum eſt tam exſecrabile mendacium, quod per aliquam Reſtrictionem mentalem non poſſit in veram Aſſertionem tranſire. Subſequentes conſidera.

Non eſt Deus, in Atheorum ſententia: dixit enim inſipiens in corde ſuo *Non eſt Deus.*
Non fuit mundus à Deo conditus, ab æterno.
Adamus non peccavit, in Germania.
Cainus non occidit Abelem, Madriti.
Chriſtus non fuit natus, Conſtantinopoli.
Non fuit paſſus, Pariſiis.
Non fuit ſepultus, in Perſia.
Non reſurexit à mortuis, in Iaponia.
Non adſcendit in Cælos, ex America.

Nulla eſt blaſphemia aut hæreſis, quæ non ſit vera, ſi mentales reſtrictiones admittantur.

Hæ omnes Propoſitiones ita debent intelligi, ut ea tantummodò verba proferantur, quæ Italico, ſeu curſivo charactere exprimuntur; cætera, quæ Romano, aut rotundo ſola mente eliciantur. Ergo; ſi ſic ſine mendacio & ſacrilegio liceat loqui, nulla erit tam exſecranda in mundo hęreſis, quę per Reſtrictionem cohoneſtari non poſſit. Sanè, ſi hæ Reſtrictiones admittantur, quæ in ore habes, percipio; quæ retines in mente, non percipio, & ideò vereor me decipi; nec medium ſubminiſtrat mihi juramenti religio, ut poſſim manere ſecurus; quæ enim ſine mendacio dici poſſunt etiam ſine ſacrilegio poterunt juramento firmari.

Propoſitio quæ non eſt falſa, ſi juramento firmetur, non erit perjurium.

CONCLVSIO V.

An in aliquibus caſibus poſſint, & in aliis non poſſint, mentales Reſtrictiones admitti?

A*Vthores, qui illas non ſemper, ſed aliquando tantùm admittunt, oſtendunt ſe non intelligere difficultatem; nam eos caſus proponunt, in quibus per Reſtrictiones externas determinatur, & contrahitur vocũ ſignificatio.* Vide noſtram Theologiam Fundamentalem editionis Franco-furtenſis *nu.* 1281. Romanam & Lugdunenſem, cũ hęc in his Apenninis ſcribo, non habeo; hic enim non ſunt libri, ſed ventorũ & boũ in aſperrimo monte fragor, & inconcinnus ſtrepitus; huc enim me mea antiqua peccata ſpecie promotionis deduxerunt. Vide etiam meam Prætcrintentionalem Theologiam *num.* 3089. Sed quia heri de hoc argumẽto diſſerui, & chartas, quæ ante multos annos Pragæ ſcripſi ſtudio congruo recognoſco, & in illis multa utilia reperio, illa in memoriam refero & ſic ſtatuo.

CON-

CONCLVSIO VI.

An homo loquatur multis linguis?

H*Omo habet unam linguam realem, & multas virtuales, quibus loquatur.* Virtualium linguarum nomine circũſtantias intelligo conſignificantes, quæ quidẽ verè & realiter linguæ non ſunt, prudentum autem ſuppoſitione & ſententia ita ſe habent, ac ſi eſſent verè & realiter linguæ.

Quid ſit loqui virtualiter?

Patet: quoniam homo loquitur oculis, capite, manu, pede, motu corporis, veſte, loco, & circumſtantiis aliis, quas *conſignificantes* nominamus. Et quid ſunt ipſæ? Vicariæ linguæ, quæ maximè loquuntur, cum tacent. Vbi enim adſunt, præſtant, ut aliqua vox, quæ non psofereus, ſubaudiatu r, & ſubintelligatus. Quę autẽ ſubaudiatus moraliter dicitur, quoniam tametſi sealitet non dicatur, prudentum tamen judicio ita ſe habet, ac ſi revera dieesetur. Et quidem tametſi ſatis fusè hanc concluſionem ſuperiùs toto capite demonſtraverim, ne cogaris ibi dicta relegere, addam hic paucula, quæ ſufficiant, ut Concluſio ab univerſis admittatur. Attende.

Loquimur mente & voluntate.

Loquimur actibus intesnis & externis. De internis agit Presbyter miſſam celebraturus, inquit enim. *Deus cui omne cor patet & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, purifica per infuſionem Sancti Spiritus cogitationes cordis noſtri, ut te perfectè diligere, & digne laudare mereamur.*

Aliqui negant Deum vivendo, & alii moriendo confitentur.

Loquimur externis, hoc eſt, vita: ſcribit enim *tr. 27. in Ioann.* Hipponenſis Epiſcopus, *Neceſſe habemus uſque in finem inter malos vivere. Non inter illos, dico, malos, qui blaſphemant Chriſtum: rarò enim jam inveniuntur, qui lingua blaſphemant, ſed multi, quò vita.* Et non vita tantùm loquimur, ſed & morte, dicit enim Eccleſia, *Deus, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt.* &c.

An oculis loqui poſſimus?

Et ad actus externos deveniendo, univerſos eſse linguas pronuncio. Et quidem oculis loquimur, nam Pſal. 118. 82. non ſine lachrymis exclamat David. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes; Quando conſolaberis me.* Nota illud *dicentes*; nam & oculi dicunt; Quod etiam in libris Ethnicorum teperio, ait enim *in Mil. ſcen. 3. act. 2.* Plautus. *Oculis mihi ſignum dedit, ne ſe adſpicerem.*

An motu capitis?

Loquimur etiam capite: nam, qui caput inclinat, adnuit; qui in latus vertit, renuit. Suetonius *in Cæſar:* §. 82 [apud Chriſtianum Matthiam *in Theatro Hiſtorico pag. 43 r. a.*] Julii Cæſaris cædem incipit ſcribere his verbis. *Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt. Illicò Cimber Tullius, qui primas partes ſuſceperat,* *Julij Cæſaris* [illegible] *quaſi aliquid rogaturus propiùs acceſſit, renuentique & geſtu in aliud tempus differenti, ab utroque humero togam apprehendit.* Cætera mea non referunt, à curioſo apud Authores jam citatos leguntor: mihi n. ſufficit illa verba, *renuentique, & in aliud tempus differenti,* conſiderare; Cæſar enim geſtu, hoc eſt, capite, renuebat, & in aliud tempus illud negotium differri & ſuſpendi imperabat. Et, ut profundius horum adhuc verborum ſignificationem adſequaris, ad Nomenclatores, qui majori illa diligentia expoſuere, excurramus. In Calepino Lugduni edito ann. 1656. [*Abnuo, nuis, nui, nutum*: ex *ab* & *nuo*; eſt, ſigno capitis aliquid nego, recuſo, renuo. Gallicè, *Hocher la teſte, & monstrer par ſigne de ne vouloir quelque choſe.* Italicè, *Far cigno di nò col capo.* Germanicè Mit ſchuttlem deshaupts verneinen oder abſchlagen.

Quid ſit abnuere?

Hiſpanicè, *Negar inclinando la cabeça.* Quamvis & oculis & manibus vel etiam verbo id fieri poſſit: tamen abſolutè pro *negare ſeu recuſare* ponitur.] Et hic obiter nota, Germanum interpretem verbi *Abnuo* ſignificationem expreſſiſſe; nam & Belgæ dicunt, Het hooſt ſchuden om te loochenen, non autem Gallum aut Hiſpanum: non enim *Abnuo* eſt *elevo caput, aut inclino*, nam *elevare caput* eſt vocare; & *inclinare* eſt adnuere: quam ob rem Hiſpana oblitero, & illorum loco hæc inſcribo. *Negar meneando la cabeça azia los lados.*

In eſtilinguâ Calepino non omnia verba bene tranſlata ſunt in alias linguas.

Interpres Italus fuit loquutus in genere, & vocis rigorem non expoſuit, nam *nutare* eſt in latus hinc inde movere.

Quid ſit adnuere?

Cicero de Fat. *Nihil unquam abnuit voluntas mea ſtudio tuo.* Et Quintilianus *velut nutu fallere*, dixit in armorum certamine. Plautus in Aſinar. ſcen. 5. act. 4 & in Milit. ſcen. 2. act. 2. *Ecce autem capite nutat, non placet quod reperis.*

Quid nutare? Nutatio capitis eſt diſplicentia ſignum.

Ergo *nutare capite* eſt idem ac dicere, *Non placet.* Suetonius in Veſpaſiano. *Adoleſcentulum* [a] *fragrantem unguento, cum pro impetrata Præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam graviſſima increpuit, Maluiſſem allium oleviſſes.*

a] A voce adoleo non jam adoleſcẽs ſed adoleſcens videtur provenire.

An, & quomodo Nuere, Nutare, & Nictare inter ſe diſtinguantur?

A *nuere* oriuntur frequentativa *nutare*, & *nictare*; Verbum *nicto*, niſi à *niveo* devenire dicatus, probare videtur *Nuo* habuiſſe olim in ſupino *nutum*, vel *nictum*. Porrò inter *nuere*, *nutare*, & *nictare*, hoc intereſſe ſcribit Nonius, quod *nutare* capitis fit inclinando, aut in latus vertendo [& illud eſt adnuere, hoc renuere.] *nuere* narium vel labiorum: *nictare* oculorum, eos videlicet patefaciendo, connivendo, claudendo, inclinando, elevando, &c. Ex hac doctrina exponitur ille verſus Plauti in Aſin. *Nec illa ulli homini nutet, nictet, adnuat,*

nuat, hoc eſt, Nulli illa homini Inclinando caput, aut abblandiendo oculis,aut labia cillendo aſſentiatur. Interim Nonio pro bona voluntate habe gratias:nec enim vera ſunt, quæ dicit, nec ad reminam *nuto* & *nicto* ſunt irequentativa, & retinent ſignificationem verbi *nuo*.

Quid ſit Nicere?

Nicere eſt manum movere. Aliquod ſignum manu facere ſeu manu loqui. Plautus in Trucul. *emortre, ocyùs ſi manus nicerit. Quid ſi manus nicerim*. Et quidem nec ſatis commune, nec ſatis notum, & intellectum eſt hoc verbum. A *nicere* deducit *nictere*: (*nictere* à *nictare* diſtingue) & propriè dicitur de cane, qui manu (pede anteriori) oſtendit perdicem, vel leporem. Extenditur ad ſublatratum, quo venatorem monet, ſe prædam videre. Feſtus. [*Nictit canis in odorandis veſtigiis ferarũ, leniter ganniens. Vt Ennius* lib. 10 *Veluti ſi quando vinculis venatica veneno capta ſolet, ſi forte ex nare ſagaci ſenſit, voce ſua nictit* (ſublatrat) *ululat: qua ibi accita eſt, unde ipſa gannitio*] Hæc Feſtus.

Quid etiam Nictere?

Et quid Gannire?

Et quid tandẽ Nivere?

Quid Cõnivere ſit?

Niveo, es, nixi, nictum. Minimè in uſu eſt Hiſp. *Hazer ſeñal cõ los ojos. Hazer del ojo*. Deducitur ab ipſo *Conniveo*. Et duas habet ſignificationes, realem, civilemq; Sub primam, eſt *Oculorum palpebras moveo, modò claudo, modò aperio*; ſub ſecundam eſt *tolero, permitto, diſſimulo*. Dabo locos, in quibus, realis maneat ſignificatio. Agellius lib. 2. cap. 2. *Connivere* (claudere oculos) *ad fulgura*. Suetonius in Caligula cap. 51. *Palpebras quoque ejus* (Reguli) *ne connivere poſſet, ſurſum ac deorſum deductas inſuebat*. Plinius libr. 11. *Graviores alitum inferiore gena connivent*. Idem *Columba & ſimilia utraque gena connivent*. Addam alios in quibus acceptio moralis relucear. Cicero Philipp. 4. *Quibuſdam in rebus etiam conniveo*. Idem pro Cælio. *Dii proh immortales! cur interdum connivetis in hominum ſceleribus maximis?* [Patere, ut Ciceroni reſpondeam: nam Theologica interrogatio hæc eſt, & magnam in Reſponſuro eruditionem & notitiam requirit. Ioannes Druſius in Deuter. cap. 8. verſum decimum dilucidans, Rabbi Ioſiæ reſolutionem affert: inquit enim. *Ob tria Deus Benedictus differt iram improbis in hoc ſaeculo. Nam fortè reſipiſcent, agentque pænitentiam: aut fecerunt præcepta, quorum mercedem Deus rependit in hoc ſæculo: aut fortè exibunt ex illis juſti. Nam ſic invenimus, quod diſtulit punire Achaz, quoniam egreſſus eſt ex eo Ezechias, & etiam ipſum Amon, quoniam exivit ex eo Ioſias: & etiam Semei, è quo exivit Mardochaus*. Et habetur hæc R. Ioſiæ verba etiam apud Moſen G. *in Commen. Deut. 7.*] Ita hucuſque verbi *conniveo* ſignificationem expoſuimus, ut rationem dederimus, ob quam in hac vita multos improbos Deus impunitos relinquat. Provehat nos ejuſdem verbi expoſitio, ut diſcamus Politicam, ſciamuſque, *An prudens & generoſus Princeps debeat reſcire ſingula; & in ſingula etiam animadvertere?* Crimina (nempe, graviores culpas) à Principe punitum iri Virgilius aſſerit, & Minoem in exemplum proponit: conſonat Suetonius, & Iulii Cæſaris exemplo, ſuam ſententiam adfirmat. Poeta in Operis Divini ſexto.

Reguli palpebræ inſuuntur.

An Deus in hac vita omnia peccata puniat?

Cur punitionẽ differat, aut in alteram vitam relinquat?

Nec verò hæ ſine ſorte data, ſine Iudice ſedes:
Quæſitor Minos urnam movet, ille ſilentum (a)
Conciliumq; vocat, vitaſq; & crimina diſcit.

(a) In Minois Conſilio Senatores erant *ſilentes*, ut ſciãt Principes ſine ſecreti ſigillo res graves promoveri non poſſe. Sint exemplo Veneti Senatores. Loſchius, *Fù nello ſpacio di otto meſi da cento lingue, eh mirabil' eſempio tenuta ſecreta*. Ita pag. 129.

Hiſtoriographus in vita Cæſaris. *Delicta, atque obſervabat omnia, neq; pro modo exſequebatur* (puniebat) *ſed deſertorum, ac ſeditioſorum inquiſitor, ac punitor acerrimus, connivebat in cæteris*. Hiſp. *en los demas delitos cerroba los ojos, y hazia como ſi no los viese*. Sunt enim multa, quæ nec punire poſſumus, nec permittere: & in his debemus connivere: hoc eſt, diſſimulare, claudere oculos, hoc eſt, illa civiliter, nec videre, nec ſcire.

An in omnia Princeps crimina debeat animadvertere?

Quid propriè ſit connivere delictis?

Nictare à nuo, vel *à nivere*, eſt idem ac *movere frequenter oculos*. Plinius l. 11. *Pleriſque verò naturale eſt, ut nictare non ceſſent, quos pavidiores accepimus*.

Quid Nictare ſignificat?

Nutare veriùs *à nuo* deſcendit: & eſt frequenti capitis motu aliquid ſignificare. Plautus in Aſin. *Nutat, ne loquar* (Capitis motu me monet ut taceam) *Non hercle nuto, neque nicto tibi* (non motu capitis, aut oculorum agitatione aliquid tibi innuendo dicere) Hinc *nutatio*, frequens commotio capitis. Plinius libr. 11. cap. 37. *A cerebro proficiſcitur ſomnus, capitis nutatio*, &c. Hinc etiam *nutabundus*, cujus caput frequenter commovetur. Apulejus. *Nutabundus tamen, & tot plagarum dolore ſaucius* Et quidem *nutare caput* eſſe contemptus ſignum, experientia, & Authores perſuadent. Virgilius *Æneid*. XII. ut Turni arrogantiam depingeret, ait.

Quid Nuto?

Et quid etiam Nutatio, & Nutabundus?

Ille caput quaſſans, Non me tua fervida terrent
Dicta, ferox: Dii me terrent, & Iuppiter hoſtis.

Quid ſit quaſſare caput?

Ecce, quæ labio expreſſurus erat, priùs tacitus quaſſando & nutando caput ſignificabat.

Hinc lux textui Evangelico: nam Matth. 27. 39. Iudæos in Chriſtum crucifixum contumelias evomuiſſe recenſet; & ſic inquit. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum,*

An nutare caput alicujus ſit eum contemnere?

Digitized by Google

eum, moventes capita ſua, & dicentes, Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalva temetipſum. Portò in materialibus ipſorum verbis non ſtatim invenietur blaſphemia; nam, ſive agerent de templo Dei materiali, ſive de ſpirituali, hoc eſt, de templo corporis ſui, alterutrū deſtruere Dominus poterat, & ictu oculi reædificare, ſi voluiſſet. Et tamen ab Evāgeliſta blaſphemiam convertit illud *vah*? Id profectò ſufficeret, nam illa interjectio contemnentis eſt. At quia non reperitur in Græco, non erit ex illa reſtrictio deducenda. Græcus Textus ſic habet. Οἱ δὲ περιπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτόν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν *At prætereuntes blaſphemabant eum, moventes capita ſua, & dicentes. Diſſolvens templum, & in tribus diebus ædificans, ſerva teipſum.* Ergo verba, quæ aliàs congruam interpretationem paterentur, contracta & reſtricta per nutationem capitis, tranſivere in blaſphemiam.

Quidquid tem*pli nomine ſignificetur, illud deſtruere Chriſtus poterat, & illicò readificare.*

Interjectio vah *non eſt in Græco.*

In quo ratio formalis blaſphemia colligenda ſit?

Non ſolùm motare caput, ſed fronti rugas inducere eſt contumelioſè, quæ videmus aut audimus, contemnere, Plautus *in Prolog. Amph* ſuam fabulam contemni queritur, & ideò exclamat, *Quid? contraxiſtis frontem, quia tragœdiam dixi hanc?* Cur autem Auditores frontem contraxiſſe ægrè fert; Quia illæ frontis rugæ, à tædio inductæ, ſunt characteres Naturalis Idiomatis, qui à perſpicientibus leguntur, & ſignificant, eſſe contemptu digna illa, quæ audiuntur aut videntur.

Quid ſignificet frontem contrahere? *Idioma Naturale ſuos habet proprios characteres.*

Loquimur tandem pedibus, quorum motu & lætitiam propriam, & aliorum contemptum denotamus. Livius 3. bell. Punt. 2. *Erumpunt igitur agmine è Caſtris, tripudiantes* (alacres, & contemnentes hoſtem) *more ſuo.* Seneca cap. 15. de tranquill. *Virilem in modum tripudiare ac moveri ad numeros* (Gallic. *en cadence*) *ſolitus Scipio*, hoſtium deſpiciebat numeroſos exercitus. Vide Art. VIII. ibi enim agimus de modo loquendi per pedem.

An, & quam ob cauſa loquamur pedibus?

Ergo, ſi tot habet linguas homo, ut mentis conceptus exponat: ſi ſingulis membris loqui ſolet, & veſtibus, aut etiā circunſtantiis adjacentibus poteſt, *linguoſus* meritò nominatur.

An homo poſſit linguoſus *dici?*

Eſt autem *linguoſus*, qui multas habet linguas; ſicut *maculoſus*, qui multas habet maculas: *annoſus*-que, qui multos annos. Et hoc aliter & aliter pro orationis contextu. Lipſius Cent. I. Epiſt. XLV. ad Shottum. *Sciebam literas te crebrò commutaſſe cum eo, & ſermonee. Sciebam, & hominem duplicem, cuique (ſed non mente Ennii)* plures linguę, & plura corda. *In aliis dedicè, quòm illi volupe disjungere & ſolvere, qui mihi juncti.* Ecce alio ſenſu Ennius, alio Lipſius plures linguas accipiunt.

Macoloſus.
Annoſus.

Diverſa harum vocum acceptio.

Biſariam poteſt contingere, ut qui ſimul pluribus linguis utatur: videlicet, aut totaliter, aut partialiter. Totaliter, cùm veſtis loquitur independenter à corpore, manus independenter à lingua: quādo videlicet, diverſis ſignis res diverſas aut adverſas ſignificat. Partialiter, cùm lingua loquitur in genere, & ejus verba veſtis reſtringit & determinat in particulari. Eſſe linguoſum in priori genere, ferè ſumitur in malam partem: at in poſteriori vir linguoſus laudatur. Et quidem ad primum genus pertinent Concionatores, qui genio indulgent; nam eorum vita & lingua concionantur, & contraria abſolutè. Tales erant illi, de quibus *Matth.* 23. 2. Dominus noſter Jeſus-Chriſtus, Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε: κατὰ γὰρ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. λέγουσι γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσι *Super Moiſi cathedram ſederunt Scribæ & Phariſæi* (hi moribus & linguis concionantur ad populum: male vivunt, & bene loquuntur.) *Ergo omnia quacunque dixerint vobis ſervare, ſervate & facite: ſecundum verò opera eorum ne facite: dicunt enim, & non faciunt.* His erant illi ſimiles de quibus Iuvenalis Satyr. 11. clamabat.

Duo modi, in quibus loquamur variis linguis.

Scribæ, & Phariſæi inſtruebāt populum; ſed aliter verbis, & aliter vita & exemplo.

Hi curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.

Vt enim de illis teſtatur Attius,

Compoſita dicta pectore evolvunt ſuo;
Quæ cùm componas, dicta factis diſcrepant.

Conſonat Pindaro, quem Lipſius Cent. II. Epiſt. ad Thomam Burgium, quæ eſt noncupatoria, producit.

Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει (a)
ὅ τι κε σὺν χαρίτων τύχᾳ
Γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

Sermo factorum diutius vivit, quem cum Gratiis valentibus lingua exiuleris ex profunda mente.

a) Ῥῆμα ἐρμάτων. *Verbum factorum.* Ergo prçter linguā etiā loquuntur facta.

Et huc reſpiciens Anaxarte apud Calderonem in Comœdiā, cui Titulus *La fiera, el rayo, y la piedra*: pagin. 394. ſic inquit.

Acepto, pues tu valor
Merece el coſtoſo examen,
De que ſus hechos me digan,
Lo que tus voxes me callen.

Quem conceptū ſum ſequutus, cùm dixi.

Verba

Verba licèt ſileant, & leges; maxima Achili
Deberi Herculeo præmia, facta canunt.

ἀνὴρ δίσ-χολος quid?

Profectò ἄνδρα δίσχολον, *hominem utrimque claudicantem* eum vocabant Veteres, qui faciebat mendacium: qui aliter vivebat, aliter loquebatur. Et quidẽ erant δίσχολοι quos incriminatur Ieremias 8.8. exclamans. *Quomodo dicitis, ſapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum.* Illi inquam, de quibus ſcripſit S.Ioannes: *Non intrabit in eam* (Civitatem Empyream) *faciens abominationem & mendacium.* Apoc.21.27.& 22.15. Ecce mendacia per claſſes & manipulos multiplicantur: alia enim dicuntur, alia ſcribuntur, alia fiunt: illa nimirum lingua, altera ſtylo, ſed operibus ultima. Ambroſius *in ſerm.de Dominit.de Abrahã.* (& habetur 22. quæſt 5.) *Cavete fratres mendacium: quia omnes, qui amant mendacium, filii ſunt Diaboli. Non ſolùm in falſis verbis, ſed in ſimulatis operibus mendacium eſt. Mendacium namque eſt, ſe Chriſtianum dicere, & opera Chriſti non facere: mendacium eſt Epiſcopum, Sacerdotem, vel Clericum ſe profiteri, & contraria huic Ordini operari.*

An mentiantur ſtyli?

An etiam opera?

Eſt mendacium vel dictum, vel ſcriptum, vel factum.

An, & quomodo mentiatur vitus?

Sciebat doctrinam iſtam Phocion, de quo hæc habet Plutarchus. [Ariſtogiton (quales hodie plurimi in Principum palatiis reperiuntur) in ſermonibus nihil niſi arma bellaque ſonabat. Cum verò intellexiſſet delectum militum haberi, ſimulata valetudine crus obligabat, baculoque innixus, ceu vulneratus, claudicans prodiit in publicum. Eum Phocion à tribunali proſpiciens, ait. *Scribe Ariſtogitonem claudum, & eumdem improbum, atque mendacem.*] Quid jubes Phocion? quem mendacem appellas? An non Ariſtogitonem? At hic, ne verbum quidem eſt loquutus: non ergo mendacii poteſt incriminari. Sed Phocion. [Lingua tacet ille, non crure: nam dum claudicante femore vociferatur, ſe eſſe ſaucium & ægrotum, mentitur: & quia mentitur, eſt improbus; & quia improbus, digniſſimus, ut ſequatur vexilla;

Crure mentitur Ariſtogiton.

Quales plerique Milites ſint?

Nam canis, & miles, qui bonus ille malus.

Lucanus libr. 10. de bell.Civili.
Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.

Ergo Ariſtogitonem conſcribe.]

Ariſtogitoni, ſîs, adde Cliſophum, Macedonis Philippi paraſitum; qui quoniam dominus os fractum habebat, & contorquebat oculos (Hiſp. *era biſco*) ſe claudum fingebat, & violentiam inferebat oculis, ut dominum imitaretur. Ergo cruribus & *Haplotes.* oculis Cliſophus mentiebatur: cùm, quia ſimulabat vitia corporis, quæ non habebat: tum quia Domini vitia eſſe virtutes vel tacitus profitebatur: virtutes enim, & non vitia viri probi imitantur.

Cliſophus oculis & crure mentitur.

An ſola virtutes imitandæ?

Et, ſi rem bene examines de linguoſitate totali intelligendi loci ſunt, qui in Sacra Scriptura leguntur. Pſal.139.12. *Vir linguoſus non dirigetur in terra: & virum injuſtum mala capient in interitu.* Eccleſi.9.25. *Terribilis eſt in civitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo odibilis erit.* Et quid mali, ſi putem illud *&* ſumi appoſitivè, & ſignificare idem atque *hoc eſt*? ſtat igitur virum linguoſum eſſe Scribam, Pharisæum, Sarabaitam, & quemcumque alium ſimilem, qui eſt bilinguis, aut etiam plurilinguis; qui videlicet loquitur lingua, cathedra, veſte, moribus; nempe, totaliter & eo ſenſu, quo paulò ante hoc categorema expoſuimus. Ille nimirum, qui verbis dignitate, habitu loquitur, quæ verè ædificant, & tamen vita & moribus, quæ ſcandalizent. Qui linguoſus hoc modo, *injuſtus* dicitur à Davide *temerarius* ab Eccleſiaſtico: & erit univerſis odibilis, & mala capiet in interitu.

An vox linguoſus in Sacra Scriptura in malam partem accipiatur?

Vocula & aliquando ponitur pro hoc eſt.

Vir linguoſus quis ſit?

Tranſeamus ad partialem conſignificationem: contingit enim, ut in Sacramentali confeſſione v.gr.os & veſtis loquantur non diverſa aut adverſa, ſed quod verba, quæ ab ore prolata ſunt generica, & univerſim ſumi debebant, per veſtis (v.g.) loquelam reſtringantur.

De eo, qui multis ſimul loquitur ſed partialiter.

Vt hæc ipſa doctrina clariùs intelligatur, addantur adhuc concluſiones ſequentes. Atende erit etenim

CONCLVSIO VII.

R*Eſtrictiones externæ, quæ à rebus, & circumſtantiis conſignificantibus proveniunt, ſunt à quocumque viro docto neceſſariò admittendæ*; eſt expreſſa Quintiliani *lib.6.cap.4.* dicentis. *Non quia excludenda ſint omninò verba duos ſenſus ſignificantia; ſed quia rarò belle reſpondeant, niſi cùm* (N.B.) *prorſus rebus ipſis adjuventur.* Et ne putes non pertinere ad gravem Orationem æquivoca, 2. *de Orator.* ſic ſcribit Cicero. *Ex ambiguo dicta, etſi argutiſſima putantur, ſed non ſemper in joco, ſæpe etiam in gravitate verſantur.* Et mox. *Ambigua ſunt in primis acuta, atq; in verbis poſita, non in re.* Et tandem. *Ambiguum per ſe ipſum probatur, id quidem vel maximè: ingenioſi enim videtur, vim verbi in aliud, atque cæteri accipiant, poſſe producere.*

Dantur Reſtrictiones externæ.

Quod nos reſtringere Quintilianus dic adjuvare.

An in argumento gravi æquivocis uti poſſit Orator?

Aliquando ambiguũ eſt verum in utro-

que ſenſu. Ex Cicerone *loc. cit.* Quintilianus, *Cum objiceret Miloni Accuſator in argumentum factarum Clodio inſidiarum, quod Bovillas ante horam nonam divertiſſet, ut exſpectaret, dum Clodius è villa ſua exiret: & identidem interrogaret, Quo tempore Clodius occiſus eſſet? reſpondit, ferò.*

An interdum voces æquivoca ad utramque ſignificationem reſtringantur?

Et illo verbo *ferò*, tam veſpertinam horam ſignificavit, quam tarditatem necis, quæ maturiùs patranda fuerat, ut ſcilicet tam nefarius homo è medio citiùs tolleretur.

Serò, quid ſignificet?

Dicitur amici duo habere corpora, & unã animam. Cicero in Lælio. *Amicitia jus in eo eſt, ut unus quaſi Animus fiat ex pluribus.* Et ſuper Mich. Proph. Hieronymus. [*Amicitia parem aut facit, aut accipit. Ubi inæqualitas, & alterius eminentia, & alterius ſubjectio, ibi non tam amicitia, quàm adulatio eſt. Unde & alibi legimus.* Sit Amicus eadem anima. *Et Lyricus pro Amica precans,* ſerves, *inquit,* Animæ dimidium meæ.] Et his præmiſſis illud in vulgus miſſum intelliges; nimirùm, *Uſque eo ſunt amici Portius, & Marphadates, ut una ſit eademque anima utriuſque.* Et hic vox *Anima* duas habet ſignificationes; nam vel eſt nomen proprium uxoris Marphadatis, quæ Portii erat amaſia; vel appellativum, & quod ſonat, ſignificat: & in utroque ſenſu eſt vera exclamatio vulgatis.

An amici unicam habeant animam?

Amicitia, aut invenit, aut facit æquales.

Explicatio vox. Anima.

Solet æquivocum utramq; ſignificationem retinere, ſed non reſpectu ejuſdem, ut illud, quod apud Suetonium *cap. 39.* legitur.

Quis neget Ænea magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.

Quid ſufferre ſignificet?

Nam *ſufferre* & occidere, & humeris efferre eſt; & utrumque in hoc diſticho ſonat: priorem enim reſpectu matris & poſteriorem reſpectu patris ſignificationem importat. Occurrit exemplum aliud celebre, quod *libr. 1. Satur.* apud Macrobium invenitur. Fauſtus enim Sullæ filius, quia ſua ſoror duos mœchos, Fulvium, Fullonis filium, & Pompejum Maculam ſimul admitteret, *Miror*, inquit, *ſororem meam habere maculam, cùm fullonem habeat.* In quibus verbis *Macula* & *Fullo* propria nomina & appellativa ſimul ſunt: Eſt enim in honore macula habere mœchum; & eſt altera macula habere duos: & Fulvius, ſi ingenuus eſſet, Pompejum interdiceret domo ſuæ amaſiæ. Adhuc aliud exemplũ proponamus. Pauſanias cognomento Lacus fortè in cadum inciderat, & Gnathena celebre ſcortum, exclamavit, *Cum cadus in lacum deberet: lacus in cadum incidit.* In quibus verbis vox *Lacus*, quæ propriè, & appellativè ſumi poteſt, per ipſam Hiſtoriam reſtricta, appellativa eſt in loco primo, propria verò in ſecundo. Addamus tertium. Plancus ob Mæviæ Gallæ familiaritatem malè audiebat; & ut moleſtum teſtem quem eſſe ſutorem ſciebat, tanquam vilem homuncionem à judicio repelleret, qua ſe arte toleraret? interrogabat: cui ille acutè reſpondit, *Gallam ſubigo.* Terunt autem ſutores gallam, & ex ea conficiunt atramentum, quo in coreis tingendis utuntur. Ergo vocem *Gallam*, ut inſultaret Planco, in utraq; ſignificatione uſurpabat.

Exponuntur nomina Fullo, Macula, Lacus.

Athenæus *lib. 13. cap. 17.*

An viles homines teſtimonium perhibeant?

Et hic, ut olim Ariſtoteles pro Syllogiſmis Topicis Locos Dialecticos adſignavit, & dilucidavit (quem Canus, & alii in Theologicis, Gomez & alii in Juridicis ſunt imitati) ſic, & nos congruos pro Reſtrictionibus dabimus, & illuſtrabimus. Et quidem alios poſſem proponere, ſi liberet diffundi; ſed quia hi videntur ſufficere, Philomuſum pluribus non onerabimus.

De locis Dialecticis Juridicis, & Theologicis.

An Reſtrictionibus ſint ſui Loci adſignandi?

CA-

CAPUT III.

Solvuntur hic Argumenta, quæ Capite I. ponebantur.

Teſtimoniis, Hiſtoriis, & Rationibus conformatis pro Contraria Sententia ſatisfaciens.

DVO jam ſtadia peregimus, & in Tertio jam ſumus, nondumq; ad Metã pervenimus: quoniam

In re ſubtili, quam neglexere Priores,
Tanta molis erat Doctrinam condere veram.

Defectu Grammaticæ Speculativæ Magiſtris in Theologica Facultate doctiſſimis viſa quidem ſunt fortia argumenta, quæ ſub initium ponebantur. Et niſi evidentia manifeſta diſſentur, Παιᾶνα [*] potetunt Adverſarii concinere. Verum enim verò, cùm Conſignificantes Circumſtantiæ, quæ multis etiam viris Maximis ſilent, jam jam nobis loquantur; immò nobiſcum colloquantur, ſublatæ ſunt omnes ſalebræ, & difficultates, & ſternitur via, per quam liberi, & expediti ad Metam, quæ Veritas eſt, pervenire poſſimus.

*] Eſt autem παιάν, ᾶνος ὁ hymnus, qui belli tempore ob partã victoriam cõcinitur. A verbo παύω, quaſi παυὰν vel ἀπὸ τῦ παύειν τὰς ἀνίας, vel ἀπὸ τῦ παίειν, id eſt, *à feriendo.*

PROGYMNASMA I.

Quinque præmittit, & dilucidat Regulas, ex quibus Argumenta univerſa ſolvantur.

Reponitur Generale Adverſariorum argumentum.

FOrmant, ut vides, Adverſarii δίσχολον λόγον, Dilemma cornutum (ſed claudicans, vi cujus deberemus concedere (quod abſit) VEL *in Dei, aut Patriarcharum, Illuſtrium-ve Sanctorum verbis reperiri mendacium*; VEL *per aliquam Mentalem Reſtrictionem illa præſervari ab hac macula*. Et cum à Viro Chriſtiano dici non poſſit illud prius, inferebant debere aſſirmari hoc poſterius. Noſtrum autem impræſentiarùm erit demonſtrare clariſſimè, verba illa Divina (Divina, inquam; quoniam Sanctorum verba à Deo inſpirati credimus) de quibus diſputatur, per Conſignificantes Circumſtantias præſervari à mendacio; nec eſſe cur à prætenſa, & nunquam benè probata Mentalium Reſtrictionum Hypotheſi excuſatio ſumatur. Et veniendo ad hominum, etiam illuſtrium, verba, ſi quid ſuccurrat, quod videatur difficile, aut illa ſimiliter per Conſignificantes Circumſtantias ad congruum ſenſum reducemus, vel aliàs fatebimur fuiſse mendacia. Et ut procedamus, & ſinceriùs, & clariùs, præmittemus aliquas interpretandi aliena verba Regulas, quæ prælucebunt, ubi non clarè ratio Veritatis apparet. Adhærebimus P. Benedicto Pererio, qui in copioſo illo Commentario, quo illuſtrat Geneſim, illas proponit, & qua ſolet eruditione dilucidat. Sit ergo

Haplotes.

Benedictus Pererius tom. 4. in Geneſ. cap. 27. verſ. 12. pag. 59.

PRIMA. *Aliud eſt diſſimulare veritatem & aliud mentiri: hoc nunquam licet, illud autem ſæpe licitum & laudabile eſt.* Probant illam Abraham, Davides, Paulus, & Politico-Chriſtiani [a] univerſi: nam Primus, ut ſe à mortuis periculo, quod timebat, ſubduceret, non in ſignificatione ſtricta & propria, ſed in laxa, aut etiam impruptia accepit vocem *Frater*: & apud Philiſtæos alter ita ſe habuit, ac ſi delirus eſſet, ut ſibi conſuleret etiam in periculo ſimili: & Tertius lugebat cum lugentibus, ridebat cum ridentibus, & omnia fiebat omnibus, ut omnes lucraretur Deo. Prudentiæ non obverſatur Pietas; nam, ubi imprudentes mentiuntur, pii & prudentes diſſimulant; unde quamdiu intra terminos Prudentiæ contineatur, laudari debet Monitum,

Mendacium & Diſſimulatio differunt.

Omnibus delo... omnia fieri vir prudens.

Ille Palatinus, qui non ſe accommodat Aulæ
Omnibus ingeniis, non habet ingenium.

a] In Græcarum vocum compoſitione dubitant Critici, utra in recto pars, utra ſit collocanda in obliquo? & nihil certi ſtatui poſſe certum eſt, quoniam Θεόφιλος eſt *Deo amans*, & Θεόδωρος, *Dei Donum*; & ſuadere videntur accipi partem poſteriorem in recto: at oppoſitum præſtitit Pythagoras in voce Φιλοσοφία, quam ipſe invenit; non enim *Amoris Scientiam*, ſed *Amorem Scientiæ* novo hoc vocabulo voluit ſignificare. Sanè hodie in Mundo ſunt *Politici Chriſtianè*, apud quos Chriſtianæ leges modum ponunt Politicis, & ſunt *Chriſtiani Politicè*, qui ſiquas ſervant vitæ Chriſtianæ regulas, id præſtant, ne deficiant Politicis. Hos nam diſtinguuntur moribus, optarem nominibus etiam diſtingui. Sed

De Græcarum vocum compoſitione. Vtra par... accipiatur in recto?

Θεόφιλος. Θεόδωρος. Φιλοσοφος.

Πολιτικο χριςιανος.

quia non adnuunt Veteres Nomenclatores, aſſero ap... m... Πολιτικο χριςιανος eum ſignificare, *cujus eſt Chriſtiana Politica.*

An mentiantur qui figuratè loquuntur?

SECVNDA. *Aliud eſt mentiri, & aliud figuratè loqui.* Quoniam Metaphoricæ, Hyperbolicæ, Tropicæ, &c. loquutiones, quibus exornatur Oratio, non ſunt mendaces. Vide quæ de hoc argumento inferius ponuntur.

Aliqua ſecundum impropriã ſignificationem dici ſolent.

TERTIA. *Quædam ita dicuntur, at non ſecundum propriam verborum ſignificationẽ ſed ſecundum arcanum quemdam & myſticum ſenſum intelligi & exponi debeant.* Et probatur clariſſimè: quia Angelus Raphael dixit ſe eſſe Azariam filium Ananiæ; & Iacob dixit ſe eſſe Eſau. Et hæc exempla monent, hanc Regulam his verbis propagari aut dilucidari debere

An nomina propria, ſi ſimul appellativa ſint, ut appellativa accipi poſſint?

Videlicet. *Nomina propria in Sacra Pagina ſunt ſignificativa; & quia ſimul propria & appellativa ſunt, poſſunt ſine mendacio ut appellativa uſurpari.* Prior Regulæ pars eſt certiſſima, nam in ſingulis Bibliorum Editionibus proſtant Indices, in quibus Propria Nomina exponuntur, & dilucidantur: prodierunt varia Eruditorum ejuſdem argumenti ſyntagmata, inter quæ heri Libellus à Benedicto Ariã Montano editus, & in Apparatu Biblico poſitus commendabatur; & hodie Iohannis Leuſden Onomaſticum Sacrum, in quo omnia Nomina Propria, Hebraica, Chaldaica, Græca, & origine Latina, tam in Veteri & Novo Teſtamento, quàm in Libris Apocryphis occurrentia, dilucidè explicantur, & ſingula propriis ſuis typis deſcribuntur; cæteris in Schola præfertur. Et poſterior probatur, ſæpe enim Scriptores etiam Latini & Græci ad proprii Nominis communem ſignificationem, adludunt; & id non ſine Hebræorum exemplo, apud quos ſimiles etiam Adluſiones leguntur. Exempla nonnulla propono.

Talia Nomina non ſolum in lingua Hebraica, ſed & in Græca, Latina, & aliis inveniuntur.

BENEDICTVS nomen eſt proprium, & tamen in ſequenti Tetraſticho accipitur in ſignificatione communi.

Nomen Benedictus eſt proprium & appellativum.

Ille, qui à Claris facras Poëtis
Ordinis noſtri bene dictus olim;
Optimo & grandi Friderice verſu
Dicitur à te.

Ἀχάθης, *quid ſignificet, & unde dicatur?*

ΑΧΑΘΗΣ eſt nomen fideliſſimi Comitis, quem Æneæ Virgilius tanquam Curatorẽ cenſet, ἀπὸ τȣ̃ ἄχεος *à cura* dictus, illum paſſim *Fidum* appellat, & Æneid. 6. adludens ad Græcam vocem ait.

Cur nominetur Fidus?

Æneas mæſto defixus lumina vultu
Ingreditur linquens antrum cæcoſque volutat
Eventus animo ſecum, cui fidus Achates
It comes, & paribus curis veſtigia figit.

Quis Iacob fuerit?

IACOB dicitur à radice עקב, *acab, ſupplantare, decipere*, & Gene. 27. Eſavus ejus frater ad vocis ſignificationem & etymon reſpiciens dicens Iſaaco patri ſuo, *Venit Germanus tuus fraudolenter, & accepit benedictionem tuam*, reſpondit, *Iuſtè vocatum eſt nomen ejus Iacob, ſupplantavit enim me: en alterâ vice! Primogenita mea antè tulit, & nunc ſecundò ſubripuit benedictionem meam.* Et in Evangelio nomen MARTHA à radice Syriaca מר *Mar*, quæ *ſolicitum eſſe* ſignificat, eſt verbi ſecunda perſona fœmenina, & à Chriſto repetitur, dicit enim *Martha, martha*: & primo in loco eſt nomen Marthæ proprium, & in ſecundo eſt verbum; ut ſenſus ſit *Martha ſoliſcita es.*

An, & cur fuerit dictus à ſupplantando?

Lucæ 10.

De Marthæ nomine.

Et uberius hanc Regulam dilucidare volui; quia Interpretibus ſæpe poteſt ſervire.

Mendacium diſtinguitur ab equivocatione.

QVARTA. *Equivocè & ambiguè loqui non eſt mentiri, quamvis ſciat, qui loquitur, aliud ex verbis ſuis intellecturos eſſe audientes, quàm ipſe velit ſignificare.* Et id probant clariſſimè illa Chriſti Domini verba, *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, nam Iudæi ea intellexerunt de lapideo, & Chriſtus loquebatur de templo corporis ſui.

Ioann. 2.

An omnia dicta factave perſonæ laudatæ laudantur?

QVINTA. *Non, quia Scriptura laudat aliquos Inſignes Viros, aut Fæminas, propterea eorum omnia dicta & facta, quæ commemorantur, ſimiliter approbari & commẽdari putandum eſt.* Sicut enim Viros etiam ſanctiſſimos & laudatiſſimos non putamus excuſari debere ab omni peccato veniali: ita neque omnia eorum dicta ab omni mendacio, etiam leviſſimo, purgare neceſſe eſt. Nullus enim Sanctorum omnium, qui vel in Veteri, vel in Novo Teſtamento floruerint, ab omni peccato veniali fuiſſe immunem nos docet Tridentinum Concilium *in Decret. de Iuſtific. c. 11.* his verbis. *In hac mortali vita quantumvis ſancti & juſti in levia ſaltem & quotidiana quæ etiam venialia dicuntur, quandoque cadunt, nec propterea deſinunt eſſe juſti, nam juſtorum illa vox eſt & humilis & verax, Dimitte nobis debita noſtra.* Et in eos, qui poſſe juſtos tota vita ab omni veniali peccato ſine ſpeciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia, audent aſſeverare *ejuſdem Seſs. can. 23.* fulminat anathema. Et conſonat S. Auguſtino, qui *libr. de nat. & grat. cap. 36.* ſic ſcribit. *Excepta Sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem, ſi omnes Sanctos & Sanctas, cùm hic viverent congregare poſſimus, & interrogare, Vtrùm eſſent ſine peccato? quantalibet*

An fuerit Sanctus aliquis, qui omni prorſus veniali peccato caruerit?

Deiparam omni caruiſſe peccato certum eſt.

eſſent

Digitized by Google

eſſent Sanctitatis excellentia, una voce clamarent, ſi dixerimus, quoniam peccatum nõ habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Ex quibus verbis poſſet quis id formare argumentum. Omnes Sancti, excepta Beata Virgine, venialia peccata commiſerunt: At inter venialia leviſſimum eſt obſequioſum mendacium. Ergo, niſi aliunde infamia aliqua ex mendacio reſultet, non erit ei injurius, qui aliquem Virum Sanctum, quem excuſare neſcit, officioſum mendacium admiſiſſe concedat.

An inter venialia leviſſimum ſit Officioſum Mendacium?

Et quidem Saram *Geneſ.* 18. Obſtetrices *Exod.* 1. Davidem coram Pontifice Abimlech. 1. *Reg.* 21. Iuditham *in ſuo libr. cap.* 10. & 11 reverà mentitos P. Benedictus Pererius *loc. cit.* pag. 56. b. & 59. a. affirmant, quamvis nonnulli eorum verba rite interpretari & excuſare æqui bonique conſulant. Et P. Ioannes Poncius *tom.* 4. *in* 3. *ſent. diſt.* 33. *quæſt. unic. pag.* 607. *a. num.* 62. ad exempla, quæ ex Bibliis & Hiſtoriis adducebantur, reſpondet dicens. *Ego autem ſincerè fateor, mihi hæc exempla non ſuffectura, niſi aliunde ſuppeteret ad legitimationem hujus uſus, aut ratio, aut authoritas: nam non eſt neceſſe ſalvare omnia Sanctorum facta abſque peccato veniali; nec conſequenter ſequitur, ſi ipſi uſi ſunt aliquando aliquo facto, dictoque, illud licere abſque peccato veniali*. Et ſæpe huic inſiſtens doctrinæ hiſtorias, quæ in libris Divinis & humanis recenſentur, exponit. Immò *pag.* 649. *b. num.* 212. §. *addit*. ut longiùs nos amoveat ab illo præjudicio, quod putat omnia Sanctorum dicta & facta omni caruiſſe labe, vult ſuadere Davidem pluries peccaviſſe mortaliter; & poſtea pag. ſequenti Regulam hãc iſtis verbis confirmat. *Adverto autem hic obiter, cùm David, Vir ſecundum cor Dei, tantopere laudatus in Scriptura à Deo, non ſemel tantùm peccaverit mortaliter,* [a] *etiam ab initio Regni gubernio, non debere eſſe mirum, quod alii celebres Antiquæ Legis homines, ut v.g. Abraham, & Iacob, & Ioſeph, peccarent etiã mortaliter; ut mirum ſit quanto ſtudio & labore conentur aliqui eos excuſare à mendaciis officioſis, in quibus proferendis non peccarent niſi venialiter*.

AnSara, Ægyptia Obſtetrices, &c. fuerint mentita?

An poſſit negativum probari?

De Rege Davide.
Semel-ne tantùm, an pluries peccaverit mortaliter?

a] Semel tantùm Davidem peccaviſſe mortaliter, inquit Sacra Scriptura: nam 3. Reg. 15. legitur: *Eò quòd feciſſet David rectum in oculis Domini & non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat à cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Hethæi*. Secundum peccatum *libr. contr. mendac. c.* 9. in Davide cognoſcit Auguſtinus: quando videlicet juravit Nabal & totam ejus domum deleturum, quod poſteà non fecit. Et tertium 2. *Reg.* 24. quando juſſit populum enumerari. Vide Sancium 1. *Reg.* 25. At ego qui illum textum 3. *Reg.* 15. expreſsè loqui video, Davidem ſemel tantùm mortaliter peccaviſſe aſſero. Et ad Iuramentum de occidendo Nabale reſpondeo, habuiſſe ſub initium rationes propter quas & illum, & quotquot ab illo erant, teneretur occidere: & tamen illo jam motivo & aliis circumſtantiis mutatis debuiſſe mutare conſilium. Ad Populi Recenſionem dico me non videre, cur dicendus ſit David peccaviſse mortaliter; non enim erat Lex Dei ſpecialis, quæ populum numerari interdiceret: nec ex pœnæ gravitate bene infertur hic peccati gravitas, nam *Deus* eſt vitæ & mortis dominus, & illa clade voluit ſpem noſtram firmare, ut confidentiſsimè dicamus, *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini ſperavimus*. Sanè videntur alii loci ſuadere *Davidem* ſemel tantùm peccaſſe; alii peccaſſe pluries; Ex his reſolvit Poncius, & illos explicat: ex illis reſolvo ego, & hos interpretor: tu admitte opinionem, quam velis.

Duæ ſententiæ & earum fundamenta proponuntur: & pio Lectori judicium & electio relinquitur.

Exod. 30. pro[...] ter oblatione[...] recenieri po[...] pulum jube[...] Deus, at inter[...] dixiſſe recen[...] ſionem non re[...] perio.

Interim ſobriè debebimus hac uti Regula; nam poſſumus peccata quoad Deũ & quoad homines conſiderare; multa enim ſunt gravia, quæ humanam Militis æſtimationem non dedecorant graviter: & multa ſunt levia, quæ Prælatum Eccleſiæ graviter dedecorabunt. Illud prius demõſtrant relaxati militum mores, apud quos non eſt ignominioſa fornicatio, tametſi quoad *Deum* ſit peccatum mortale: & hoc poſterius graves ingenuorum hominum mores, licèt enim mendacium ſit peccatũ leve, qui *Tu mentiris* honeſto viro diceret, peccaret graviter. Antonius Coronius *in Summ. verb. Detractio. num* 2. (Eſt detractio ex ſuo genere peccatum mortale, quia eſt contra Iuſtitiam: poteſt tamen eſſe veniale ex levitate materiæ, ut ſiquis narraret levem alterius imperfectionem. Ita Leſſius *libr.* 2. *cap.* 11. *diſp.* 3. *num.* 11. Limita tamen, niſi levis imperfectio narraretur de tali perſona, ut reputaretur gravis) hoc eſt, gravem eidem ignominiam inferret. Et quidem mendacium eſſe indignum Viro Ingenuo vel Nobili, ejuſque Politicam æſtimationem graviter per illud maculari univerſi cognoſcimus, Audi etiam P. Malletum *in Decal. mallcat.* 72. *bract.* 3. dicentem. (Sciendum, quòd aliquando narrationes venialium cenſentur peccata mortalia reſpectu perſonæ, ut quando quis de Viro gravi & Religioſo dicit, eſſe mendacem; id eſt, crebrò, & ex conſuetudine mentiri: ſi verò ſolùm diceret ſemel aut bis mentitum fuiſſe, non peccabit

Non omnia peccata gravia ſunt graviter infamatoria.

Toleramus in milite, quæ ex[...] ſecraremur in alio.

An mentiri ſit ignominioſ[...]

mortaliter; quia non amitteret famam? De hoc ultimo Viri Prudentes dubitant, Reſolutionemque ſine exceptione uſurpat probatque D. Ioannes Antonius de Vera in ſui Legati fol. 112. a. quærenti enim, *An Regio Oratori mentiri liceat?* reſpondet dicens *Tan lexos de ſu Dignidad y obligacion hallò que era el mentir aquel gran Embaxador Duque de Seſſa, que muy diſcretamente dezia*, Que los rallos de los Confeſſionarios no ſabia paraque otra coſa ſe pudieſſen haver inventado, que para confeſſar un peccado de mentira; *juzganda por impoſſible (tal lo aſſenta) que cara a cara ſe pudieſſe hazer*. Sic ille; qui ſi Latinè ageret, diceret. *Tantùm ab Opinatione, quæ mentiri Oratoribus & Legatis permittit, Magnus ille Legatus, Dux Seſſani aberat, ut valdè prudenter aſſereret*; Se prorſus ignorare ad quid aliud Confeſſionalium cancelli, & craticulæ inveniri, & limari debuerint, quàm ad confitendum mendacium; *judicabat enim Nobiliſſimus Vir, unam mendacii culpam tam gravem infamiam inducere, ut quia videbatur impoſſibile auſuros homines alicui facie ad faciem ſe mentitos fateri, ideò Providentia Eccleſiaſtica perforatam laminam interpoſuerit, ut vox audiri quidem, ſed facies videri non poſſet.*

Cur craticula in Confeſſionalibus ſint poſita?

An aliquis fuere ad faciem fateri audent, ſe mendacium dixiſſe?

PROGYMNASMA II.

Proponit adhuc aliam Regulam, vi cujus ita objecta argumenta enervantur, ut nulla difficultas remaneat.

Agit de Ignorantia invincibili; & oſtendit eam inveniri poſſe in ſingulis Præceptis Decalogi.

SEXTA addi poteſt Regula, quæ valdè veræſimilis ab omnibus cenſeri debet nimirùm. *Etſi fateamur aliquem Veterem fuiſſe mentitum: non ſtatim tenebimur dicere eum peccaviſſe; multi enim olim invincibiliter ignorabant eſſe malum officioſum mendacium.* Et quid mirum, ſi hanc Propoſitionem, *Mendacium officioſum eſt peccatum* neſciverint, qui graviora ignorarunt?

An de malitia Officioſi Mendacii eſſe poſſit ignorantia invincibilis?

SAnè hæc Propoſitio *Deus eſt* demonſtratur: quam ob rem ridendus eſt Paræus, dum hæreſeos damnat Bellarminum, quòd Deum *naturali lumine demonſtrari poſſe exiſtimet*, ad Cap. 1. Epiſt. Pauli ad Rom. n. 4. ſcitè loquit P. Doroth. Leoſſius in Theſib. 15. Iunii 1640. propugnatis Lovanii. Interim, quia in omnibus per originalem culpam obtenebratum fuit rationis lumen, & in aliquibus ex naturalibus & moralibus cauſis novæ tenebræ ſupervenerunt, aſſeverant Theologi poſſe aliquando, alicubi, & ad aliquod tempus inſuperabiliter neſciri hanc Veritatem. Ita

An Deum eſſe invincibiliter neſciri poſſit?

Poſſe dari invincibilem ignorantiam in Theologica Iuris-jurandi obligatione affirmo *in Theol. Præterintent. ad præcept. 2. qu. 8. pag. 41. a. num. 2270.*

An circa Iuramentorum, Feſtorum, Parentumque, Religionem & cultum eſſe poſſit ignorantia invincibilis?

Poſſe etiam dari circa cultum feſtorum teneo *ib. ad præcept. 3. qu. 8. num. 2293. pag. 45. a.*

De obedientia, & honore Parentibus debito exclamat Ariſtoteles. *Qui, an Dii aut Parentes colendi ſint, interrogat, pœna indiget, inſtructione non indiget.* At loquitur de obligatione Philoſophica, nam Theologica quæ à Divino Præcepto naſcitur, ut *ib. nu. 2316. pag. 50. b.* doceo invincibilitèr neſciri poteſt.

An erga ſuicidium?

Αὐτοχειρίαν profectò Veteres aliter & aliter intellexerunt, & ideò proderit hanc de Vita & Morte digreſſionem in gratiam Eruditi Lectoris interponere.

DIGRESSIO de Vita & Morte.

SAnè Vitam Pſalm. LXXXIX. 10. vivis coloribus depingit David, agens enim de Divina (hoc eſt, æternitate) ſic ait: *Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à ſæculo & uſque in ſæculum tu es Deus.* &c. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit.* &c. Et poſteà ſic Humanam depingit. *Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat, veſpere decidat, induret, & areſcat.* Cōſonat Iob; ſcribit enim, *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquã in eodem ſtatu permanet.* Cujus verba includi videntur in hoc Diſticho.

Dei æternitas, qualis?

Iob. 14. 1.

Vita humana Deſcriptio.

Vita hominum brevis eſt, variis obnoxia curis:
Mane viret, languet veſpere, nocte cadit.

Et quia inquirebant ſuo ævo Palatini, & Philoſophi, *An habeat in ſemetipſum homo mortis & vitæ poteſtatem?* Erat magna in Reſolutione diſſenſio, nam licet plerique omnes Ethnici Aſſertivæ Opinioni adhærerent, negativam amplexus eſt Ovidius, ad Livium enim ſic ſcribit.

An homo ſit propriæ vitæ dominus?

Vita data eſt utenda: data eſt ſine fœnore vita.
Mutua, nec certa perſoluenda [*] die.

*] Ratio Carminis poſtulat ut in voce *perſoluenda* quinque ponamus ſyllabas, & illud *u* vocale eſſe dicamus.

Et quia aliqua Manuſcripta *ſed certa* habent, & Vitæ-ne terminus ſit fatalis, an mobilis? interrogat Beverovicius, ſcire vis, utra lectio [*nec certa*, an *ſed certa*] nobis

bis magis adrideat?& ego utramq;eſſe veram reſpondeo. Et attende.

Quid ſint Caſus, Fortuna, Infortunium, & Providentia?

Caſus, Fortuna, Infortunium, & *Providentia*, voces ſunt, in quarum ſignificatione Veteres adlucinantur. Caſu accidere dicitur, quod caret cauſa. Et id ipſum, ſi fauſtum, *Fortuna*; *Infortunium*, ſi infauſtũ fuerit, appellatur: Quæ autem à cauſis, & conſiliis Divinis & humanis proveniũt à Provid ntia exoriri dicuntur. Præterea. Eff.ctus, Cauſæque biſariam poſſunt conſiderari; quoad ſe, & quoad nos. Dicitur cauſam non habere quoad ſe, quod revera nullã prorſus habet: & cauſam non habere quoad nos, quod verè aliquam habet, nobis autem ignotam. Hinc ad rem.

In quo Caſus, & Fortunæ eſſentia ſita ſit?

Nullus effectus quoad ſe conſideratus Caſu accidit, omnes enim à Divina Providentia proveniunt. Ar quo ad nos datur caſus, quoniam effectuum plurium cauſas & principia neſcimus. Tota igitur caſus, (ac propterea Fortunæ, & Infortunii)eſſentia & exiſteotia eſt quædam extrinſeca denominatio, quæ à noſtra ignorantia delumitur; unde exclamat Lucanus

Nullum Numen abeſt, ſi ſit Prudentia; ſed nos
Te facimus Fortuna Deam, Caloque locamus.

An pro fortuna novum Numen ſit adſignandum?

Ecce caſum fortuitum biſariam(quoad ſe & quoad nos) Vates eruditus conſiderat. Si conſideretur quoad ſe (*ſi ſit Prudentia*: ita enim prudentes homines omnia, quæ accidunt,debent conſiderare) *nullum Numen abeſt*; omnia enim reguntur Providentia Divina. Si conſideretur quoad nos, quando ignoramus cauſam, *tunc nos Te facimus Fortuna Deam, Caloque locamus.*

Ovidio, & Beverovicio reſpõdetur.

Hinc ad Ovidium, Beverovicium que. Petit ille, *An vita, qua mutuo nobis eſt à Divina Majeſtate conceſſa, ſit perſolvenda certo, an incerto die?* petit iſte, *Fatalis-ne, an mobilis ſit vita terminus?* Reſpondeo Ovidio, diem illam quoad Deum,& quoad nos poſſe conſiderari. Si conſideretur primo modo eſt certiſſima, ſi ſecundo, eſt nobis incerta, hoc eſt nobis ignota. Et tranſiens ad Beverovicium, aſſero illum fuiſſe Medicum eroditum, & quæſtionem hanc male proponere, quoniam inter *Fatale*, & *Mobile* datur medium; nimirùm *Infallibile*.

An mortis dies certa ſit?

Trifariam conſideratur Vitæ terminus.

His ergo præmiſſis DICO PRIMO *Vitæ terminus quoad ſe, quoad nos, & quoad Deum poteſt conſiderari*. DICO SECVNDO *Ille ſecundum ſe conſideratus eſt mobilis*. Patet,quoniam humana vita ex ſe non petit eſſe tantam vel tantam; alii enim diutiùs vivunt, & alii citiùs ad multos abeunt. DICO TERTIO, *In vita humana quoad nos conſiderata datur terminus ultra quem non, & infra quem ſic. Ille reſpectu hominum fatalis eſt; hic autem contingens, & aliquando liber & voluntarius*. Sanè homines diverſa lege protraxere vitam in diverſis temporibus. Terminus *ultra quem non*, ſub mundi initium in anno millenario fuit: neminem enim legimus eum, etiam ante diluvium, ſuperaſſe. Hunc terminum contraxit & abbreviat hominũ & alimentorum ſeneſcens fortitudo, ita ut dixerit David Pſalm.89. 10. *Quoniam omnes dies noſtri defecerunt in ira tua: defecerunt anni noſtri ſicut ſermo: dies annorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in Potentatibus octoginta anni, & factus eorum labor & dolor. Quoniam citò recedis, & nos avolamus. Quis novit poteſtatem ira tua & præ timore tuo iram tuam? ut numeremus dies noſtros.* &c. Noto illud *ira tua* quia, tametſi ætate ſeneſcat & deficiat natura, quod ipſa fructu vitæ non ceſtauretur, habet ab ira Dei, quam ſumus peccando promeriti. Illud verbum, *ut ſermo* Clarius hoc Scholio dilucidat. (Scilicet illicò tranſiens; & ſicut leve murmur, ad momentum aurem percellens: vel res momento deſinens,atque ut dicitur, dicto citiùs.)Et verbum *ſeptuaginta* hoc. (Iuxta communem curſum naturæ. Provectiores enim ætate ſeptuageſimum, aut ad ſummum octogeſimum attingunt annum:pauciſſimi centeſimum. &c.) Ecce hic vitæ terminus quoad nos fatalis & neceſſarius eſt; quoniam, & ſi velimus, ſupervivere ulteriùs non poterimus. Iob loc. cit. *Breves dies hominis ſunt, & numerus menſium ejus apud te eſt. Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.* Terminus autem vitæ *infra quem ſic*, eſt contingens & liber: nam multi occiduntur inviti, & aliqui ſponte ſibi mortem cõſciſcunt. Pergo ulteriùs,& DICO QVARTO, *Humana vitæ terminus eſt Deo liber, & poſito decreto infallibilis*. Porrò Deo liber; quoniam in ipſo vivimus,movemur, & ſumus. Porrò infallibilis; quæ enim ſunt decreta divinitus,alia eſſe poſſunt, ſed mutari non poſſunt:repugnat enim, ut in unico inſtanti mutationes contingant, & non niſi unicum indiviſibile inſtans eſt tota æternitas.

De Vitæ termino, quo non, & quo ſic.

Qualis prior fuerit ſub Mũdi initium?

Ita in Iſidori Clarii Editione legitur.

An, & cur Vita humana anni ſint abbreviati?

De Vitæ termino reſpectu hominum Fatali, Contingente & Libero.

De Vita Humanæ termino reſpectu Dei.

Cur immutabilis ſit Divina Voluntas?

PRæmiſſis his, quæ poterunt univerſis prodeſſe, αὐτοχειρίαν eſſe divinitùs interdictam ſupponens, interrogas, An hæc ipſa interdictio Ethnicis innotuerit? Profectò, ut ex hiſtoriis Græcis & Romanis colligitur,eam eſſe licitam, multi putaverunt Philoſophi, aſſerentes unumquem-

quemque propriæ eſſe vitæ dominum, & poſſe ſibi licitè mortem conſciſcere. Et ex hoc nonnulli capite Lucretiæ facinus generoſum excuſant. Ita Sotus *de Iuſt. libr.* 5. *quæſt.* 2. *art.* 5. *in fin.* Leſſius *libr.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 23. Becanus *in* 2. 2. *de Iuſt. & Iur. quæſt.* 11. *de homic. concl.* 1. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 3. *cap.* 1. *dub.* 17. Filliucius *tom.* 2 *tract.* 29. *cap* 4 *num.* 67. Diana *part.* 5 *tract.* 4. *reſol.* 30. Ego *in Theol. Præterint. num.* 2367. *pag.* 58. *a b.* & Molina *de Iuſt. tom* 4. *tract.* 3. *diſp.* 9. *num.* 5. qui ſic ſcribit. (Quãdo, quod de Iure eſt Naturali occultam ſubtilem minimeque facilè perviam habet rationem, in id cadere poteſt ignorantia invincibilis, quidquid alii in contrarium dicant, maximè quando id æſtimatoribus hujus mundi Virtutis actus laude & honore dignus communiter reputatur. Neque eſt improbabile ignorantiam excuſaſſe à culpa lethali actum, quo Lucretia ſe ipſam interfecit, ſimileſque alios actus ab Ethnicis hominibus perpetratos.)

Cajetanus in 2. 2. quæſt. 124. art. 5. ignorantiam invincibilem in hac materia non advertit.

De Polygamia & Adulterio.

An, & cur fuerit permiſſa?

POlygamię permiſſionem & Adulterii excuſationem ex eodem capite multi derivant: ſupponunt enim monogamiã in Connubio requiri, & quia Patriarchas vident plures duxiſſe uxores, cur id potuerint facere, inquirunt.

An antiquis Patriarchis, habendi plures uxores licentiam conceſſerit Deus?

Reſpondeo primò, Opinionem, quæ Divinam diſpenſationem recurrit, eſſe valde probabilem, aſſertam à Canonibus, & à Viris doctis admiſſam; addo tamen multos ex ignorantia invincibili excuſationem ſumere. Porrò Decalogus eſt lex cum hominibus nata; non enim incepit in Sinai, ſed ibi fuit ſolenniter promulgata: vel alias Cain excuſaretur, ubi enim nulla violatur lex, nullum committitur peccatũ. Et hac Veritate ſuppoſita audiunto Ambroſium. *Objiciuntur Iacob quatuor uxores; quod, quando mos erat, crimen non erat.* &c. (*habetur* 32. *quæſt.* 4.) *Dixit Sara Abrahamo: Ecce concluſit me Dominus, ut non pariam; intra ergo ad ancillam meam, & filium facias ex ea: & ita factum eſt. Sed conſidera, quod Abraham ante legem Moyſeos & ante Evangelium fuit. Nondum ergo Adulterium interdictum videbatur. Pœna criminis ex tempore Legis eſt, qua crimen inhibuit. Nec ante legem ulla eſt rei damnatio, ſed ex lege. Non ergo in legem commiſit Abraham, ſed legem prævenit. Deus enim in Paradiſo Conjugium laudaverat, non autem adulterium damnaverat.*

De Sara, quæ ancillam Abrahamo conceſſit.

Nomine Saræ Abrahamo ſe conceſſit Agar. Ergo invincibiliter neſciebat Sara, reddere in matrimonio debitum eſſe actum perſonalem, nec per procuratricem poſſe fieri. Ex hoc congreſſu natus eſt Iſmael; natus quidem realiter ipſi Agari, Saræ verò Politicè; quam ob rem Iſmaelitæ, qui ob contemptum ab aliquibus *Agareni* dicuntur, volunt à Politicæ Matris nomine *Saraceni* vocari. Audi Auguſtinum, *Iſmaeli, ut ſepararetur à Populo Dei non obfuit mater* (nempe realis) *ancilla, Agar; ſed obfuit fraterna diſcordia: nec profuit poteſtas uxoris* (nempe, Saræ, uxoris patris ſui Abrahæ) *cujus magis filius erat; quia per ipſius jura conjugalia* (nempe, nomine Dominæ) *& in ancilla ſeminatus erat, & ex ea ſuſceptus eſt.* Ita Sanctus Pater *libr.* 1. *de unic. baptiſm.* & habetur *diſt.* 56. *can.* Iſmaël.

An, & quando fuerit Adulterium interdictum?

An Iſmaelitæ, Saraceni ſint, & non Agareni vocandi?

An poſſit in Matrimonio ſolvi debitum per procuratorem?

An in Naturali Lege diſpenſet Conſuetudo?

Profectò in Lege Naturali cognita cõſuetudo diſpenſare non poteſt: at poteſt facere ne illa cognoſcatur; videns enim Iacob pleroſque homines eſſe polygamos & à nemine illos reprehendi audiens, potuit invincibiliter exiſtimare uxorum pluralitatem eſſe licitam. Et veniendo ad Abrahamum illa verba, *Abraham ante legem Moyſeos fuit*, ſic intellige; quod per Moyſem legem Deus non tulerit, ſed ab initio latam, ut ab univerſis noſceretur, ſolenniter per illum promulgaverit. Vnde conſultò Sanctus Pater ſubjungit, *Nondum adulterium interdictum videbatur*, Non dicit *Nondum erat*, ſed *Nondum videbatur* hoc eſt *Nondum cognoſcebatur*. Et hanc ob rẽ Ambroſii verba ad ſui Authoris mentẽ hac paraphraſi aut ſcholio dilucido. *Conſidera, quòd Abraham ante ſolennem legis Divinæ per Moyſem publicationem fuit. Nondum ejus ætate Adulterium interdictũ cenſebatur. Pœna criminis ex eo tempore eſt, quo cognoſcitur lex qua crimen inhibuit: Et quia ante Legis cognitionem nulla poteſt eſſe prævaricatio, ſic & nulla eſſe poteſt damnatio, ſed prævaricatio legem cognitam & condemnatio legis cognitæ prævaricationem requirit. Non ergo in Legem cognitam commiſit Abraham, ſed cognitam Legem prævenit. Deus autem in Paradiſo conjugiũ laudaverat, & inde homines illud eſſe bonũ inferebãt: at quia ibi Adulterium non dãnaverat, ex argumento negativo ſicut inferre illud eſſe bonum non poterant, illud eſſe malum non inferebãt: quoniam ex illa Iuris Regula*, is, qui tacet non fatetur, ſed neque negare videtur, *neceſſariò deducitur.* Quia ex taciturnitate Dei in Paradiſo non habuerant Mortales, unde Adulterium eſſe tolerandum, aut damnandum colligerent, debuit in monte Sinai Supremus Legiſlator per expreſſiora Legis verba ſuam voluntatem univerſis exponere. *Iacob igitur, & ante eum Abrahamus & alii inſuperabiliter neſciverunt Polygamiam divinitùs eſſe interdictam.*

Vt obligemur, debet lex velut certa cognoſci.

Regul. xliv.

Eſt Adagium Hiſpanicum. Quien calla, otorga.

De

De jure ad ſecretum. An poſſimus eo cedere?

DE honore multa ante annos paucos invincibiliter ignorabantur, quæ hodie poſt Apoſtolicæ Sedis Oracula dubio omni carent. Non poſſe mortalem, jure ſecreti cedere, probabiliter ſcripſere nonnulli; & pro honoris defenſione Calumniatorem, ſi aliter nequeat compeſci, occidi poſſe, docuerunt & tradiderunt alii; & tamen, quia in Bulla, quæ Societatis Ieſu ſanctiſſimas Pontifex Conſtitutiones approbat & confirmat, permittit ſecreta peccata nulla prævia correctione fraterna immediatè ad Prælatum deferri; & calumniam paſſos, ne ſe ferro defendāt contra P. Amici & aliorum doctrinam Decreto ſpeciali Sacra Congregatio examinavit, hodie eſt Terra labii unius & ſermonum eorumdem, omnes enim dicimus hominem ad Dei majorem gloriam & ſuę Animæ utilitatem ſecreti jure poſſe cedere; & non poſſe Calumniatorem, qui publica nequit prohiberi, privata authoritate interimere.

An, iniquus Judex, teſtis falſus, calumniator, &c. poſſint privata authoritate occidi?

An ſimplex fornicatio ſit peccatum mortale?

SImplicem fornicationem eſſe divinitùs interdictam & ad peccatum reputari, invincibiliter ignoraverunt Veteres: quod poteſt exemplis & hiſtoriis oſtendi.

Multa nos docet Caput XX. Geneſ. ibi enim Abimelech, Rex Geraræ, rapuit Saram uxorem Abrahæ. Dormienti Regi apparuit Deus, & ait. *En morieris propter mulierem, quam tuliſti, habet enim virum.* At Abimelech habebat uxorē, ut conſtat ex fine Capituli; interim quia ſciebat inſuperabilem ignorantiam excuſare à peccato, & Saram non tetigerat, confidenter reſpondit. *Domine, num gentem ignorantē & juſtam interficies? Non-ne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt, & ipſa ait, Frater meus eſt? In ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc.* Et illis Dominus. *Et Ego ſcio, quod in ſimplici corde feceris: & ideò cuſtodivi te, ne peccares in me.* Tam clarè is locus perſuadet omnem invincibilem ignorantiam excuſare à peccato, ut illum Hæretici nolint examinare, quia vident dare illi apparentem aliquam reſpōſionem non poſſe. Præbet autem occaſionem, ut inquiramus, *An aquo jure virum & fœminam obliget individui thori fidelitas?* nam ex hoc loco videtur primò inferri Fornicationem ſimplicem in Decalogo interdictam non eſſe: & ſecundò Conjugatum, qui ſolutam cognoverit, non eſſe adulterum: adeoque legem de Adulterio vitando fœminas, & non viros concernere.

An hoc ipſum invincibiliter neſciri poſſit?

An ſola uxor, non autem maritus poſſit Adulterium committere?

Mahomethanorum Opinatio.

Solam poſſe fœminam perpetrare Adulterium, aſſerunt hodie Mahometani; apud quos fœminæ rigidam Caſtitatem obſervare coguntur, cùm tamen viris omnis laſcivia permittatur. Et hos mores ab Ethnicis hauſiſſe videntur, nam Plautus *in Mercatore* exclamat.

Ethnicorum Sententia.

Ecaſtor lege dura vivunt mulieres,
Multoque iniquiore miſeræ, quàm viri:
Nam, ſi vir ſcortum duxit clam uxore ſua,
Id ſi reſciverit uxor, impunè eſt viro:
Si clam domo egreſſa eſt foras,
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.

Apud Chriſtianos eadem lege, eademque menſura vir mulierque obſtringitur in matrimonio. Innocentius Papa[Et habetur 32. quæſt. 5.] *Chriſtiana Religio Adulterium in utroque ſexu, pari ratione condemnat. Sed viros ſuos mulieres non facilè de Adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberiùs uxores adulteras apud Sacerdotes deferre conſueverunt. Et ideò mulieribus, prodito crimine earum communio denegatur: virorum autem latente commiſſo non facile quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinet, qui utique ſubmovebitur, ſi ejus flagitium detegatur. Cùm enim par cauſâ ſit, interdum probatione ceſſante vindicta ratio conquieſcit.*

Catholicorum Reſolutio.

Hæc eſt Lex Matrimonii in ipſo Paradiſo inſtituti: omnes æquè viros & fœminas ſemper obligavit, ac obligat. Et, ſi hoc indubium eſt, quomodo Abimelech, homo matrimonio obligatus, Saram, Abrahami uxorem, ſine crimine rapuit? Et, ſi ex ignorantia peccavit, quomodo Deus, qui illum in quæſtione Facti divinitùs illuminavit, in quæſtione Iuris noluit eum veritatem docere?

De Abimelech.

Ad primum reſpondeo Abimelechum duplici laboraſſe ignorantia, altera in Iure, nam ſciebat uxores viris, neſciebat autem & hos illis fidelitatem in Matrimonio obſervare debere: altera in facto; putabat enim Saram eſſe Abrahami ſororem. Et ideò illam accipiendo non peccavit: ignorantia enim invincibilis ſemper excuſat.

Duplicem habebat ignorantiam.

Ad ſecundum reſpondeo, non habere obligationem Deum revelandi nobis Veritates, quas ſponte, aut inviti neſcimus: aliàs nullæ eſſent in Scholis opiniones probabiles, nullæ controverſiæ inſolutæ. Et quia multa utiliter ignorantur, honori Abrahami conſulit Clementiſſimus Deus, & quoad cætera Abimelechum in ſua ignorantia reliquit.

An habeat obligationem Deus omnem Veritatem revelandi.

HÆc Abrahami Hiſtoria duos Caſus ſuggerit, alterum, in quo Florinda, quæ Auſonio homini conjugato nupſit, putans eſſe ſolutum, interrogat, An adul-

Duo caſus curioſi proponuntur, & reſolvuntur.

Haplotes. tera

dultera cenſenda ſit? alterum, in quo Albertus ſuam uxorem cognovit, eſſe aliam, aut alterius, exiſtimans?

De Adulterio materiali & formali.

Ad primum *libr. 1. de Fid. & operib.* reſpondet Auguſtinus: inquit enim, *Si virgo nupſerit neſciens viro alieno, hoc ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc adultera erit, ſi autem ſciat, jam ex hoc adultera eſſe incipit, ex quo ſciens cum alieno cubaverit*(a) *Sicut in Iure prædiorum, tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cum verò ſcierit, nec ab aliena* (b) *poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur, tunc juſtè injuſtus poſſeſſor vocabitur.* Et habetur 34. *quæſt.* 2.

Quomodo inflectatur Cubo, as?

a] *Cubo, as.* habet *cubui* & *cubitum*, non autem *cubavi* & *cubatum*. At ſub initium (priſcis nempe temporibus) tenuiſſe generalem & communem defluxum, nomina *cubatio* & *cubatus* perſuadent.

An in dubio teneatur ad reſtitutionem?

b] Nota illud *cum verò ſcierit*, non enim tenetur reſtituere, qui dubitat, ſed qui certò rem eſſe non ſuam, ſed alienam cognoſcit: in omni enim probabilitate aut dubio melior eſt conditio poſſidentis.

Quomodo committatur Adulterium purè formale?

Dubium ſecundum proponit quidam Scriptor Eruditus his verbis.

Cum propria imprudens Conjux Uxore coivit,
Quam falsò alterius credidit eſſe Viri.
Hoc genitum coitu Conſulti, Iuris & Æqui,
Legitimè natum dicitis, an-ne nothum?

Et reſpondeo Albertum aliter quoad Deum, & aliter quoad homines judicari debere. Quoniam in Poli foro, ſuam cognoſcendo uxorem cōmiſit Adulterii peccatum, nam malitia afficit voluntatem, & voluntas rem intellectam appetit. At in foro Politico, ubi de actibus internis & occultis non quæritur, non debebit Albertus accuſari, aut puniri; nec filius tali ſuſceptus coitu, inter ſpurios numerari.

Ignorabant Palæſtini, & nominatim Abimelech, ſimplicem fornicationem eſſe culpā lethalem.

Sicut mortis timore Abraham uxorem ſuam Saram nominabat ſororem, ſic etiam poſteà in ſimili peregrinatione Iſaac, Abrahami filius, eſſe ſororem ſuam aſſerebat Rebeccā. Tandem Abimelech, Rex Palæſtinorum in Gerara, ubi reſcivit ejus uxorem eſſe, illum eſt allocutus his verbis. *Quare impoſuiſti nobis? Potuit coire quiſquam de populo cum uxore tua & induxeras ſuper nos grande peccatum.* Et ut illum tueretur, hanc legem ſuis vaſallis præſcripſit, *Qui tetigerit virum hunc, & ejus uxorem, morte morietur.* Abimelechi ergo ſententia, qui cum Abrahæ ſorore coiviſſet, non commiſiſſet grave peccatum. Simplicem igitur fornicationem eſſe peccatum mortale ignorabat.

Ignorabant Græci, & nominatim Alexander.

Alexandrum Magnum cum Abimelecho compono, quem ejuſdem fuiſſe ſententiæ colligo ex his, quæ apud Plutarchū *in Reg. & Imperat. Apophth.* leguntur. Quoniam, cùm puella multa nocte ad Alexandrum ducta eſſet, ut cum illo dormiret, rogavit Rex; ubi hæſiſſet tamdiu? & illa reſpondente, ſe ſpectaſſe donec maritus iiſſet cubitum, miniſtros accitos graviter objurgavit, occlamans, *Reducite hanc: parum enim affuit, quin veſtra culpa factus fuerim adulter.* Egregium Caſtitatis exemplum, cùm in adoleſcente, tum in Rege: nam apud illos ſimplex Stuprum pro nullo crimine habebatur.

Ignorabant Chaldæi, & nominatim Oloſernes.

Apud Chaldæos etiam nullam fuiſſe notitiam de malitia Simplicis Fornicationis, admittit P. Ioannes Poncius; quærit enim, An, & cur non peccaverit graviter Iudith, cùm ſe abluit, compſit, & ornavit, ut Holofernem in ſui concupiſcentiam pelliceret? Et quia Scotus *in 3. diſt. 38. q. unic.* ait non eſſe certum illam in hoc non peccaviſſe mortaliter. Scoti reſponſionem eſſe certam pronunciat. Sed tamen ut generoſæ Viraginis honori & authoritati proſpiciat *pag. 646. b. n. 200.* ſic ſcribit. (Probabilius longe judico cum Lyrano, Carthuſiano, Serario, Sanctio, Saliano, & Doctoribus communiter, quod ſic non peccaverit; quia ſatis facile excuſari poteſt, & tam celebri, ac optimæ vitæ, ac converſationis mulieri non eſt facilè imponendum peccatum mortale. Excuſatio autem ejus breviter conſiſtit in hoc, quod ipſa non intendit aliud, quàm quod Holofernes caperetur amore ipſius, & inde flecteretur ad eam in uxorem concupiſcendam, & ſic viam haberet ad ipſum interficiendum, prout bene poterat ſine peccato. Adde quod quamvis non ſperaret amorem ex quo aſſumeretur in uxorem; poterat tamen abſque peccato mortali deſiderare ut amaretur in ordine ad copulam non maritalem, quia imprimis ex parte ſua poterat confidere in Domino, quod ipſamet nunquam in hoc conſentiret, & quod Deus eam præſervaret; & deinde quantum erat ex parte Holofernis, poterat exiſtimare, quod ipſe talem actum non haberet pro peccato, & conſequenter nō peccaret eum deſiderando, aut procurando; unde nec peccaret ipſamet, nec concurreret ad peccatum alterius formaliter loquendo; quod, ſi etiam concurrere materialiter ad peccatum non eſſet ipſi licitū, poterat excuſari à ſic concurrendo ob ignorantiam invincibilem.

An Iudith peccaverit?

An ſumi in uxorem voluerit?

An amari & concupiſci ut amaſia?

An habuerit ignorantiam?

De Furti malitia.

Tardiùs, quàm aliorum peccatorum, Furti malitia innotuit Ethnicis: quo-

An illam Rebp. nisi universi cognoverint?

quoniam populi integri vivebant rapto. Lydi inter Græcos eraot ob furta & rapinas infames: qui quoniam diſcedentes, aliqua furabantur à ſingulis, totam domum lachrymis ſuffuſam dicebãtur relinquere. Hinc Adagium prodiit. Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισε, *Lydus oſtium clauſit*, quod per mediatam metaphoram ſignificat, *Lydus aliquid furatus eſt*: nam, qui diſcedit, oſtium claudit; Lyduſque ouſpiam, niſi furto perpetrato, diſcedit. Ita Eraſmus. Argivos ſcribit Suidas, & Tauro Scythas Herodotus eadem opinatione laboraſſe.

Lydi. An fures?

Eraſmus. Suidas. Herodotus in Melpomene.

De furum publico Magiſtro apud Lacedæmonios.

Apud Spartanos, quia deſiderabant filios ſuos in omni virtute erudiri, erat Magiſter, qui in furandi arte puerulos inſtitueret. Hic jubebat grandioribus, ut ligna, minoribus ut ſubriperent olera. Plutarchus. [Hunc Magiſtrum vocatum fuiſſe *Irenem* io Florilegio verb. Furtum aſſerit Langius: ſed decipitur, nam εἰρέα eſt *contio* apud Heſiodum *in Theogon.* εἰρέω, *dico, concionor*; unde εἰρὴν, ένος, *ô puer, qui jam fari poteſt*; qui (ut teſtatur Plutarchus) ſecundum poſt pueritiam annum attigerat; nam grandiuſculi μελλείρενες nominabantur. Langius ergo adtingit Pædagogo nomen ipſum diſcipuli.]

Qui fuerit apud ipſos εἰρένες?

Non omnia furta Lacedæmones, ſed ingenioſa tolerabant: unde furti malitia à caſu futuro pendebat: ita, ut propudioſum eſſet facinus, ſi fur comprehenderetur; glorioſum, ſi non comprehenderetur. Virtutes ergo à vitiis ſub Lycurgo, aliàs prudentiſſimo Viro, diſpeſcebat Fortuoa.

An apud eoſdē furti malitia ab eventu futuro pepēderit?

HIS præmiſſis hoc argumentum à fortiori conformo. Clarius eſt Deũ eſſe; clarius Homicidia, Adulteria, Furta, & ſimilia eſſe mala, quàm Mendacia Officioſa à peccato excuſari non poſſe. At Viri probi & docti aſſerunt aliquns iovincibiliter illa priora ignoraviſſe. Ergo noo erit, cur in hoc poſteriori invincibilem ignorantiam dari poſſe negemus. Et hanc viam inivit & ſuis Diſcipulis aperuit Pater Ioannes Poncius *tom. 4. in lib. 3. ſentent. diſt. 38. qu. 1. pag. 643. b. num.* 192. dicens. Hæc de Mendacio Obſtetricum, & Raab, ſufficiunt, quas tamen ſi quis vult à peccato liberare, meo judicio facile id poterit, dicendo quod ob invincibilem ignorantiam noo putaverint fuiſſe peccatum, ſic mentiri: neque enim tanta ſcientia illis concedenda eſt, ut non habuerint talem ignorantiam. Quam doctrinam ſatis inſinuat S. Auguſtinus *cap. 15. contra mendacium*, & applicari poteſt etiam ad Rachelem, Iacobum, Iudith, non minùs convenienter. Verba Auguſtini ſunt. *Utrum*

An Mendacii malitia invincibiliter neſciri poſſit?

An Ægyptiæ Obſtetrices hac laborarint ignorantia?

Haploteſ.

autem ſit aliquando, vel pro cujuſquam ſalute mentiendum cum quæſtio ſit, in qua diſſolvenda etiam doctiſſimi fatigantur, valde illarum mulierculārum (Obſtetricum videlicet, & Rahab) *in illis populis conſtitutarum, & illis moribus aſſuetarum excedebat modum. Itaque hanc earum ignorantiam, ſicut aliarum rerum, quas pariter neſciebant, ſed ſcienda ſunt à filiis non hujus ſæculi, ſed futuri, Dei patientia ſuſtinebat.*] Dixerat *pag. 607. a. nu. 62* [Deinde poſſent dicti Sancti excuſari à peccato, quia licet revera à parte rei peccaviſſent, poſſet dici quod ipſi non putaverint ſe peccare ob ignorantiam iavincibilem.] Quam doctrinam iterum reponit aliis verbis; inquit enim. [Ruſus excuſari poſſent ex eo quod talis loquendi modus ſuo tempore non eſſet habitus prohibitus, quamvis revera à parte rei non eſset licitus] Et iterum *cit. pag. 643. b.* ſcribit. [Nihil ſpeciale dicit Doctor (Scotus) de mendacio Rachelis, nec erat neceſse (nempe, ut de eo in ſpecie loqueretur) communiter enim admittunt Expoſitores, quod mentita fuerit mendacio ſaltem officioſo: à quo nulla ratio eſt, ob quam excuſaretur: quamvis (ut jam dixi) ob ignorantiam facilè excuſari poſset à peccato.]

An etiam Rahab?

An hujuſmodi ignorantia illi a peccato excuſaverit?

An mentita ſit Rachel?

PROGYMNASMA III.

Fert judicium de alia adhuc Regula, quæ à Variis Eruditis proponitur.

PRæter ſextam, quæ ab omnibus admitti debet, & Theologos ſubducit à graviſſimis difficultatibus, ſeptimam adhuc Regulam proponit *loco nuper cit.* Pater Ioannes Poncius, Deum poſse in mendacio diſpenſare ſupponens. Ejus verba ſunt hæc. *Deinde poſſent etiam excuſari* (qui proferrent officioſa mendacia) *quod id facerent ex impulſu & inſtinctu ſpeciali Spiritusſancti, diſpenſantis cum illis in eo facto, quod aliàs eſſet illicitum, ſicut dicimus in multis aliis caſibus. Et hoc præcipuè dici poſſet, ſi teneretur æquivocationem ejuſmodi illicitam eſſe abſq; diſpenſatione Divina, ea autem mediante licitam.*

Poſſit-ne Deus diſpenſare in Decalogo?

Non eſt utilis, aut neceſsaria hæc Regula, quoniam præcedentes ſufficiunt, & ideò ſupervacanea cenſeri poterit. Supponit Deum poſſe diſpenſare in Mendacio, quod tametſi mihi indubitatum ſit, à Viris doctiſſimis negari ſolet. Et ab ipſis eſſe videtur Auguſtinus, qui lib. de mendac. cap. 15. ſic ſcribit. *Ea, quæ contra legem Dei ſunt, juſta eſſe non poſſunt. Dictum eſt autem Deo: Lex tua Veritas, ac per hoc, quod eſt contra Veritatem, juſtum eſſe non*

An aliquando in Mendacio concesserit diſpenſationem?

Reverà omne Mendacium, etiam Officioſũ peccatum eſt.

 po-

poteſt. Quis autem dubitet contra Veritatem eſſe Mendaciũ omne? Nullũ ergo juſtũ poteſt eſſe Mendacium. Et conſultò poſuit illud *omnes*, & addidit illud *nullum*, ne quis è generali Cenſura Officioſum ſubduceret: quam ob rem *cap* 21. ſubjungit, *Quiſquis verò aliquod genus eſſe Mendacii, quod peccatum non ſit, putaverit, decipit ſe ipſum turpiter*. Et ideò Innocentius III. *cap. ſuper eo. de uſur.* ait. *Divini præcepti verbo conſtanter vetari noſcitur, etiam pro alterius vita ſervanda, mentiatur*. Auguſtino adhæret etiam D. Thomas 2. 2 *qu.* 110. *ar.* 3. quem ſequuntur Thomiſtæ: & ex Scotiſtis P Pontius *ubi ſupr pag.* 593. *a. num.* 9. dicens, [quod mendacium ſit ita ex natura ſua intrinſecè peccatum, ut Deus non poſſit in eo diſpenſare.] Scotus hanc ultimam determinationẽ non addit ut *pag.* 592. *b. num.* 7. ipſe Pontius fatetur. Ego autem malitiam Theologicam à Philoſophica ſemper diſtinguo; Mendacio illam intrinſecam & eſſentialem eſſe exiſtimo, & hanc à lege Dei, liberè lata, provenire: in illa Deum diſpenſare non poſſe, in hac poſſe. Addo, nunquam Deum diſpenſaſſe in Mendacio; nam, qui contrarium ſentiat, opinationem ſuam perſuadere debebit.

An in ipſo Philoſophica & Theologica malitia reperiantur?

NOTA.

SCribit Cicero. *Atque ejuſmodi illa Proluſio debet eſſe, non ut Samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur*. Quæ verba pulchra ſunt, & loco Axiomatis poſſunt adſumi; quoniam in illos quadrant, qui politicè multa præparant, quibus nunquam utantur; qui architectonicè fundamenta jaciunt nulli uſui profutura; & ſcholaſticè doctrinas accuratas præmittunt, quarum poſteà minimè recordentur. Hi omnes imitantur Samnites: at Ciceronem Nos, & hanc ob rem utemur Progymnaſmatis, quæ paulò antè præmiſimus. Et hic attentè ab amicis & æmulis audiri volumus. Neminem accuſamus, nec incriminamur Παρεμβολὴν [*] quoniam, ſi morbus ipſa eſt, multi Viri Magni & Illuſtres eo laborant. Et, ut cæteros omittam, Homerus, tametſi fuerit in dicendo mirabilis, ut obligationem Religioſam inferat & exponat, hanc formulam Iuramenti præſcribit.

Ratio dicendorum.
Cicero libr. 3. de Orat.

Quales eſſe debent doctrinæ, quæ ponuntur in Prologis?

*] Parembole Figura eſt, quæ nonnulla ad rẽ minime pertinẽtia, præmittit, aut etiam interierit.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄζους †
Φύσει ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν
Οὐδ᾽ ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε.
Iuro per hoc ſceptrum, quod nec folia ulla, nec ullos
Ramos producet, poſtquam trunco illud ademptum eſt,
Nam librum illius ferrum circumũdique raſit.

†] Sic ſcripſit Plutarchus: primum autem verſum paulò aliter Iacobus Gretſerus articulat.

Et tamen Divina Majeſtas, quæ Regibus communicatur cælitùs, & per ſceptrum humanitùs ſignificatur, ad rationem jurandi juris pertinet; quod autem aureum aut ligneum ſit; &, ſi ligneum, ſiccum, aut viride, rude aut tornatum & decorticatum, ad rem non ſpectat, nec in jurisjurandi ingreditur Definitionem. Et id demonſtrat Orthodoxa Religio, nam qui per Crucem jurat, obſtringitur, nec obligationem intendit aut remittit illius Crucis materia; hæc enim ſive aurea, argentea; &c. ſive lignea, lapidea, &c. ut res prorſus aliena, & ad Iuramentum non pertinens, conſideratur. Impræſentiarum igitùr, [quia cum Homero plurimi ſuo indulgẽt Genio, & multa prorſus impertinentia, ubi aliquam gravem Diſſertationem inſtituũt, adſumunt & velut neceſſaria præmittunt] ne Scriptores Illuſtriſs. incriminemur, ſingulos in ſuo ſenſu abundare permittimus, modò à nemine nos eodem morbo laborare dicamur.

An, & cur juramẽtum, quod per Sceptrum aut Coronam fit, ſit Theologicum?

An, quod per Crucem, à Crucis pretio gravitatem recipiat?

An multa ad rem minimè pertinentia in plurimis libris legantur?

Sed quia non ſolùm rerum ſubſtantias, ſed, & accidentia, & modos Critici (aut Grammatici veriùs ad ſuum Tribunal, & Iudicium appellant, & circa Methodum Ordinemque volunt Religioſi videri, ut illis ſatisfaciamus, quem Ordinem ſervaverimus, breviter exponemus. PRIMUM profectò hujus Operis Caput Mentalium Reſtrictionum Fundamenta ediſſeruit, per Articulos quinque decurrens: & nunc (in hoc nimirùm Capite) ut Fundamenta ibi poſita, arceſque & turres eiſdem inſiſtentes funditùs diruamus (ut argumenta ibi ab Adverſariis concinnata ſolvamus) præcedentia Progymnaſmata exhibent, loco Arietum adſumimus, & omnia, quæ objiciuntur, proſternimus; & ut dilucidè diſputatio procedat, & ſervetur debita analogia, hoc etiam Caput in ſex articulos ſubdividemus, ut ſinguli reſpondeant ſingulis.

De Ordine & Methodo hujus Tertii Capitis.

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

Satisfit Argumentis, quæ ex Sacra Pagina deſumebantur.

Argumentum Principale reponitur.

SYllogiſmus, qui oppoſitam ſuccollabat ſententiam, erat hic. *Deus mentiri non poteſt: Eſt enim æterna Veritas, & immenſa Veracitas. At talia interdum verba Dei in Sacra Scriptura leguntur, ut falſa judicari debeant, niſi excuſentur per aliquam Reſtrictionem Mentalem. Igitur Reſtrictiones hujuſmodi in verbis Divinis inveniuntur. Ergo hæ ſunt innocentes, immuneſque à labe peccati.* Conſequentiæ ſunt bonæ. Major certa: & de Minori tantummodò diſputabatur. Illam ſuadere conabantur Argumenta, quæ ibi propoſuimus: ſupreſt igitur, ut uberioris doctrinæ gratia eadem impræſentiarum breviter diſſolvamus.

RESPONSIO AD PROBATIONEM I.

De Sarra Scriptura univerſim. *Expenduntur & dilucidantur Loci poſiti ab Adverſariis.*

OCcurrit ſub initium doctrina, quæ ſumebatur ex Vatablo: & reſpondeo reſtrictè illum loquutum fuiſſe: non enim ubi ſenſus eſt anceps, ſed ubi nulla eſt amphibologia, ſubticentiam admittit: ergo ſubticeri, non autem reſtringi docet vocem, quam adjacentes conſignificarunt circumſtantiæ; ait enim; *Frequens eſt Hebræis, in rebus non ambiguis aliquid ſubticere.* Igitur extra chorum tripudiat, qui hinc probare Mentales Reſtrictiones conatur, quarum uſus, ſi daretur, ſolas res ambiguas concerneret. *Et primà* in illa periodo; *In principio creavit Deus Cælum & Terram*, nihil ſubintelligitur; nam cum Creare ſit *rem facere ex nihilo*, prima creatio fuit omnium rerum principium. Et non diſplicet illa hujus loci interpretatio, quam idem Vatablus adjunxit. [Alii dicunt בראשית conjunctum eſſe, (quod aliàs vocant *eſſe in regimine*) cum ſequenti verbo ברא & vertunt; *In principio creandi Deum*, &c. ideſt, *In principio, quo creavit Deus*, &c. hoc eſt; *Cum primùm creavit Deus*, &c.] Et ſubjungit. [Vtriuſque verſionis idem eſt ſenſus.]

Subticentia in rebus, quæ non ſunt ambiguæ, non indiget Reſtrictione Mentali.

Quid ſit creare?

An illud בראשית ברא ſit in principio creandi?

Nec juvat interrogare, an illud *principium*, de quo agitur, ſit temporis, aut rerum principium? quoniam ſicut res cæteræ, ſic tempus, locus, & ſpatium ſunt producta divinitùs; & ſicut ultra ſupremam Empyrei Cæli ſuperficiem nullus eſt locus, ſic ante temporis initium nullum erat tempus. Nec contra militant, quæ à Philoſophis de Imaginariis Spatiis, Temporibus, & locis dicuntur: quoniam aſſerente Auguſtino, Imaginaria ſpatia nihil omninò ſunt à parte rei ſed à nobis cogitantur & imaginantur; & ſic ſimiliter Tempora Imaginaria non dicuntur, quæ ſunt, aut fuerunt, ſed quæ à nobis concipiuntur, cogitantur, & [*] imaginantur. Profectò hæc Propoſitio. *Deus creare Mundum potuit multis ſæculis antè quàm condidit* eſt vera, & ſimilis huic, *Deus ultra Empyreum Cælum alios poteſt adhuc Cælos producere.* Quoniam inter utramque analogiam reperio. Sicut enim Deus, ſi ſupra Empyreum Cælum alios Cælos produceret, loca cum eis & ulteriora ſpatia comproduceret: ſic, ſi mille ante Mundi creationem annis v. gr. Cælum & Terram creaviſſet, cum illis tempus concreaviſſet. Nam Tempus hoc reale, & hoc ſpatium reale, &c. non ſunt Deus. Sunt ergo creaturæ. Erunt ergo, ſi fiant; fuerunt, ſi facta ſunt: & ſi nec facienda nec facta, nec fore nec fuiſſe dicentur. Et id demonſtratur clariſſimè; ſicut enim omnis magnitudo, & ſpatium eſt participatio Immenſitatis, ſic & ævum, Tempus, & quæcumque Duratio eſt participatio Æternitatis. Gregorius Nazianzenus Orat. 42. *Deus, ſemper erat, & eſt, & erit: vel (ut rectiùs loquar) ſemper eſt. Nam erat & erit hujus noſtri temporis, fluxæque & caducæ naturæ ſegmenta ſunt. Ille autem ſemper eſt; atque hoc modo ſe ipſum nominat, cum in Monte Moyſi oraculum edit. Vniverſum enim eſſe in ſe ipſo complectitur, quod nec principium habuit, nec finem habiturum eſt, quaſi pelagus quoddam eſſentiæ, immenſum & interminatum; omnem tum temporis, tum naturæ cogitationem ſuperans.* Defectu hujus notitiæ Ethnici (immò etiam aliquando Chri-

An Tempus, Spatium, & Locus ſint creaturæ.

An, ſi non producantur, non ſint?

*] Differunt *imaginor, as, &* *imaginor, aris.*

De Spatiis & Temporibus Imaginariis.

Omnes ſucceſſivarum & permanentium rerum perfectiones à Deo proveniunt.

Chriſtiani) magnas ſunt adlucinationes paſſi; quod, ut clarè innoteſcat, Ciceronem producam, qui in bivio anceps neſcit tempori initium aut negare, aut concedere, unde libr. 1. de Deorum natur. ſic exclamat. *Fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumſcriptio temporum metiebatur. Spatio tamen qualis ea fuerit, intelligi non poteſt. Quod ne in cogitationem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus eſſet.*

Ad Iobi locum tranſeo, & aſſero, nil omninò in illo ſubjicere, quod reddat ſenſum dubium, nam litera eſt evidens & manifeſta. Ibi enim lego. *Sit nox illa* (videlicet, *in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo*) *ſolitaria, nec laude digna. Maledicant ei*, &c. *Obtenebrentur ſtellæ*, &c. *Quia non concluſit oſtia ventris, qui portavit me*, &c. Et quis hic, quæſo, ſubjicentiam, aut Mentalem Reſtrictionem inveniet? *Denique* alius locus ex Iſaia deſumptus doctrinæ Reſtrictionum non favet: aliud enim eſt, loquentem nolle aliquid exprimere, aliud reſtringere. Cum dico: *Aliquis dabit tibi cras centum aureos*, vel in voce paſſiva; *Cras dabuntur tibi centum aurei*. Si res ita ſe habeat, non mentior, nec utor Reſtrictione Mentali. Sed dico, quæ volo, & quæ non volo dicere, taceo. Ergo, ſi res benè intelligatur, in illa propoſitione *abſtractio* fit, & ut omnes Philoſophi [a] teſtantur; *Abſtrahentium non eſt mendacium*. Vnde ſilentium, ſi opportunum ſit, inter virtutes numeratur. Ovidius 2. *de Arte*:

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.

Et contra, gravis eſt culpa, tacenda loqui.

a) Hoc Principium deſumitur ex Ariſtotele, qui l. 2. Phyſic. illud ediſſerit. Et ſicut fit Abſtractio mente, ita & fit lingua, quoniam, ſi Petrus ſit Muſicus & Philoſophus, omnes iſtæ Propoſitiones erunt veræ. *Petrus eſt Muſicus Petrus eſt Philoſophus Aliquis homo eſt Muſicus Aliquis eſt Philoſophus*, nō enim teneor dicere omnia, quæ ſcio.

Ergo ad locum Iſaiæ redeundo, in illis verbi *Accipiet opes Damaſci*. Vel ut habet Vulgatus; *Auferetur fortitudo Damaſci*, Abſtractionem, ſed non Reſtrictionem invenio: voluit enim Dominus per Iſaiam, revelare Regi Achazio Damaſcum & Samariam eſſe citò expugnandas: non tamen expreſſit, à quo: quia noluit tunc hanc circumſtantiam manifeſtare.

Quæ mala ſunt Deus non poteſt facere.

Docet nos ſuo exemplo Deus, non per Mentales Reſtrictiones amicos fallere, ſed non omnia quæ ſciuntur, eſſe ſtatim dicenda; nam multa cum ædificatione ſilentur, & cum utilitate ignorantur. Hinc prodiit illud elegans lemma, quod *in Apophthegmatis* Auguſto Cæſari adſcribit Plutarch. & *libr. 3. Od.* ab Horatio uſurpatur, videlicet,

Tacere, ubi oportet, eſt Virtus.

Eſt & fideli tuta ſilentio merces.

Et hinc, qui hodie *Secretarii*, quod à Secretis ſerviant, nominantur, olim *Silentiarii* ſunt dicti: ut colligitur ex C. *de Silentiariis*; ibi enim Iuſtinianus, *Viros Clariſſimos Sacri Noſtri Palatii Silentiarios circa latus noſtrum militantes de tutelis & curationibus excuſari ſancimus*. Vocabantur etiam *ſilentia*, Propertius enim, niſi locus corruptus ſit, lib. 2. de bell. Perſ. *Romani*, inquit, *ad ea, quæ quietis ſunt in Palatio, Miniſtrum* ſilentium *vocant*. Et meritò *ſilentium* in abſtracto dicitur, quod debeat ſilentium exactè obſervare.

Quinam ſint ſilentiarii?

An etiam Silentia vocentur?

NOTA.

Quid hac in re Lutherani & Calviniſtæ ſentiant?

GISſæ Heſſorum anno 1654. prodiit *Succincta epitome errorum Calvinianorū*, Autore Iuſto Fewrbornio Theologo Lutherano. Et Diſp. I. qu. 7. interrogat, *Vtrum Deus interdum verbo ſignificet* (*idque abſque mendacio, & hypocriſi pro ſumma ſua agendi libertate*) *ſe velle? quod revera nō vult; aut nolle, quod revera vult?* Affirmat Piſcator *volum. 2. Theſium Theolog.* contra Schaafm. *theſ. 78. pag. 200. & theſ. 121. pag. 243. & loc. 12. pag. 171. in reſponſ. ad Apologeticum Bertii. pag. 8. & 145. & in libr. de gratia Dei. pag 151. & 152.* Iuſtè Iuſtus hunc errorem Piſcatoris condemnat, opponitque Ludovicum & Iohannem Croe, illum *in Apologetic. pag. 89.* & hunc *par. 2. Converſat. Pruſ. cap. 9 pag. 292.* &c.

Vnde mendacii ratio an ab objecto, an à proferentis libertate, aut carentia libertatis ſumatur?

Et hic obiter nota, reapſe Piſcatorem aſſerere, Deum de facto mentiri, & hoc ipſum mutata verborum notatione negare. Ejus enim ſententia, id quod contra mentem & veritatem dicitur, ſi à creatura dicatur, mendacium eſt; ſi verò à Creatore, qui in agendo & loquendo eſt ſummè liber, dicatur, non erit mendacium. Et quidem in his verbis iterum & iterum errat Piſcator. Homo enim, qui contra mentem & veritatem loquitur, mentitur; & Deus, ſi per impoſſibile contra mentem & veritatem loqueretur, mentiretur. Piſcator igitur, quando Deum dicere, ſe velle, quæ reverà non vult; & nolle, quæ reverà vult, ore blaſphemo affirmat, aſſeverat Deum de facto mentiri. Minus ergo male aliqui Catholici non ad libertatem Dei infinitam, ſed ad Mentalem Reſtrictionem recurrunt, ut hanc Poſitionem à Deo dictam, *Ego volo omnes homines ſalvos fieri*, eximant à mendacio.

Piſcatoris blaſphemia.

An Deus mentiatur?

An utatur Reſtrictione mentali?

Quæſtione VIII. interrogat, *An Deus volūtate in Scripturis revelata velit omnes homines ſalvari; at volūtate arcana, quæ beneplaciti vocetur, velit non omnes, ſed ſolùm*

De voluntate Dei revelata, & de arcana.

ſolùm

Digitized by Google

ſolùm electos ſalvos fieri? Tuentur aſſerentem ſententiam Zanchius *tom.2.libr. 5. de natura Dei, cap.2. de Reprob. part. 4. pag.* 563. Martyr *loc.cit.claſſ.3.c.1.§.45. & 61.* Kech.*lib.1. Syſtem.Theolog.cap.7.pag.139, & 140.* Juſtus verò negantem.

An Propoſitio, quæ annunciat rem aliter quã, eſt in ſe, ſi ab homine dicatur ſit falſa; & ſi à Deo per impoſſibile diceretur, eſſet vera?

Sed quid ſibi volunt Calviniſtæ, cum Voluntatem arcanam & Voluntatem revelatam eſſe oppoſitas aſſerunt. An-ne Deus voluntatem, quam non habet, revelat? An-ne in hac ipſa revelatione, ſi non eſſet Deus, adeoque ſummè liber, mentiretur; non tamen mentitur, quia Deus eſt, & nulli legi ſubjicitur. Adnuit Piſcator, ſed nos dicimus rationem finiti aut infiniti non claudi in eſſentia mendacii, ſed mentiri eſſe contra mentem ire: contra mentem inquam, finita aut infinita ea ſit.

An Deus ſe velle teſtetur, quod non vult.

Addit Quæſtionem IX. & inquirit, *An non illi Calviniani, qui dicunt*, Deum quidem in verbo ſuo ſcripto teſtari, ſe velle, ut omnes homines in Chriſtum credant & ſalventur; non velle autem (& quidem abſoluto decreto) cunctis hominibus, ſed tantùm paucis fidem ſalvantem, & ſalutem dare, *Verbum Dei ſcriptum voluntati Divina opponant?* Quod eſt petere. *An iidem Calviniſta, cùm ſic loquuntur, verbum Dei ſcriptum mendax eſſe aſſeverent?* Negant profectò illi; at eos male negare Iuſtus *in Fundamental. Deduct. Marp. cap. 2. pag.67. & 68. & cap.5. pag. 256. 257. & 305.* & iterum *in ſpeciali Refut. Ἀμοιβάειον Caſſellan. par. 1. cap.2. pag.77. & 95.* nec non *part.2. cap.4. pag.620.* & alii Viri docti perſuadent.

An Sacra Scriptura mentiatur?

An Calviniani velint cognoſcere, quid ſit mendaciũ?

Ex his collige, Calviniſtas nolle intelligere, quid ſit mendacium: & inſanire, cùm veritatem falſitatem-ve à perſona loquente deducunt. Porrò hæc Propoſitio, *Triangulus habet quatuor lineas*, falſa eſt. Et ſive ab homine, ſive ab Angelo, ſive (per impoſſibile) à Deo diceretur, falſa eſſet: Summa enim & infinita Dei Majeſtas præſtat, ut illam Deus dicere nequeat, mentiri enim non poteſt: non autem præſtat, ut vera ſit, ſi (per impoſſibile) à Deo dicatur.

Calviniſtarum argumentum.

Sed contra argumentantur Calviniſtæ, & ſic inquiunt. Sit Petri equus A. Si illum ſubripiat invito Petro Antonius, furtum committit. Si illum Deus capiat, deſtruat, adnihilet; furtum non committit. Ergo ſicut eadem actio facta ab homine eſt furtum, & facta à Deo non eſt furtum; ſic ſimiliter eadem propoſitio, quæ dicta ab homine ſit falſa & mendax, erit vera & verax, ſi dicatur à Deo.

An à furto ad mendaciũ conſequentia inferatur.

Actuum humanorum duplex conſideratio.

Reſpondeo, actiones poſſe conſiderari ſecundum ſe, & poſſe prout denominantur à cauſa. Rem exemplo dilucido. Ioannem occidit Livius, Franciſcum Leo. Ergo tam Leo, quàm Livius homicidium patravit; at non uterque perpetravit, non enim uterque crimen homicidii commiſit: *patrare* enim & *perpetrare* in eo differunt, quod illud indifferens ſit, & hoc ut plurimum de actu moraliter malo dicatur. Livius 2. ab Vrb. *Poſtea quam juvenes perpetrata cade pergere ad ſe gratulantes vidit, extemplo.* &c. (*) Si Carolus Antonio equũ ut habeat precariò conceſſerit, equum Antonius habebit, quamdiu voluerit Carolus. Furti erit reus, ſi illum rapiat, aut occidat Semphronius. Equum autem repetere, reſumere, & occidere poterit Carolus; at equum furari non poterit: non enim furtum committit, qui capit, quod ſuum eſt. At omnia noſtra, Dei ſunt: ab eo ſingula non niſi precariò ſuſcepimus (Iob enim exclamat, & ait *Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſit laudatus in ſæculu.* Et ductus ſolo lumine naturali Ovidius.

*] Aliquando accipitur in bonam partẽ, Livius 4. Decad.5. *Sacrificio ritè perpetrato.* &c.

Vita data eſt utenda; data eſt ſine fænore nobis
Mutua; nec certa perſoluenda (a) *die.*

Ovidius ad Livium.

&c.) Ergo, ſive bonis externis, ſive vita hominem privet Deus, nullam illi injuriã infert, ac propterea, nec furti, nec homicidii crimen committit. Stat ergo homicidium, equicidium ſi à Leone, ſi ab homine & ſi à Deo fiat, aliter & aliter denominari.

a] Vox *perſoluenda* habet quinque ſyllabas, illud enim *u* vocale eſt.

Alia denominationes eſſentiam, & alia accidentia concernunt.

At hæ denominationes non rei eſſentiam, ſed moralia accidentia concernunt; nam homicidium hominis cædem eſſentialiter dicit, & ideò ſive à Leone, ſive ab Homine, ſive à Deo fiat, erit hominis occiſio. Sic ſimiliter de propoſitione falſa philoſophandum eſt: ait enim Ariſtoteles, *Ab eo, quod res eſt vel non eſt*, (non autem, ab eo quod ab iſto, vel ab illo dicatur) *propoſitio dicitur vera vel falſa.* Ergo hæc, *Triangulus habet quatuor lineas* (ne mutemus exempla) à quocumque dicatur, erit falſa. Cùm ergo rerum eſſentiæ mutari non poſſint: ex infinita Dei Veracitate non debet inferri, hanc Propoſitionem, ſi à Deo per impoſſibile dicatur, fore veram, ſed repugnare ut illa à Deo dicatur. Verbum ergo ſcriptum & à Deo revelatum, non habet ab autoritate dicentis, quòd ſine mendacio & falſitate poſſit dicere eſſe in Deo voluntatem, quæ non eſt: ſed habet quod non poſſit rem dicere aliter, quã eſt in ſe. Vnde certiſſimum eſt Deum habere illam voluntatem, quam habere aſſeritur à Sacrâ Paginâ, hæc enim, ſi Deus talem voluntatem non haberet, illam eſſe in Deo, minimè aſſeveraret.

In quo formaliter conſiſtat Veritas.

Quid ex infinita Dei Veracitate inferendum ſit, & quid non?

Digitized by Google

℞. AD PROB. II.

De Domini verbis ad Cainum. Oſtenditur fuiſſe verificata, non enim Cainus fuit à Lamecho interfectus.

An Lamech fuerit primus δίγαμος? An accipiens plures uxores peccaverit? An in hoc cum Patriarchis diſpenſaverit Deus? An hæc Ethnicis prodeſſe potuerit diſpenſatio?

[*] Sicut *Cain*, ſic etiam apud Hebræos *Lamech* acuitur in prima: unde & Græcus habet λάμεχ & non λαμέχ.

NEſcio, an mereatur Cainus, an etiam Lamechus [*] ut in eorum hiſtoria copioſa eruditio expendatur. Interim, quoniam non propter ipſos, ſed propter Quæſtionis graviſſimæ diſſolutionem ponebatur Objectio, ob eamdem cauſam poterit eruditè diſſolvi.

Sacer Textus cap. 4. 18. hæc habet. *Mathuſael genuit Lamech* (a) *Qui accepit duas* (b) *uxores: nomen uni Ada, & nomen alteri Sella.* &c. *Sella quoque genuit Tubal-Cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.* &c. *Dixitque Lamech uxoribus ſuis, Ada & Sella. Audite vocem meam uxores Lamech, auſcultate ſermonem meum* (c) *Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in livorem meum. Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties.* &c.

Litera A.

Nomina nonnulla explicantur.

TAmetſi ex cauſa nomina hæc fuiſſe impoſita credendum ſit, non tamen habemus ex hiſtoria rationes, ob quas priſci illi homines fuerint ſic, & non aliter denominati.

Mathuſael. מתושאל Mathuſael, *Mortem ſuã poſtulans.* Geneſ. 4. 18.

Lamech. למך λάμεχ. *Percuſſio.* Geneſ. 4. 18. & 5. 25. & Luc. 3. 36. Radix eſt מוך *much* aut מכך *machach*, Latinè *emaciari, attenuari.*

Ada. עדה Ada, *præda*, Syriacè *ablata*. Geneſ. 4. 20. & 36. 2.

Thubal-Cain. Thubal-cáin (& hoc Vulgatus nomen ſcribit per *t* & non per *th*. Et Græcus illum vocat Θοβέλ) θοβέλ. Eſt autem *Confuſionem poſſidens* (*confundens*) *ignominiam æmulans.* &c. Geneſ. 4. 22. Vide Ioannem Leuſden in Sanctæ Linguæ Onomaſtico.

An Thubal-Cain fuerit Vulcanus?

Romana Gentilium Superſtitio literam ת ſervilem eſſe & vim habere Articuli judicans, ex *Tu-bal-cain* fecit *Vulcanum*. Et hic eſt ille Armorum Deus, qui colebatur à Romanis. Georgius Crucigeri in Cardinalium Linguarum Harmonia paulò aliter [illegible]cem interpretatur: nam תבל Thobel eſt *orbis terræ*, & קין Cain, eſt *poſſidẽs*: Ergo qui utatur armis, & omnia confundat, & in expeditionibus procedat. Hiſp. *ſegun el derecho del Cañon*, ſi cætera bene ſuccurrant, eſſe poterit Thobel-cain, *totius mundi poſſeſſor*. Et huc Cardinalis Richelius reſpexiſſe videtur, cùm tormentis majoribus, quæ paucis ante ſuam mortem menſibus fundi curaverat, inſcribi juſſit, RATIO VLTIMA REGVM; ut admoneret poſteros (dicam Hiſpanicè) *que la Iuſticia de ſus armas, no ſe fundaba en Canones, ſino en Cañones.* Sic ille; & docti neſciunt, an Ciceronem legerit, qui pro Milone exclamat, *Silent leges inter arma, nec ſe exſpectari jubent; cùm ei, qui* (eas) *exſpectare velit, antè injuſta pœna luenda ſit quàm juſta repetenda.* Et pro Cæcina. *Nihil eſt Æquitati tam contrarium, atque infeſtum, quàm convocari, armarique homines; nihil Iuri tam inimicum quàm vis.* Et tamen IVS, & VIS iiſdem elementis conſtantur, ita ut VIS quædam ſit rei & vocis IVS deordinatio.

Quale ius ſit, quod El Derecho del Cañon *ab Hiſpanis vocatur?*

Quatenus ſit Ratio ultima Regum?

Tempore belli ſilent leges.

Ivs ἀναγραμμ. Vis.

Tubalcain Vulcanus.

Tu-bal-cain (aut, ut Romani proferebant, *Vulcanus*) fuit armorum inventor, & de illo Eleg. 10. libri 1. Tibullus.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes,
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit!
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata
Tunc breviter diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit nos ad mala noſtra
Vertimus in ſævas quod dedit ille feras.
Divitis hoc vitium eſt auri nec bella fuerunt
Faginus adſtabat cum ſcyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, ſomnumque petebat
Securus varias, dux gregis inter oves.
Quis furor eſt, atram bellis accerſere mortem;
Imminet, & tacito, clam venit illa pede.

Contra illum, qui arma primus invenit.

Litera B.

DVæ utiliter hic Quæſtiones poterunt proponi, & decidi; altera, *An Lamechus fuerit primus in Mundo bigamus?* altera, *An accipiendo duas uxores peccaverit?*

RESPONDEO ad Primam, duas me in illa reperire Opiniones; Aſſerentem, Negantem. Illa (quæ illum primum fuiſſe aſſerit) negativo argumento ſuadetur: nullus enim

Quiſnam, primus plures uxores duxerit?

An Lamechus fuerit primus digamus?

enim ante diluvinm alius legitur duas duxiſſe. Ergo ipſe fuit primus δίγαμος. Hanc (quæ aſſerit, illum non fuiſſe primum) probat nimia illorum priorum hominum in omnes voluptates profuſio; quæ innuit ſanè noluiſſe unica fœmina illos fuiſſe contentos. Et *in Geneſ. cap. 4. verſ. 19. quæſt. 54. column.* 1473. huic ſubſcribit Opinioni Merſennus: inquit enim. (Nec mihi quis ſine ratione ſuaſerit nullum præter Lamechum ante magnam eluvionem πολύγαμον fuiſſe. Siquid enim illud affirmare cogeret, maximè Chriſti ipſius, aut Pontificis authoritas juvaret. At quando ille dixit *Ab initio non fuit ſic*; nō intelligebat de toto tempore diluvium antecedente, ſed tantùm de ipſa inſtitutione Conjugii in Paradiſo. &c.) & firmat Opinionem hanc Rabbinorum authoritas qui Cainum exiſtimant plures uxores habuiſſe; inveſtigantes enim jurgii cauſam, apud eumdem Merſennum *ibid. cap.* 4. 8. (putant, quod Cain uxorem Abelis ſua pulchriorem inviderit, aut gemellas cum Abele natas, uxores habere voluerit. &c.)

Monogamia in Paradiſo inſtituitur.

Quales fuerint ante Diluvium hominum mores?

Sit igitur in re incerta noſtra Concluſio. *Non conſtat, an Lamech fuerit primus, qui plures uxores habuerit. Cæterùm ex corruptiſſimis illius ſæculi moribus ſuſpicari ſine temeritatis reprehenſione poterimus, ante illum alios διγάμους præceſſiſſe.*

Ad Secundam (ejus enim diſſolutio eſt utilior) per plures Concluſiones reſpondeo. Sit ergo

Utra Monogamia, an Polygamia ſit Reipublicæ utilior?

Prima. *Præſcindendo ab omni diſpoſitione Divina, Monogamia philoſophicè conſiderata Polygamia eſt utilior.* Probatur quia meliùs ſic inter maritum uxoremque amicitia ſervatur: tepeſcit enim uxoris amor, ubi conſiderat amorem mariti diviſum. Accedit, quod fœminæ inter ſe pacificè convivere neſciant; ſicut enim olim Sara & Agar; Rachel & Lia, &c. graves habuernnt rixas, ſic hodie apud Mahometanos & Ethnicos nulla eſt inter matres, nulla eſt inter ejuſdem viri filios, ſi ſint diverſarum fœminarum, concordia.

Deus Polygamiam non inſtituit.

Secunda. *Deus in Paradiſo inter unicum unicamque Matrimonium conſtituit.* Patet ex Sacro Textu (*Geneſ.* 1. *&* 2) unam enim ſponſam dedit Deus Adamo, non duas. Et huc reſpexit Chriſtus, cùm dixit, *Et ab initio non fuit ſic.* Et ideo S. Thomas *in 4. diſt. 33. quæſt. 1. art. 1.* aſſerit Polygamiam opponi Iuri Naturali Divino; & Innocentius III. *cap. gaudeamus*: teſtatur nunquam licuiſſe plures habere uxores ſine diſpenſatione Divina.

An Lamechus peccaverit?

Merſennus *loc. cit. column.* 1474. ponit hanc Concluſionem. (Probabilius mihi videtur, nec Lamechum ideò peccaſſe

Haploes.

quòd duas uxores habuerit; nec Polygamiam in ſtatu Legis Naturæ corruptæ, etiam ante diluvium, prohibitam fuiſſe.) Quam etiam poſuit S. Ambroſius de Patriarchis; & habetur *32. quæſt. 4. cap. Dixit Sara*, ubi hæc ſcribit. *Conſidera, quòd Abraham ante legem Moyſis, & ante Evangelium fuit. Nondum ergo interdictum Adulterium videbatur.* &c. *Deus autem in Paradiſo Conjugium laudaverat, non autem Adulterium damnaverat.* &c. Et S. Auguſtinum ſuo Magiſtro *in lib. de bono conjugali* ſubſcribere teſtatur Acacius *tom. 2. reſolut. 272. nu. 5. pag. 505. b.* inquit enim *S. Aguſtin abſolutamente dize, que a los Padres de la Vieja Ley les era licita la Polygamia, porque entonces no eſtaba prohibida. Y tambien fuè eſſo muy uſado entre los Gentiles, como reſieren muchos Dotores, y ſingularmente* libr. 7. Connub. cap. 16. *Tiraquello.* Porrò, duo aſſerit, ut vidiſti, Merſennns alterum Lamechum non peccaſſe; alterum non fuiſſe plures uxores ante diluvium interdictas. Ad primum autem dico, non eſſe cur Lamechum, nequiſſimorum majorum ſobolem, à peccato excuſare velimus: nam illum adulterii reum incriminatur Nicolaus Papa in ſcripta ad Regem Lotharium Epiſtola, ut habetur 24. *quæſt. 3. c. Annon.* Et addo eum, Lamechum qui adhuc excuſare voluerit, non debere præceptum tollere, ſed poſſe dicere, exſtitiſſe quidem de Monogamia præceptum, illud autem ſub illud tempus invincibiliter neſcitum fuiſſe.

An Polygamia jure naturæ fuerit interdicta?

Cur Veteris Teſtamenti Patribus Polygamia eſſe licuerit?

An Lamechus fuerit adulter?

Proderit adhuc rationem, quam profert Merſennus perpendere: inquit enim. *Non ſunt fingendæ prohibitiones, præcepta, vel peccata, niſi id clarè fuerit expreſſum: nec enim illatio topica* (merè probabilis) *ſufficit cùm non leves conjecturæ in contrariū vergant. At nihil video, quod aliquid ex prædictis clarè, immò nec obſcurè exprimat. Ergo.* Et perſuadet Minorem dicens. *Ex Patriarcharum viventium poſt diluvium exemplo ſatis conjicio, id non minùs licitum fuiſſe ante diluvium: quia par erat propagandorum individuorum neceſſitas, nec ullam Monogamiæ* (lege Polygamiæ) *permiſſionem poſt diluvium legimus, ſicut nec anteà.*

An fingendæ ſint obligationes?

Huc ſpectat illud Patris Villalobos Prothcorema, videlicet, *A mi ſo me haze muy difficultoſo condenar a nadie de peccado mortal, no ſiendo el derecho muy claro.*

Ecce in Majori totam noſtram Dialexim, *de Non-Certitudine* ad συνάψιν reductam; hanc enim tota illa Majorem fusè ratione & authoritate perſuadet.

Minorem negabit Acacius oſtendens Deum diſpenſaſſe cum Veteribus Patribus; inquit enim *Los Padres del Viejo Teſtamento, ſi tuvieron muchas Mugeres, fuè porque diſpensò Dios con ellos como dize Innocencio III.* cap. Gaudeamus: de divor-

An reverà cum Veteribus Patribus diſpenſaverit Deus?

tiis, *y prueba muy bien Bellarmino* libr. 1. de Matrim. cap. 11. *contra algunos que dezion, que no les era licito, ſino ſolo permitido. Deveſe advertir, que eſta Diſpenſacion no ſe les fuè concedida exteriormente, de palobra, o por alguna eſcritura; ſino que ſolo ſe hizo por revelation interior a los Patriarchas, por cuyo exemplo y coſtumbre* (1) *ſe derivò a los demas, como enſeña Santo Thoma* in 4. diſt. 33. quæſt. 1. art. 2. *La cauſa de eſta diſpenſacion fue la multiplicacion del Pueblo de los Fieles* (2) *mas no ſe eſtendiò eſta diſpenſacion a los Gentiles; y aſſi pecturian, ſi uſaſſen de la Polygamia, ſi no ſe eſcuſaban por la ignorantia, como dize el P. Maeſtro Soto* in 4. diſt. 33. quæſt. 1. art. 2. *y Henriquez* libr. 11. de matrim. cap. 2. num. 3. *&c.* At quia nihil adducit Acacius præter Innocentii *III.* authoritatem, notandũ eſt Merſennum *ubi ſupr. column.* 1475. ad authoritatem Nicolai Papæ contra ſe adlatam reſpondiſſe. *Pontifex ibi loquitur ut Doctor particularis, qua propter ejus opinio non præjudicat.* Manebit igitur in ſua opinione. Tu verò, quia præceptum de unica uxore ex ipſa inſtitutione Matrimonii colligitur, & de interna aut externa diſpenſatione non conſtat, me judice probabiliùs procedes, ſi illos Veteres Patres ob invincibilem ignorantiam excuſes.

1) Conſuetudo quæ in uno loco eſt rationalis, in alio loco irrationabiliter admittetur, ſi deſit cauſa.

2) Quæ facta fuit Patriarchis diſpenſatio, infidelibus proceſſo nequit.

Aliquando Pontifices ut Privati Doctores propoſitas controverſias decidunt.

Littra C.

An, & quo modo Lamech Cainum occiderit?

PErgo ulteriùs, & Caini illam hiſtoriam recognoſco, quam objiciebant Adverſarii. Illam ſanè deſumunt ex Lectione Canonica, ſed ſupponendo ineptas inſulſaſque Rabbinorum fabulas, quas ita interdum ornant, etiam Virorum Illuſtriũ aſſenſum, & approbationem extorqueant. Cainum tandem fuiſſe à Lamecho occiſum Hebræi aſſerunt, & inter alios, ipſi etiam Hieronymo perſuaſiſſe videntur, in epiſtola enim CXXV. quæ inſcripta Papæ Damaſo, Sanctus Doctor ſic inquit. [De eo autem quod *Aquila poſuit*, ſeptemplicitet; & Symmachus, *hebdomas*, ſive *ſeptimus ulciſcetur*, Majorum noſtrorum ſententia eſt, quod putent in ſeptima generatione à Lamech interfectum Cain.] Sic tradidere Hebræi, quos neſcio cur Hieronymus *noſtros Majores* nominat, [*] & ut videantur veriſimilia dicere κατασκεύασμα ſuum his pigmẽtis exornant. [Erat Lamech venator: & ut feram transfigeret, fuit ad montem egreſſus. A puero inter dumeti frondes ſtabulari cervum monitus, ſagittam exploſit, & hominem ibi laborantem confodit (fuiſſe enim cœcum in ſenectute R. Salomon aſſerit: alii autem cœcutientem). Ut errorem advertit, furore percitus, palmis puerum cecidit & occidit. Et hoc dicunt ſignificari illis verbis; *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in livorem meum.* Condonemus, & tranſglutiamus hoc, licet male conditum. Sed unde colligunt Rabbini virum illum, quem ſagitta confixit, fuiſſe Cainum? Hoc verba ſequentia non innuunt: nam Lamech, ſi occidiſſet Cainum, debuiſſet dicere; *Septupla ulcio dabitur de Caino: ego igitur qui illum unica ſagitta confixi, ſeptem transverberabor.* Sed dixit, *ſeptuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties*: quod ſenſum diverſum importat. Ergo dicendum eſt cum multis Latinis Cainum non fuiſſe à Lamecho interemptũ: cum, quia hoc nec exprimitur, nec innuitur in Sacra Scriptura: tum, quia viri iniqui non dimidiant dies ſuos; & Cainus, ſi occiſus a Lamecho fuiſſet, veniſſet ad nimiã ſenectam. Adami Genealogiam, quoad gradus neceſſarios proponamus.

*] Forte D. Hieronymus habuit aliqua Veterum Patrũ teſtimonia aſſerentia Cainũ fuiſſe à Lamecho interemptum.

An fuerit cœcus? an ſaltem cœcutiens?

Oſtenditur hæc eſſe à Rabbinis cogitatam hiſtoriam.

Vita longa eſt prærogativa à Deo Viris ſanctis conceſſa.

Adami per neceſſarios gradus texitur Genealogia.

			Ann.M.
ADAM		130	130. *a*
Cain.	*Seth.*	205	205. *a*
			335. *m*
Henoch.	*Enos.*	190	190. *a*
			525. *m*
Irad.	*Cainan.*	170	170. *a*
			695. *m*
Maviael.	*Malaleel.*	165	165. *a*
			860. *m*
Mathuſael.	*Iared.*	162	162. *a*
			1022. *m*
Lamech.	*Henoch.*	165	165. *a*
	Summa.	1187	1187 *m*

Exponitur Tabella præcedens

Correſpondent hi numeri LXX. Interpretibus, quos Nicephorus, & Euſebius ſequuntur. Et in hac Genealogia quatuor Columnas reſpicis. Prima exhibet poſteros Caini per ſuos gradus, & annos non determinat, nam illos Moyſes meritò numerare non voluit: ſecunda poſteros Sethi per ſuos gradus proponit. Tertia determinat ætatis annum, quo unuſquiſque Patriarcha, genuit Patriarchã ſequentem. Quarta & ultima habet eoſdem numeros affectos litera *a*, quæ *ætatem* ſignificat, interſeruntur que in ipſa alii numeri, ſub litera *m*, qui determinant, quo anno *mundi* Patriarcha immediatè præcedens Patriarcham immediatè ſubſequentem genuerit.

Porrò non merebatur linea Cain tantã diligentiam ut anni illorum, qui in illa erant, recenſerentur: ad nihil enim hæc Hiſtoriographo diligentia ſerviret, ſiquidem

In Caini poſte-ris Moyſes non enumerat annos. Et cur? Illi per analogiam pluſ minus colliguntur ex Sethi poſteris

dem in diluvio perierunt univerſi. Interim, quia mudò de ætate Caini diſſeritur: ne nimium abludamus à vero, generationes à Caino, ſicut à Setho per ſimilia annorum intervalla proceſſiſſe veriſimiliter ſupponamus. Henochus, ababnepos Sethi correſpondet Lamecho, & natus eſt anno Mundi 1022. Ergo Lamechus abnepos Caini natus eſt eodē anno Mundi, vel circa. At anno Mundi 15. natus fuit Cainus. Numeraret ergo annos 1007 cum naſcebatur Lamech. Erat tunc ætas communis hominum 900. annorum. Ergo, ſi in ſenectute ſua hoc Lamechus homicidium commiſit, occidiſſet Cainum, annum ſuæ ætatis 1600. plus minus numerantem. Et quis hoc credat, cum Mathuſalah, quo nemo diutiùs vixit, morbo diem ultimum clauſerit, anno ætatis ſuæ 969?

Quomodo perierit Cainus?

Sed quomodo periit Cainus? Non illum dignum judico, ut propter ipſum multos Authores legam. Qui in diluvio eum periiſse aſſerunt, obnoxii fiunt rationi, quam proponebam: non enim videtur poſſibile ut ſceleratiſſimus atheus, & fidelium inimicus acerrimus, tamdiu vixerit. Accidit totius Mundi inundatio anno 1656. David Origanus *in Ephemerid. Introduct. lib. 1. cap. 1. pag. 9.* [Noach, cum ageret annum 600. cœpit Diluvium, eodemque completo deſiit: unde ſumma eſt annorum 1656. completorum, à condito mundo ad cataclyſmi finem: quam & Hebræi amplectuntur.] Numeraret ergo tunc annos 1641 (nam anno Mundi quinto decimo eſt natus) & quis crederet eò uſque perventurum fuiſſe. Ergo dicendus eſt ſuo morbo extinctus, & iviſſe ad gehennam, ut ſuo malo experiatur, an ſint pœnæ conſtitutę pro improbis, quas ſuos ipſe poſteros nullas eſſe docebat. Conſono Merſenno *in Geneſ. cap. 4. verſ. 23. columm.* 1718. dicenti. (Quomodo, & ubi Cain occiderit, vix credo ſciri poſſe, ne conjici quidem probabiliter: cùm enim in ſua civitate Henochia permaneret, gratis dicitur in ſylvam proceſſiſſe captandi frigoris (*) cauſa, & inter arborea denſiſſimas conſediſſe, ubi cùm feram latitare crediſſet Lamech, tiravum occiderit: quapropter Theodoretus hic, quęſt. 44. mavult alium à Caino occiſum fuiſſe; cui Author quæſtionum Vet. & Nov. Teſtam. ſuffragatur, qui tamen parvæ eſt authoritatis ob errores, quos ibi miſcet. &c.)

An in diluvio ſubmerſus fuerit?

*) Quod hic Merſennus frigidè, benè Hiſpanus exponit dicens, *Fulano ſalio à tomar el freſco*, non autem *a tomar el frio*. Et ſimiliter Italus dicendo, *Il tale andò à pigliare il freſco*, non autem, *à pigliare il freddo*.

An Lamech fuerit homicida?

Quod Lamech occiderit aliquem hominem (ſi non Cainum, alium) videtur probari ex Hiſtoria. Illum tamen Onkelus & Aben Ezra ab homicidæ nota emaculant, & per diverſas vias procedunt. Supponunt exoſum fuiſſe uxoribus, & ab illis timuiſſe, ne fortè cognatorum operâ ſuæ vitæ præpararent inſidias;

Et hinc Onkelus ait loquuutum eum interrogativè, & ut Merſennus *ubi ſupr. columm.* 1717. ſuſpicatur dixiſſe. *An ego virum occidi ſicut Cainus? aut innocentem puerum, qualis fuerat Abel, ut mihi malū creare velitis? Tamen licèt id fecerit Cain Deus minatur ingentia ſupplicia ei, qui eū occiderit. Cavete ergo ne me Caino juſtiorem interficiatis, alioquin longè graviora ſupplicia vos manebunt.*

An ejus verba accipienda ſint interrogativè?

Præteritum more Hebræo pro futuro eſſe poſitū (nempe הרגתי haragthi *occidi*, pro אהרג ehcrog, *occidam*) δωντιχῶς, aſſerit Aven Ezra. Et non eſt hoc Linguæ Hebraicæ ſpeciale, nam ſæpe Græci præteritum aut aoriſtum uſurpant pro futuro adjecta particula ἂν. Ergo ad hujus Rabbini mentem Lamechi verba ſunt, *Audite benè, quæ vobis dico. Vxores Lamech eſtis, non dominæ; obedire & non imperare, nec ſicarios concitare debetis. In me enim ſiquis movere manum audeat, vir ſit aut adoleſcens, occidam virum in vulnus meum & adoleſcentem in livorem meum.* Et vocat *vulnus ſuum* (*livorem ſuum*) quod inflicturus erat.

Præteritum pro futuro apud Hebræos frequenter ponitur, & apud Græcos aliquando ponatur?

Vatablus, non accuſat uxores, ſed aſſerit eas, quia illum amabant, periculum, in quod ſeſe conjecerat, ſeriò admonere, ut illum à morte ſubducerent. Ejus verba ſunt hæc: [Sanguinarii homines, ut aliis ſunt terrori, ita paſſim omnibus ſunt exoſi. Propterea terrebat uxorea Lamech, mariti violentia, toti humano generi intolerabilis; ne facta conſpiratione eum opprimerent: & de hac re admonuerunt maritum; qui tantum abfuit, ut blanditiis uxorum mitigaretur, fœvus & ferox; ut potiùs ſe magis ad crudelitatem acueret, ac confirmaret, adeò ut uxoribus patefaceret crudelitatem ſuam, jactando, ſibi ſatis animi eſſe roboris & violentiæ ad fortiſſimum quemque hoſtem occidendū, ſiqui ipſum aggredi auderent, ac ſi dicat. *Si à quoquam, etiam Viro fortiſſimo, vel ab adoleſcente, qui viribus valet, vulnus acciperem, illum interficerem. Non eſt igitur, quòd mihi vobis, aut liberis veſtris timeatis*, videbat enim uxores ſuas triſtes &c.

An illa Lamech verba per arrogantiam non aſſertivè, ſed tantùm hypothetice dixerit?

Stat ergo totum hoc argumentum, licèt ſub initium robuſtum apparuerit, corruere nec poſſe jam Mentalium Reſtrictionum Defenſores ullo modo juvare: nam, ſi Cain non fuit occiſus à Lamecho, ceſſant omnia, quæ ibi adducuntur.

Ruit Adverſariorū Objectio.

Et hic obiter nota, opinionem communem, quæ aſſerit, Cainum fuiſſe primum, qui in infernum prolapſus, non eſſe

An primus, qui in infernum lapſus, fuerit Cainus?

 cer-

Digitized by Google

certam. Primus infidelis ipſe fuit, & infidelium progenitor, magiſterque; ſed non videtur impoſſibile, ut aliquis ejus filius, aut nepos, ante illum fuerit mortuus, & ut D. Franciſcus de Quevedo loquitur, *huvieſſe gañado la palmatoria en el Infierno*.

℞. AD PROB. III.

De verbis Abrahæ. *Loquutus eſt æquivocè. Neminem potuit fallere, at licitè potuit ponere media, quibus alii ſemetipſos deciperent. De homine paupere, qui vult cenſeri dives. De Confeſſario, qui Pœnitentem non abſolvit, & tamen facit, ut circumſtantes exiſtiment illum fuiſſe abſolutum.*

Vbi peregrinabatur Abrahã dicebat Saram eſſe ſororem ſuã.

VOluiſſe Abrahamum, ut alii neſcirent Saram ſuam eſſe uxorem certum eſt. Pererius. [*Ex quo tempore Abraham diſceſſit è patria ſua, cum apud extraneas atque ignotas gentes peregrinaturus eſſet, conventum ipſi cum Sara eſt, ut diſſimulato conjugio, ſororem ſe ejus diceret. Hoc ſuum antiquum conſilium aperuit Abraham Regi Abimelech, ut hoc ipſo capite paulò infrà legitur.* Poſtquam, *inquit Abraham*, eduxit me Deus è domo patris mei, dixi ad eam, Hanc miſericordiam facias mecum. In omni loco, ad quem ingrediemur, dices, quod frater tuus ſim. *Ergo non ſolùm apud Egyptios & Palaeſtinos talis diſſimulationis artificio uſus eſt, verum etiam apud alias gentes. Scriptura tamen hujus facti Abrahæ non meminit niſi in Ægypto & Palaeſtina; ſcilicet, propter memorabilem caſum, qui in utroque loco, & utrique Regi, tam Ægyptiorum, quàm Palaeſtinorum, contigit.*] Timebat Abraham, ut qui Saram eſſe uxorem ſuam putarent, ſe occiderent; dicebat enim, *Fortè non eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me propter uxorem meam.* Vt hunc finem conſequeretur, opportunum medium erat, ut illi Saram ejus ſororem eſſe crederent. Obtinuit dicens *Soror mea eſt*. Vſus itaque eſt Oratione ambigua, quæ duos haberet ſenſus; verum, falſum: & ipſe illam in vero, licèt minùs obvio, & communi uſurpavit; deſiderans, ut in communiori, qui erat falſus, à Gerarenſibus acciperetur.

An fuerit mentitus?

Cur Saram ſuã eſſe ſororem Abrahamus dixerit?

An fuerit loquutus æquivocè?

Sanè hæc Propoſitio *Soror mea eſt*, præſcindendo ab omni Reſtrictione Mentali, eſt amphibolologa; nam, vel primi gradus lineam tranſverſalem ſignificat, vel ſecundi vel tertii. Hanc duplicem ſignificationem vox *Soror* ab hominum placito, & externo loquendi uſu, non autem ab aliquo mentis actu nuta nota extrinſeca ſignificato, ſortita erat. Hanc autem propoſitionem Abraham in ſenſu vero protulit. Ergo mendacii incuſari non poteſt. Prævidit, optavit, aut, ſi velis intendit, ut Gerarenſes ſe nõ benè intelligerẽt. Quid autem mali? illi enim ſine peccato allucinabantur, & ille non habebat obligationẽ explicatiùs loquendi.

Poterit & aliquis dicere nomina *Frater*, aut *Soror* non eſſe æquivoca, ſed univoca; & Abrahamum genericè loquutum, & idcò non peccaſſe: non enim mentiretur, qui diceret, *Homo eſt animal*, ſi ipſe vocem *animal* genericè ſumeret, etſi prævideret ab Auditoribus pro irrationali accipiendam.

An voces Frater & Soror univoca ſint, univerſimque & abſtractim ſumantur?

IMmo (& hanc addo doctrinam, nam ſæpè debebit adſumi) aliud eſſe *proximos fallere*, & aliud *procurare, quod ipſi errent*; primum enim incriminamur paſſim, & ſecundum toleramus ſemper, & etiam aliquando laudamus. Pono exemplum clariſſimum. Thecam ferream, in qua nil prorſus habet, in penetrali collocat; ſumma illam claudit diligentia; &, ſi velis, adde etiam adhibere cuſtodes. Et, quis erit in mundo, qui has diligentias videns, aut diſcens, non judicet, pretioſum in arca illa contineri theſaurum? Si Petrus diceret, *Ego in hac ferrea theca magnam aureorum vim conſervo*, mentiretur. Si id ſignis aſſereret, mentiretur ſimiliter. At illas adhibendo diligentias, nihil prorſus affirmat, ſed ita ſe vult habere & procedere, ac ſi in illa theca res pretioſas haberet; & hoc ipſi nulla lege humana, aut divina interdicitur. Si alii errent, ſibi imputent. Ipſi errando non peccant. Et quod ipſi ſine peccato poſſunt facere, poterit Petrus, ut fiat ab eis, deſiderare.

Additur neceſſaria & communis doctrina.

De homine paupere, qui ſimulat ſe divitem eſſe.

An mentiatur & peccet?

Firmo hanc doctrinam caſum certum, & indubitatum proponens. Non poteſt dicere Confeſſarius, *Audivi peccata Petri, ſed illum non potui (aut non volui) abſolvere*: quia violaret Sacramentale ſigillum: Ergo, ſi audiat coram multis, ut ſolet, pœnitentem, quem non abſolvit, illum ita debet dimittere, ut nõ percipiant circumſtantes, illi fuiſſe abſolutionem negatam. Ergo debebit dicere illa verba, quæ ad formam & veritatem Sacramenti non pertinent. Et cur? Vt putent circumſtantes, illum fuiſſe abſolutum. Ergo generaliter loquendo, *Quando effectus poteſt provenire à duabus cauſis, potero illum ex una mihi utili ponere, deſiderans quod allucinentur & errent alii, exiſtimantes poni ex altera*. Et hoc ſemper intellige, quando

De Presbytero, qui ſine abſolutione Pœnitentem dimiſerit.

An teneatur ita procedere, ut non ſcandalizentur circũſtantes: adeoq; ita, ut exiſtiment illum fuiſſe abſolutum?

do illi errare & adlucinari poſſunt ſine peccato; ſi enim error illos in aliquod peccatum induceret, non poſſes optare, ut errarent.

℞. AD PROB. IV.

De verbis Iacobi ad Iſaacum. *Oſtenditur nec in illis* Ego ſum Primogenitus; *nec in illis*, ſum Eſau *&c.* Feci ſicut præcepiſti mihi. *&c.* Comede de venatione mea; *nec in cæteris fuiſſe mentitum*.

IN Iacobi Hiſtoria multæ ſunt circumſtantiæ, quæ utiliter noſtra Haplotes expendet.

Erat Rebecca ſterilis.

Primò enim miraculoſa fuit genethlia, quoniam *Gen.* 25.21. hæc habentur. *Deprecatuſque eſt Iſaac Dominum pro uxore ſua, eo quod eſſet ſterilis; qui exaudivit eum, deditq; conceptum Rebeccæ.*

Concipit miraculosè.

Multos cruciatus patitur.

Tempore quo uterum geſſit, illa tam moleſta συμπτώματα perpeſſa eſt, ut exclamarit dicens, *Si ſic mihi futurum erat quid neceſſe fuit, me concipere?* Vt autem Rebeccam anxiam & afflictam conſolaretur Dominus, ait: *Duæ gentes ſunt in utero tuo & duo populi ex ventre tuo dividentur; populuſq; populum ſuperabit: & major ſerviet minori.* Et quærunt hîc Expoſitores, an Rebecca ἀποκάλυψιν hanc revelaverit marito ſuo. Ratio, quæ ex generali mulierum genere, & quæ ex adjacentibus circumſtantiis deducitur, affirmare videtur: at Iſidorus Clarius *in cap.* 27. negantibus adhæret; inquit enim. *Et hinc licebit advertere, quod Rebecca non revelaverat ei prophetiam, quam à Domino didicerat; nempe quod major ſerviret minori, aliàs enim non dixiſſet Iſaac filio ſuo, quē putabat eſſe Eſau, eſto dominus fratrum tuorum, & incurvenatur ante te filii matris tuæ.* Et hinc obiter colliges, humanam voluntatem ita eſſe in Dei manibus poſitam, ut libertate illæſa tandem factura ſit, quod Deus decreverit. Quo Iſidorus Clarius reſpiciens illa Iſaaci verba, *Quis? ubi ille?* hoc ſcholio dilucidat. *Quis eſt ille, & ubi eſt ille, qui ante te hic fuit, & ſubripuit benedictionem quam tibi dare deſtinaveram? Et quidem video, Deum in hac re ſuo æterno & inſcrutabili conſilio longè aliud diſpoſuiſſe, ut etiam ſi ego nollem ille benedictionem aſſequatur.*

Habet à Deo Revelationem.

An eam marito ſuo manifeſtaverit?

Illæſa humana libertate ſuos fines conſequitur Omnipotentia.

Eſavi & Iacobi nativitas.

Iacobi & fratris ejus Nativitatem recenſet Sacra Pagina his verbis. *Iam tempus pariendi advenerat, & ecce gemini in utero ejus reperti ſunt. Qui primus egreſſus eſt, rufus erat & totus in morem pellis hiſpidus; vocatumque eſt nomen ejus* עשו *Eſau. Protinus alter egrediens, plantam fratris ſui tenebat manu; & idcirco appellavit eū* יעקב *Iacob. Sexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt ei parvuli.* Eſau à radice עשה *Aſa*, quæ eſt *facere*, tanquam Factor, ſeu miniſter vocatur: nam & hodie *Factores* ſuos miniſtros in Germania & Italia mercatores appellant. Præterea *acab* eſt *calcaneus*, *planta pedis*, unde *Iacob* vocari potuit, tanquam irriſor & ſupplantator; quamobrem, qui totam hiſtoriam bene percalleat illi poterit dicere,

Nominum derivatio.

Quis Factor ſit?

Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem,
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

An Iacob proceſſerit contra dictamen?

Profectò in benedictionis ſubreptione videtur Iacob contra mentem dictamenque proceſſiſſe; matri enim ſuadenti, ut ſe eſſe Eſavum fingeret, reſpondit, *Noſti, quod frater meus homo piloſus ſit & ego (*) levis; ſi attrectaverit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducam ſuper me maledictionem pro benedictione.* Et quidem, qui in hac hiſtoria Iuſtitiam à Veracitate diſtinguat, & à Regula Quinta monitus voluerit dicere, nullam injuriam fratri ſuo intuliſſe Iacobum, ſed matris ſuaſu leve cōmiſiſſe mendaciū, ſe à magna difficultate ſubducet; & Scoto *in* 3. *diſt.* 38. Nicolao de Lyra *in cap.* 27 *Geneſ. verſ.* 18. Toſtato *ibid. quæſt.* 4 Adriano *quodl.* 1. *in reſp. ad* 3. Lippomano *in catena in Geneſ. ſuper hunc locum*, & aliis viris doctis ſubſcribet. Hac in re anceps & varius eſt Pererius, quoniam *loc. cit. diſp.* 4. *pag.* 56. *b.* dixiſſet (Hanc ego ſententiam (quæ Iacobum fuiſſe mentitum aſſeverat) non ſolùm probabilem eſſe cenſeo, verùm etiam cum Sacra Hiſtoria (quod attinet ad literalem ſenſum narrationis Moſaicæ, quæ traditur hoc loco) maximè congruētem. Atque eam ipſe toto penitus aſſenſu complecterer, niſi me quaſi manu retraheret plurimorum, maximorumque Doctorum reverentia, qui pro defenſione & purgatione Iacobi à mendacio pugnarunt acerrimè.) Scribit poſteà *diſp.* 5. *pag.* 59. *a.* [Ego non diſſimulabo ſenſum animi mei, nam ut non inficior dictum illud Iacob, *Ego ſum Eſau*, in quo uno ad verum ſenſum interpretando, purgandoque à mendacio Doctores laborarunt, ſatis commodè in verum ſenſum redigi poſſe; ita fateor, duo alia ejuſdem Iacob dicta, *Feci ſicut præcepiſti mihi*, & *Comede de venatione mea* perdifficulter ad Veritatis ſententiam accommodari poſſe.] Severiùs loquitur Cajetanus, qui illa verba *Ego ſum Eſau*, mendacii manifeſti condemnat; inquit enim, [Si dixiſſet *Ego ſum Primogenitus*

**) Legendumne ſit lenis, an levis?*

An fuerit mentitus Iacob?

An mentitus fuerit dicendo ſe eſſe Primogenitum?

An etiam in aliis verbis?

An præcipuè dicendo ſe eſſe Eſavum?

tuus,& non addidiſſet illud *Eſau*, excuſaretur,quia emeret Primogenituram: ſed dicendo, *Ego ſum Eſau*, inexcuſabilis videtur à mendacio officioſo.] Et mox illa Iſaaci verba, *Tu es filius meus Eſau?* dilucidando,ait,[Iuxta Hebræum legitur, *Tu ipſe filius meus Eſau*, nihil dicens de Primogenitura: ſciens quod Iacob emiſſet illam: ex induſtria ſiquidem interrogationem reſtrinxit ad perſonam Eſau. Quo circa reſpondens Iacob, *Ego ſum*, inexcuſabilis fuit à peccato officioſo. Intentio igitur Iacob bona fuit: ſed loquutio mala moraliter fuit.

An Iſaac ſerverit Iacobo primogenituram debitam?

NOS interim dicamus duo. ALTERUM, *Benedictionem illam Iacobo fuiſſe debitam*: *Alterum*, *Nullum in verbis ejus mendacium reperiri*.

Deus rerum & jurium omnium dominus.

Illud prius evidenter oſtenditur: Deus enim omnium eſt regnorum & majoratuũ dominus, & dare poteſt, & transferre dominia. Ergo ubi dixit Rebeccæ, *Major ſerviet Minori*: etiam Iacobo dixit, *Eſto dominus fratribus tuis*, *incurventque ſeſe tibi filii matris tuæ*. Et hanc ob rem *verſ.* 24.ut benè paulò ante notabat Cajetanus, utrum ille quicum loquebatur,ſit Eſavus? interrogat: de Primogenitura nihil dicens. Hanc Hiſtoriam reſumit S. Paulus, & in Epiſtolæ ad Romanos capite nono (ſi ſtemus P.Dorothei Loëffi Paraphraſi) ſic inquit. [Sunt (Iudæi) cognati mei ſecundum carnem, habentque multæ præcellentiæ præ Gentibus argumenta; præſertim,quod Chriſtus ex iis ſecundũ carnem natus fuerit. Non tamen putandum, Divinam promiſſionem eſſe eventu ſuo fruſtratam: nam non omnes ex Iacobo, aut Abrahamo ſecundum carnem geniti,computantur in ſemine, cui facta eſt promiſſio; Iſmael enim, licet ex Abrahamo ſecundum carnem natus eſſet, non tamen fuit computatus in ſemine Abrahæ, ſed Iſaac, qui ex promiſſione Divina ei natus eſt. Item, cum Iacob & Eſau ex eiſdem parentibus, eodem tempore concepti,nec dum eſſent nati,ne quidquam egiſſent boni aut mali (ut Decretum Dei, quod erat ſecundum electionem, firmum maneret) Deus, non ex illorum operibus, ſed ex gratuita ſua voluntate, Minorem prætulit Majori, & illum dilexit, hunc odio habuit. &c.] Et inferiùs [verba illa, *Major ſerviet Minori*, *& Iacob dilexi*, *Eſau autem odio habui*; verius eſſe, de his ſingularibus perſonis intelligi debere, affirmat: additque per *dilectionem* intellexiſſe Apoſtolum electionem Iacobi ad hæreditatem ſpiritualem ſemini Abrahæ promiſſam formaliter vel conſequutivè.] Ita ille in Theſibus defenſis Lovanii 15. Iunii 1640.

Verba hæc ex Hebræo deducuntur.

Expenditur S. Pauli mens.

Chriſtus ex Iudæis.

Antequam quidquam boni aut mali egerint à principio, Iacobum dilexit, Eſavũ autem odio habuit. *Quid importent hæc verba?*

Et, ut poſterius etiam verum eſſe perſuadeam, verba omnia Iacobi oportebit proponere. [Rogatus à patre, Quiſnam eſſet? reſpondit, *Ego ſum primogenitus tuus Eſau*. *Feci ſicut præcepiſti mihi. Surge & comede de venatione mea*, *ut benedicat mihi anima tua*. Et petenti, Quo modo venationem tam citò invenire potuerit? ſubjunxit, *Voluntas Domini Dei tui fuit*, *ut citò mihi occurreret*, *quod volebam*. Et cætera ad hæc poſſint reduci.

Proponuntur Iacobi verba, quæ poſſunt in examen vocari.

Sanè illa verba, *Ego ſum primogenitus tuus* vera ſunt, & in hoc Expoſitores difficultatem non reperiunt: duobus enim aſſerunt titulis Primogenitum fuiſſe, cum quia eum inſtituerat primogenitum Deus; tum, quia frater illi vendiderat primogenituram. Tu ex his duabus rationibus priorem elige, quoniam ſub illud tempus Sacerdotium Primogenituræ adhærebat, quod Eſau nec licitè,nec validè vendidit. Quod non benè Theodoretus *qu.* 80. *in Gen.* perpendiſſe videtur, Iacob enim jure emptionis Primogenituũ accenſet, quam debebat jure inſtitutionis Divinæ; inquit enim. *An non eſt Iacob mentitus*, *cum dixit*, Ego ſum Primogenitus tuus Eſau? *Minimè verò*. *Emerat enim ille privilegia Primogenituræ ab Eſau*. *Verè igitur ſe ipſum appellabat Primogenitum*. Eamdem viam inivit S.Gregorius *homil.*6.*in Ezech.* Sed tu, ut dicebam, Iacobum fuiſſe Primogenitum aſſere, & ut probes, non ad emptionem, ſed ad Divinam Inſtitutionem recurre: & adde Eſavum non potuiſſe Primogenituram vendere, Iacobum verò ad redimendam vexationem in emptione illa proceſſiſſe, & ſic Iſidorum, Bedã, Rupertum & alios hunc locum Gen. interpretantes: itemque Innocentium III. *cap. Gaudeamus de divortiis*. Gratianum 22.*qu.*11.*cap. Quæritur*. Alexandrum Halenſem 2.*p.q.*139.*membr.*6.S.Thomam 2.2.*qu.*110.*ar.*3.Magiſtrum Sententiarum *in* 3.*diſtinct.*38.& alios Scriptores intelliges.

An, & cur Iacob conſeatur Primogenitus?

Valeat & ejuſdẽ res illicitè poſſit eſſe venditio, & emptio, ſi ad redimendã vexationem, licita. Exemplũq; ponit Acatius in Parocho, qui Sacramẽta vẽderet, & non, niſi recepta pecunia vellet infantes baptizare.

Et hic obiter poſtulat Eruditio, ut exponamus, *Quænam illæ lentes fuerint*, *quarum Iacobus pretio emit Primogenituram?* Conſtat non fuiſſe noſtris ſimiles; nam erant rubræ, & viridem albeſcentem affectant. Sunt autem in India, & Orientali Mundo aliæ, quæ ſicut colore, ſic & ſpecie à noſtris differre videntur. *In Muſæi Wormiani lib.*2.*cap.*28. *pag.*206. ſic lego. *Lenticula rubicũda ab aliis minoribus lenticulis figura non differt*, *ſed ſolo colore rubicundo*. *Hic verò locum obtinet*, *quia quidam exiſtimant*, *eam eſſe lenticulæ ſpeciem*, *ex*

De lentibus, ex quibus Iacobus pulmentum cõdiverat.

An fuerint ab Europæis diverſa?

ex qua rubrum coctum pulmentum, quo Eſau Primogenituram ſuam Fratri vendidit, Gen.25,30.& ſeqq.

Factor in re Oeconomica eſt Supremus Miniſter.

An Iacob in domo paterna fuerit Factor?

Etiam illa *Ego ſum Eſau*, ſunt vera; nam עשו propriè & appellativè poteſt ſumi: propriè ſoli conveniebat Eſavo; at appellativè eſt *Factor* Ital. *il Fattore*; &, quia Eſaus erat venator, & agreſtis, Iacobus ſerviebat domi, & tanquam Factor, ſeu Miniſter patris gubernabat familiam. Audiamus ergo Auguſtinum, qui *qu. 74. in Gen. & libr. 16. de Civit. Dei, cap. 37.* aſſerit hanc Iacobi loquutionem fuiſſe figuratã; unde, tametſi in Grammatico ſenſu poſſet incuſari mendacii, in Rhetorico & Figurato, qui ab Spirituſancto intendebatur, erat verax & innocens. Similia reponit *tom. 4. cap. 10. poſt init.* ſic enim ait.

Loquutiones figurata non ſunt mendacia.

Quo Iacobus modo à nota mendacii excuſetur?

[Iacob quod matre fecit auctore, ut patrem fallere videretur, ſi diligenter & fideliter attendatur, non eſt mendacium, ſed myſterium. Quæ ſi mendacia dixerimus, omnes etiam Parabolæ ac Figuræ ſignificandarum quarumcumq; rerum, quæ non ad proprietatem accipiendæ ſunt, ſed in eis aliud ex alio eſt intelligendũ, dicentur eſſe mendacia: quod abſit omninò; nã qui hoc putat, Tropicis etiam tam multis locutionibus omnibus poteſt hãc importare calumniam: ita ut hæc ipſa, quæ appellatur *Metaphora*, hoc eſt, *de re propria ad rem non propriam verbi alicujus uſurpata translatio*, poſſit iſta ratione mendacium nuncupari. Quæ ſignificantur enim utique ipſa dicuntur: putantur autem mendacia, quoniam non ea quæ vera ſignificantur, dicta intelliguntur: ſed ea, quæ falſa ſunt, dicta eſſe creduntur. Hoc ut exemplis fiat planius, idipſum quod Iacob fecit, attende. Hœdinis certè pellibus mẽbra contexit. Si causã proximã requiramus mentitũ putabimus: hoc enim fecit ut putaretur eſſe qui non erat. Si autem hoc factum ad illud propter quod ſignificandum revera factum eſt, referatur, per hœdinas pelles, peccata; per eum verò, qui eis ſe operuit, ille ſignificatus eſt, qui non ſua, ſed aliena peccata portavit. Verax ergo ſignificatio nullo modo mendacium rectè dici poteſt: ut autem in facto, ita & in verbo. Nam cum ei pater dixiſſet: *Quis es tu fili?* ille reſpondit, *Ego ſum Eſau primogenitus tuus*; Hoc, ſi referatur ad duos illos geminos, mendacium videbitur: ſi autem ad illud, propter quod ſignificandum iſta geſta dictaque conſcripta ſunt, ille eſt hic intelligendus in corpore ſuo, quod eſt ejus Eccleſia, qui de hac re loquens, ait: *Cùm videritis Abraham, & Iſaac, &* Iacob, *& omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras*. Et, *Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei*. Et, *Ecce ſunt noviſſimi, qui erant primi: & ſunt primi, qui erant noviſſimi*. Sic enim quodammodò minor majoris primatum frater abſtulit, atque in ſe tranſtulit fratris. Cum igitur tam vera, tamque ſignificantur veraciter, quid hic debebit putari factum, dictum-ve, mendaciter.] Hæc omnia Sanctus Pater. Et eſt conſtans in hac expoſitione, nam eam ſæpe reſcribit, & præcipuè *qu. 74. in Geneſ. & libr. contr. mendac. cap. 10. & libr. 16. de Civitate Dei. cap. 37.*

Quid ſit Metaphora?

Unde proveniat allucinatio, & figuratè dicta aliqui falſitatis cenſent?

Quid hœdinæ pelles ſignificent?

Quid Iacob illis contectus?

Quid ſignificet myſticè Primogenitura tus ab Eſavo ad Iacobum tranſlatũ

Verba in Sacra Scriptura dupliciter accipi poſſunt; Grammaticè nimirũ, & Myſticè.

Tametſi hæc S. Doctoris Expoſitio, ob reverentiam debitam ſuo Autori, non impugnetur à Theologis, non tamen eam ſequuntur, qui leges ſignificationis non rectè intelligunt. Qui autem vim ſignificationum benè percallent, docent, Vocabula, ut Auguſtinus ſupponit, realiter & myſticè accipi, & poſſe ſine mendacio dici in ſenſu Myſtico, quæ, ſi ſumerentur in reali, eſſent falſa. Et hanc doctrinam eſſe bonam clariſſimo exemplo dilucido. Stola & cætera, quæ ad ornamenta eccleſiaſtica pertinent, vocibus Grammaticè ſignificantur, & ipſamet præterea myſticè aliam rem omninò diverſam ſignificant. Vox enim *Amictus*, linteum illud, quo in Miſſa capita Miniſtrorum teguntur, ſignificat, unde cum illo induitur Sacerdos ait, *Impone Domine capiti meo galeam ſalutis.* &c. Et tamen ipſe Amictus habet Myſticam ſignificationem, ait enim Pontifex in Hypodiaconi Ordinatione, *Accipe Amictum, per quem deſignatur caſtigatio vocis*. &c. ſimiliter vocis *Manipulum* Grammatica ſignificatio ponit ob oculos zonam, qua brachium cingitur, & hæc ipſa zona, habet ſignificationem Myſticam, quam proponit *ib.* Epiſcopus dicens, *Accipe Manipulum, per quem deſignantur fructus bonorum operum*. &c. Et tandem vox *Stola*, Grammaticè ſumpta, ſignificat σατῆρα, ſeu herpetem ſiniſtrum Diaconi humerum exornantem; & hoc ipſummet ornamentum Myſticè ſignificat Gratiam, & Gloriam. Ornamentorum Epitheta, quæ colores concernunt, vocum acceptionem ſequuntur, ſi enim voces ſumantur Grammaticè, ſonant materiales eorumdem ornamentorum colores; ſi autem Myſticè, charites & prærogativas illis coloribus ſignificatas. Agitur de materialibus coloribus in Miſſalis Rubricis. §. XVIII. qui eſt, *De coloribus Paramentorum*: ibi enim dicitur, Albo colore utitur. &c. Rubeo colore utitur &c. Viridi colore utitur. &c. Violaceo colore utitur. &c. Nigro colore utitur &c. Eodem ſenſu accipiuntur verba

De Amictu.

De Manipulo.

De Stola.

Colorum nomina realiter & moraliter uſurpantur.

De Colore Albo & Nigro.

quæ

quæ Die Cinerum in Miſſali ponnontur: videlicet, *Finita Nona Sacerdos indutus pluviali violaceo*. &c. nec non ſimilia, quæ in die Purificationis reperies. Colores in ſenſu Myſtico accipimus, cum *Candidum* appellamus Lectorem; quo ſenſu Ovid. *lib.* 3. *Triſt. Eleg.* 6. cecinit

Quiq; eſt in caris animi tibi candor amicis,

Et iterum lib. 2. eleg. 2.

Gratia candori ſigna relata meo eſt.

Et etiam Myſticè *Nigredinem* uſurpat Hiſpanus cum peccatis (*) hunc colorem adtribuit. His itaq; præmiſſis progredior.

Hodie (13. Martii 1677.) celebravi Ordines Generales, & comparuerunt (ut accidere ſolet) ad Diaconatum promovendi cum ornamentis diverſorum colorum; aliis aureas ſtolas, aliis rubras, aliis virides, aut aliorum colorum appoſui, & tamen ex Pontificali Præſcripto dixi ſingulis, *Accipe Stolam Candidam de manu Dei*. &c. & exclamat Grammaticus, & hæc eadem verba mendacii certiſſimi incuſat. Inquit enim. Epiſcopus proſpectat propriis oculis Stolam hanc ex. gr. eſſe violaceam. Qua igitur ſinceritate poteſt dicere, *Accipe candidā*? & reſpondeo Grammaticam eſſe Objectionem: & dignam profectò Grammatico: quoniam, ut à D. Franciſco Borgia, Principe de Eſquilache monemur,

Con un poco de Latin
Un Grammatico atrevido,
De ſi preſume, que ha ſido
Punto menos, que Aguſtin.
Y que es ſu ignorancia el fin,
Donde toda Ciencia cabe,
Y que el mas docto le alabe,
Por lo que razona, y mueſtra,
Su Latin, llave Maeſtra,
Para entrar donde no ſabe.

Dico igitur vocem *Stola* Grammaticè, & Myſticè accipi: & in priori acceptione colores, qui illi accenſentur, eſſe viſibiles, & materiales; in poſteriori, verò eſſe inviſibiles & incorporeos. Addoque Pontificem in Diaconi conſecratione, quando dicit, *Accipe Stolam Candidam de manu Domini, adimple miniſterium tuum; potens enim eſt Deus, ut augeat tibi gratiam ſuam*; non agere de Stola illa materiali, quam ſuis corporeis manibus Diacono imponit; ſed de illa, quam tunc Altiſſimum Numen concedit; non enim dicit, *Accipe de manu mea*, ſed *Accipe de manu Dei* Et Stola hoc eſt, Gratia, quæ à Domino tunc infunditur, eſt candida. Et licet multa ſunt Teſtimonia, quibus hanc poſſem Veritatem firmare, illud unicè proferā, quod in Miſſa Calendis Novembris concinitur.

(*) Eſt pulcherrimum hoc Apophthegma. Hiſpali in Hiſpania Betica aliqui mercatores ſervos nigros, quos habebant contra leges matrimonii miſceri, ut multiplicatis filiolis haberent plures ſervos, quos venderēt. Et Caſtrus Verde, Concionator Eximius, in Veritatis Sede, contra hoc execrabile crimen exclamās, ſic inquit. *Que nos vamos al infierno por negros de nueſtros peccados, malo es; pero es intolerable, que nos queramos perder, y ir al infierno por peccados de nueſtros negros.* Et gratia in modo loquendi, Hiſpanis uſitato, conſiſtit; quādo enim ad noſtras culpas oculos convertimus, & juſtè à Deo nos affligi perſpicimus, humiliamur, & dicimus, *Eſto nos ſucedio por negros de nueſtros peccados.*

De quanam ſtola loquatur Epiſcopus in conſecratione Diaconi?

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti Stolis albis (Gratiis & ſupernaturalibus prærogativis) & (in Victoriæ ſignum) *palmæ in manibus eorum: dicentes: Salus* (qua tandem in hoc triumpho perfruimur, debetur) *Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno.*

Apocalypſ. 7.

Quid ſit in myſtico ſenſu Stola candida?

Sed cur dicit Epiſcopus, *Potens eſt Deus ut augeat tibi gratiam ſuam*, non autem, *ut conferat tibi gratiam ſuam?* Quia Majores Ordines (quidquid de Minoribus ſit) non niſi in gratia poſſunt ſuſcipi; & ne velit eſſe Iudex temerarius Epiſcopus, ſupponere debet, ordinandos eſſe benè diſpoſitos, & non prima illos gratia, ſed ſecunda, quæ in primæ intenſione & augmento conſiſtit, & auxiliis, quibus illa conſervatur, egere.

De Augmento Gratiæ & Charitatis.

Ordines debent ſuſcipi in gratia.

Et hinc ad verba Iacobi revertendo, ſcitè inquit Auguſtinus, non eum Grammaticè, ſed Myſticè loquutum fuiſſe; & ideò tametſi aliqua eorum in Grammatico ſenſu, in quo non fuerunt dicta, falſa videri poſſent; in ſenſu verò Myſtico, in quo fuerunt dicta, eſſe ſincera & vera, & nulla mendacii labe dedecorari.

Iacobi verba vera ſunt, ſi in ſenſu myſtico & ſpirituali accipiantur.

Placet hic adjungere Thomæ Anglici Reſolutionem, nam lucem dabit toti difficultati. Fuit autem Thomas Anglicus (quem aliqui propter nominum affinitatē cum Angelico Thoma confundūt) Ordinis Prædicatorum Doctor, qui ante ducentos annos floruit, & eruditiſſimè ſcripſit. Hic Locum iſtum Geneſis dilucidat & exponit his verbis.

Quis, & qualis ſit Thomas Anglus?

[Quod Iacob dixit patri ſuo, *Ego ſum Eſau*, non fuit mendacium, ſed quaſi dolus quidam ſimplicis, & fictio non mentientis, velatum continens profundum myſterium veritatis ſicut enim Chriſtus non eſt mentitus cum dixit Matth. 2. de Ioanne Baptiſta *Ipſe eſt Elias, qui venturus eſt*; Vbi Eliæ nomen non accipitur pro Perſona, ſed pro conformi officio, & virtute; Ità & Iacob verè dixit, ſe eſſe Eſau non ſecundum Perſonam, ſed ob prærogativam Iuris, & Dignitatis primogenituræ, ſibi diviniùs traditæ, & jam priùs Sacramentali emptione prometitæ. Verum eſt tamen, quod ſi iſtud non eſſet factum inſpiratione prophetica, & authoritate Divina, non ſolum excuſari non poterat à duplicitate mendoſa, ſed nec ab impietate injurioſa, & perfidioſa in proprium fratrem, nec à ſacrilegio in Deum: quia in Dei Sacramētis ſcienter immiſceri aliquid falſi, eſt ſacrilegum, & profanum. Donatio autem, & acceptio eiuſmodi

Sicut ſine mendacio dixit de Ioanne Dominus: Ipſe eſt Elias: ſic ſimiliter ſine mendacio potuit dicere Iacob, Ego ſum Eſau.

An, & cur non intulerit Iacob Eſavo injuriā?

Patriarcharum Benedictio erat quid ſacrum & divinum, & nō commune univerſis parentibus.

modi benedictionis, erat quiddam ſacrum: aliàs enim quilibet Pater potuiſſet ſuis Filiis benedictionem æqualis virtutis, & utilitatis conferre, & ſuperſtitioſum fuiſſet credere, quod propter benedictionem paternam, ſolùm humanitus factam, obtineret quis in poſterum bona temporalia, vel æterna, ſed quia nonnulli illuſores ſcripturæ dicere ſolent, Doctores noſtros excuſare à mendacio, & peccato quos volunt, & quos item volunt accuſare, attendant iſti, & intelligant, non ex noſtro ſenſu, ſed ex veriſſimo ſenſu ipſius Scripturæ prædictam excuſationem Iacob expromptam eſſe: Etenim Iacob nihil hic dixiſſe, aut feciſſe fallaciter, & mendaciter, liquido apparet ex multis. Primò ex eo, quod Pater ejus, ubi poſtmodum veritatem facti deprehendit, non ei, ut timeri poterat, eſt iratus, atque indignatus, nec datam ei benedictionem reſcidit, ſed magis etiam confirmavit, vel potius à Deo profectam, & confirmatam eſſe oſtendit, dicens: *Benedixique ei, & erit benedictus.* Deinde, quia ab initio, & uſque conceptionis illorum fratrum præſagium diviniùs factum eſt, datoque reſponſo Dei Rebeccæ, *quod minor Frater, Dei ſententia prælatus eſſet majori*, Præterea quia prædictum fuit Geneſis 25. Iacob fuiſſe Virum ſimplicem, & quietum, ideſt ſine fuco, & fallaciis, & prorsùs innocentem. Ad hæc quia ſtatim poſt hoc factum Iacob ſcriptura narrat, Deum multifariam apparuiſſe Iacob, & ampliſſimis ei datis promiſſionibus, ſingularem, atque eximiũ ſuum erga illum amorem, ac curam declaraſſe. Adjice, quod hi tres Patriarchæ Abraham, Iſac, & Iacob in tantum per omnem fermè ſcripturam, prædicantur, & magnificantur; ut Deus Exodi 3. glorietur ſe in æternum vocari *Dominum Abraham Iſac, & Iacob*, Moyſes quoque eum Deum, vehementer eum oſtentans, & adjurans, flectere vult ad Clementiam, & miſericordiam, ſingulariter eum adjuvare ſolet per iſtos Patriarchas dicens; *Recordare Abraham, Iſac, & Iacob ſervorum tuorum, quibus juraſti, &c.* ſimiliter in Iſaia, & cæteris Prophetis crebras & miras iſtorum laudes reperies. Et in pſalm. 104. de iſtis dicitur: *Non reliquit* (Deus) *nocere hominem eis, & corripuit pro eis Reges; & nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari*: Et ſicut hic vocantur *Chriſti Dei*, & *Propheta Dei*, ità Dominus noſter loquens de electis in Cœleſtem gloriam recipiendis, iſtos tres facere videtur, quaſi Principes in Regno Cœlorum dicens: Matth 8. & Luc. 13. *Multi venient & recũbent cum Abraham, Iſac, & Iacob in Regno Cœlorum.* Quid igitur mirum eſt, ſi tales, tantoſque viros, & tantopere commendatos in ſcriptura, ſtudeant Doctores, quãdo id commodè fieri poſſit, in factis, & dictis eorum ab omni mendacio, & peccato excuſare eos.)

An Theologi condemnent quos volunt, & excuſent quos volunt?

An ſubdolè præoccupaverit Iacob?

Cur Iſaac benedictionem nõ reſciderit?

Qualis fuerit Iacob?

Quinam Patriarcha ſint in Veteri Teſtamento præcipui?

Chriſti Dei, & Propheta Dei, qui?

An, & cur ſint Patriarcha à mendacio & peccato excuſandi?

Eo ſenſu, eo modo, & ejuſdem Rhetoricæ Figuræ virtute, qua Chriſtus de Sancto Ioanne dixit, *Ipſe eſt Elias*, de ſe dicere potuit Iacob, *Ego ſum Eſau*, ſcitè inquit Thomas Anglicus.

Ergo Primò ſalvari à mendacio poterit utraque Propoſitio ſi nomina illa, quæ videntur propria, tanquam appellativa ſumantur. Ergo quia אלי הו *Elu* nominatur Hebraicè, & *Elius* meliùs Latinè, Græcè autem ἥλιος, & nomen Hebraicum ſignificat *Dei fortem*, & Græcum *Solem*, hæc Chriſti verba, *Ipſe* (Ioannes) *eſt Elias* æquivalebunt his, *Ipſe eſt Dei fortis, ipſe eſt Fidelium Sol.* & Hiſpanicè, *Iuan es el valeroſo, cuyas fuerças ſon Dios, es el Sol de los Fieles.* &c. Ergo, ſi nomen עשו *Eſau* appellativè etiam ſumatur, erit *Faciens, Operans*; Hiſpanicè, *El Factor*, Qui domum & familiam gubernat. Sed id jam dixi. (Stando ejuſdem Radicis ſignificationi עשו *Eſau* erit Hiſpanicè, *Hombre de hecho: hombre para hazer y dezir.* &c.)

Nomina propria pro appellativis uſurpantur.

Quid Elias, & quid Eſau ſignificet?

Explicatur Hiſpanicè.

Etiam Chriſti & Iacobi verba coniungendo, dicere poſſem in utriſque ἠθωνομασίαν inveniri. Eſt autem Ethonomaſia Rhetoricæ ingenioſa Figura, quæ proprium alicujus nomen alteri attribuit, qui cum illo officio vel moribus convenit. Et propter primum omnes Imperatores nominantur *Cæſares*, & *Petri* omnes Summi Pontifices. Et propter ſecundum, omnes Crudeles, *Diocletiani* & *Nerones*, & omnes Liberales *Alexandri* vocantur. Ioannes officio fungebatur Eliæ [Luc. 1. 17. ipſe præcedat ante illum in Spiritu & Virtute Eliæ convertere corda patrum in natos & inſuaſibiles (incredulos) in prudentiam juſtorum, parare Domino plebem (expeditam) perfectam] Ergo poterat vocari Elias. Ergo, ſiquidem tunc Iacob officium uſurpabat Eſavi, præſtabatque quæ alter deberet facere, per eamdem ἠθωνομασίαν potuit dicere, *Ego ſum Eſau*, &c.

Propria nomina ſumuntur ἠθωνομαςικῶς.

Qui ſint in Mundo Cæſares & qui in Eccleſia Petri?

Vocamus πίςιν *Fidem*; ἄπιςα, *incredibilia*, & ἀπειϑεῖς *incredulos*.

PLacet adhuc aliam addere S. Auguſtini expoſitionem. Supponit in Sacra Scriptura omnia geſta habere ſignificationem ſpecialem; & tunc verba, ſi qua dicuntur, non rem, quæ geritur, ſed quæ prædicitur, ſignificare. Pono exemplum, Dixerit Evandro Æneas, cum in ejus fuit amicitiam admiſſus,

Res ipſa, & actus humani in Sacra Scriptura ſignificant.

Accipe, daque fidem, ſunt nobis fortia bello

Cæremonia, qua Pacis contractus celebratur.

Pectora, ſunt animi, conſpicuique viri.

Et addiderit poſteà,

Hanc quam nunc ſanctè tibi do, Rex optime, nunquam
A te ſubducam, vel removebo manum.

Vox Manus ſignificat manū, & fidem.

Et dico ſecundum Diſtichum biſariam poſſe conſiderari vel ſecundum ſenſum Grammaticum quem verba ſonant, vel ſecundum Civilem & moralem, quem actio ipſa ſignificat. Secundum primum ſenſum ſententiam falſam importat illud Diſtichum; non enim ſemper Æneæ phyſica manus deberet Evandri manum ſtringere; at ſi ſecundi habeatur ratio, ſi fidelitas, quam actio importat, conſideretur; erit verum; quoniam *non removebo fidem* eſt *ſemper amicus tro*.

An potuerit Iacob dicere Ego ſum Eſau?

REponunt adhuc Iacobi verba Critici & novas in illis excitant difficultates. *Ego ſum*, inquit Iacob, *Eſau primogenitus tuus; feci, ſicut præcepiſti mihi: ſurge, ſede, & comede de venatione mea, ut benedicat mihi Anima tua*. Et inſtant. Eſto Iacob fuerit primogenitus Iſaaci ex inſtitutione Divina. Eſto fuerit Factor in domo paterna (Ital. *il Fattore*) & ideò *Eſau* dici potuerit. Sed qua ſinceritate potuit dicere, *Feci ſicut præcepiſti mihi* ſiquidem Iſaac nihil ſibi præceperat? Et qua veracitate *venationem* appellare hœdum potuit, quem accepit ex grege? Et tandem, ut nihil inconcuſſum remaneat, cur vocem BAABOR, *in tranſeundo*, aut omiſit interpres, aut voluit idem ac *ut*, Græcè ὅπως, ſignificare.

An aliquid Interpres omiſerit?

An, Feci, quod præcepiſti *ſit mendacium?*

Ad primum reſpondeo conſtare ex dictis Iacobum aliquo congruo ſenſu eſſe Eſavum. Ergo eo ſenſu quo Iacob erat Eſavus, quæ Eſavo indicta etiam Iacobo erant indicta.

An, Comede de Venatione mea?

Ad ſecundum reſpondeo verbum Hebraicum *Zud*, & Latinum *venor*, latè aliquando aut etiam metaphoricè ſumi, nec eſſe, cur in illo Grammaticus rigor quæratur. Eſt igitur *venari*, captare aut capere. Cicero ad Attic. libr. 16. *Bene igitur tu qui ζυθανασίαν* (glorioſam mortem) *venaris, relinquis patriam*.

℞. AD PROB. V.

De Labanis & Iacobi contractu.

De viribus imaginationis & ramis à Iacobo decorticatis. De Contractibus. An omnes circumſtantiæ utrique debeant parti manifeſtari? De dote. An ſponſam debeat concomitari? Ab utro & utri dari debeat, genero, ne à ſocero, an ſocero à genero? De Privata Iuſtitia. An ubi nequeo publicè, poſſim mihi Ius proferre privatim? An, ut ſalventur à fraude Iacobi cum Labane contractus, requirantur Reſtrictiones Mentales?

Cur hæ quinque Quæſtiones præmittantur?

TAmetſi impræſentiarum ſufficeret examinare, *An Probatio Quinta, eſſe licitas Mentales Reſtrictiones perſuadeat?* quia non feſtinamus, & Eruditio id poſtulat, quinque Quæſtiones hic, qua potero brevitate decidam. Eritque

Prima. *An illa, quæ de virgis decorticatis, & de viribus imaginationis hoc in loco dicuntur, fuerint miraculoſa; an vero à cauſis naturalibus provenire potuerint?*

Secunda. *An Iacobo hac arte Socerum defraudare licuerit?*

Tertia. *An reverà Laban multa debuerit Genero, quæ in conſcientia ſolvere teneretur?*

Quarta. *An, & quando Occulta compenſatio ſit licita?* (*)

*) Legatur attentè Quartæ Quæſtionis Reſolutio, nam in illa multa etiam periti, adlucinantur.

Quinta. *An ex hac hiſtoria pro Reſtrictionibus mentalibus aliquod efficax argumentum ſumatur?*

Siquis feſtinet, omiſſis prioribus ad Quintam Quæſtionem poterit immediatè tranſire.

QUÆSTIO PRIMA diſſolvitur.

PRima profectò Difficultas mereretur, ut fuſiùs examinaretur; interim, quia nobis non licet ſine neceſſitate diffundi, mentem noſtram Aſſertis ſequentibus dilucidemus. Dicamus ergo.

In hoc Iacobi facto, quod recenſetur, ſubſtantia rei eſt naturalis, applicatio libera & artificialis, & modus ſupernaturalis.

Primò, *Caſus hic, de quo agimus, fuit naturalis quoad ſubſtantiam*. Et probatur, nam vires imaginationis non excedit, ut ex hiſtoriis conſtat, quæ in argumento ponebantur.

Secundò, *Idem Caſus fuit artificialis quoad applicationem*. Patet: quoniam nihil in mundo eſt artificiale quoad ſubſtantiam: nam Artifex paſſivis activa applicando conſequitur effectus, quos intendit. Quam ob rem, quòd oves proſpectando diverſorum colorum virgas in libidinis æſtu, fœtus maculoſos conciperent, fuit naturale. Quod autem Iacob virgas illas partim decorticaverit, & partim

Digitized by Google

tùm corticem retinere permiſerit,fuit artificiale.

An artem hanc arcanam Iacob doctus fuerit ab Angelo?

Tertiò, *In eodem Caſu, tam illud quod fuit naturale, quàm illud quod erat artificiale,fuit ſupernaturale quoad modum.* Hoc Dictum piè poteſt credi,tametſi non poſſit manifeſtè probari. Credibile enim eſt Iacob ab Angelo decorticandi virgas didiciſſe ſecretum: & etiam piè credi poteſt, foviſſe & auxiſſe Deum vires ipſas naturæ,ut Iacobi pietatem remuneraret; utrumque enim innuere videtur ipſe Patriarcha Geneſ.31.9. quando ſuis uxoribus ait, *Tulit Deus ſubſtantiam patris veſtri & dedit mihi*. Aſſentior P. Benedicto Pererio, qui *tom.4.in Geneſ.diſp. 3. p. 120.b.* hunc locum dilucidando ſcribit

An Iacobum Deus favore ſpeciali ditaverit?

[Nos arbitramur,quòd in animalibus illis factum eſt ex virgarum aſpectu, id factum eſſe naturaliter, & ex cauſis naturalibus; ad id enim perficiendum ſufficiens in natura vis & poteſtas erat:&c. quamquam non temerè credi poteſt, illud non eſſe perfectum ſine interventu & opera Angeli, qui non ſolùm docuit Iacob arcanam illius rei peragendæ artem; verùm etiam effecit, ut pecudes Iacob in ſupremo coitus ardore, & in tempore concipiendi, virgarum colores intenſiſſimè adſpicerent eoſdemque interiùs phantaſiæ vehementer imaginarentur, ad id eas incitando & applicando.&c.]

QUÆSTIO SECUNDA diſſolvitur.

VEnio ad Quæſtionem alteram, in quâ fortè aliquis Labanis & Iacobi condemnaret contractum,& ſic diſcurreret. Omnis contractus pendens ab eventu fortuito eſt nullus. At talem inivit Laban. Fuit ergo nullus. Et probaret Minorem,quia aliàs Canones & Leges[nimirùm,*cap.Clericus.2.*& *Auth.de ſanctis Epiſc. §. interdicimus,de vita & honeſt. Cleric.* & *lex. alearum uſus. de rel. D. de aleat.* &c.] quæ ludos merè fortuitos inhibent, non ſubſiſterent.

An contractus de re contingente ſint liciti?

An, & cur interdicta ſint aleæ?

Interim ſit Noſtra Concluſio. *In Caſu hoc ad Labanis & Iacobi perſonas reſtricto nulla fuit injuſtitia commiſſa*. Probatur: nam Laban erat debitor,& non erant tunc in illa regione tribunalia, in quibus ad ſolutionem cogi poſſet: unde à Socero deluſus Iacob per Dei auxilium & ſuam induſtriam,recuperare, quæ ſibi debebantur,confidens,exclamabat,*Reſpondebit mihi cras Iuſtitia mea.*

An injuſtè proceſſerit Iacob?

Ad rationem dubitandi ſub initiū poſitam reſpondeo, contractus de eventu fortuito ex Iure Naturæ eſſe licitos; at quia res interdum licitę inconvenientibus ſubjacent, meritò ludos merè fortuitos à Canonibus & Legibus fuiſſe interdictos.

In ipſis rebus licitis ſunt per accidens inconvenientia.

Conclusionem hanc meam teneo, & doctè dilucidat Rupertus Abbas,quærenti enim, *Vtrum verè in eo quod egit Iacob Iuſtitia ſua ei reſpondeat? An-non ſtrophā fecerit: & contra pecoris albi & nigri naturam arte & fraude pugnaverit?* reſpondet dicens,[Ante hanc ſtropham jam dudum Iacob cauſam Iuſtitiæ ſuæ habuiſſe contra Laban, ac ſic tempus ſibi idoneum coram illo cum legitima defenſione datū eſſet ſubſtantiam Laban jure tollere debuiſſe. Ille namque unam poſtulanti filiam in conjugium; & pro una ſervitium, ſuſcipienti: alteram quoque homini peregrino, & advenæ impoſuit: illam videlicet cujus nuptias, quia deſpicabilis erat, difficiles ſibi fore ſciebat. Nec enim ſine magna dote quis illam ſtrenuus vir acciperet, quam facies, quæ multum valet in hujuſmodi nequaquam expetibilem faciebat. Si igitur Iacob opportunitatem habuiſſet, potuiſſet utique vocare in Ius Laban quod filias ſuas alendas ipſi abſque dote ulla impoſuerat: inſuper, & pro ea quam non expeditam ſibi obtruſerat, ſervitium ſeptem annorum extorſerat. At ille peregrinus erat,& advena,idcirco violentum, & potentiorem indigenam in jus vocare non poterat. Arte igitur neceſſariò pro filia contra partem uſus eſt ut ad filiam competebant, bona patris aliqua devenirent. Et in hoc verè juſtitia ejus reſpondit ipſi.]

Rupertus libr. 7 Comment. in Geneſ. cap. 38.

Laban Iacobū decepit.

Vendidit uxorē, quam, quia erat indecora, nemo ſine magna dote reciperet.

COnſultò Reſolutionem præcedentis Quæſtionis ad Labanem & Iacobū reſtrinxi,nam univerſim ſumptum admitti non poſſet; in contractibus enim debent omnes utrique circumſtantiæ innoteſcere. Conſono P. Pererio,qui *tom.4. in Geneſ.c. 30.diſp.2.pag.116.b.* ſic ſtatuit. [Factum illud Iacob, ſi per ſe ipſum conſideretur, videtur fuiſſe fraudulentum & iniquum; magno nempe conjunctum cum damno Soceri ſui Laban.] Ergo Quæſtionem ad Concluſiones ſequentes reducamus. Sit

QUÆSTIO TERTIA diſſolvitur.

De Occulta Compenſatione.

An locum habuerit in hoc Caſu?

Prima. *Iacobum Laban injuſtè defraudaverat.* Secunda. *Habebat actionem Iacob ſua ſalaria petendi, ſi ibi legitima tribunalia darentur.* Tertia. *Potuit Iacob per Occultā Compenſationem ſe indemnem reddere*. Quarta: *Ratio, ob quam licitum fuit Iacobo arte uti & Socerum defraudare,jure Occultæ Compenſationis ſuccollatur; nam cùm non eſſent ibi tribunalia,ad quæ recurreret, potuit ſibi per Iuſtitiam privatam ſatisfacere, adeoque arte Labanem defraudare;nam ſic ille procedens,nō quæ Labanis erant ſubripiebat, ſed, quæ erant ſua, recuperabat.* Et hæ Reſolutiones poſtulant ut examinem,

nem, an reverà multa debuerit Iacobo Laban?

Tres Laban injurias intulit innocenti Iacobo.

Circa hoc Dubium ſic ſtatuit Peretius. [Laban, inquit, triplici uſus eſt injuria contra Iacob, non dans ei quod debitum ei erat. Prima injuſtitia fuit, cum per dolum ſubſtituit ei Liam pro Rachele. &c. Secunda injuſtitia fuit, quod filias in matrimonium dedit nullam eis dotem adſignans contra jus & conſuetudinem gentium. &c. Tertia injuſtitia fuit, quod pactam ei mercedem decies iniquiſſimè cõmutavit. &c.] Ego autem tametſi in Primo injuriam manifeſtam inveniam, non aſſero eam fuiſſe talem, ut pecunia compenſari debuerit: nam hodie pater, qui filiam ſponſam Titio dat Semphronio, ut ut contra veracitatem immo etiam contra Iuſtitiam peccet, ſi ob hanc ſponſæ puellæ negationem nullam Titius in fortunæ bonis fuit jacturam perpeſſus, ſicut nullam tenetur pater Titio pecuniam dare: ſic nullam Titius compenſationis titulo poteſt ab eo ſubripere. In ſecundo ajo, Populorum Orientalium mores non bene didiciſſe Peretium; non enim ſicut apud nos ſocer dat dotem genero, ſed gener ſponſam dat & ditat; immò etiam alicubi videtur emere. Petrus della Valle, qui Dominam MAANI [*] Mardiniæ, quæ eſt præcipua Meſopotamiæ Civitas, natam, Baghdadiæ in uxorem adſumpſit, *in Epiſtol.* XVII *data* 10. *&* 23. *Decembris* 1616. *pag.* 760. poſtquam de aliis circumſtantiis, concernentibus contractum connubialem, diſſeruerat, acturus de dote hæc ſcribit. *Non vi era diſputae della dote, perche in tutta l'Aſia le donne non danno dote alcuna à i mariti, e ſolo dalle caſe loro portano copioſa ſupellettile, che noi chiamiamo acconcio, ſecondo la qualità di ciaſcuna, non però di ſole biancherie, come frà di noi ſi uſa, mà di quelle di veſte, di ornamenti di oro, e di argento, di gioie di maſſeritie d'animali da ſervigio, e ſin di ſchiavi, e ſchiave: I mariti poi donano alle ſpoſe altretanta ſupellettile, e nel contratto del matrimonio promettono loro ſecondo che reſtano d'accordo la donatione per lo nezzo, la quale non ſi paga ſe non in caſo della morte del marito, e frà Mahometani anche in caſo di repudio, quando dal marito venga il furlo. Conforme à queſto coſtume antico, e ricevuto anch'io convenni, che ben doveva io ſolo accomodarmi all'uſo di tutto un paeſe, e non il paeſe à me ſolo accomodarſi. Nel noſtro contratto la donatione, che promiſſi ſe bene fù delle più honorevoli, che nella Città ſi uſaſſero, con tutto ciò à riſpetto di quel che corre frà noi non fù gran coſa, cioè cento oncie d'oro, e cinquanta d'argento, perche poi queſta particolarità d'oro, e d'argento non ſaprei dire, mà mi imagino, che ſia cerimonia conſueta. Dio sà à che fine.* Similia reponit *tom.* 2. *epiſt.* IV. *data Ferhabadia Kalendis Maji* 1618. inquit enim, *Come V.S. sà, in Oriente le donne non danno a i mariti, ne portano dote alcuna, mà ſolo qualche galanteria di acconcio in così fatta guiſa.* Et hunc fuiſſe illius regionis morem conſtat; nam initus inter Labanem & Iacobum pro Rachele contractus videtur Labanẽ ab omni priori obligatione abſolvere, & ſeptem aliis annis ſerviendi obligationem in Iacobi humeros exonerare. Vide Petrum della Valle, qui hunc Orientalium Regionum morem accuratè dilucidat. In Tertio etiam excuſarem Labanum; ſi enim licuit Iacobo à Labane diſcedere, quando voluit, ſicut de facto fecit, potuit procul dubio à Labane, quandocumque is voluiſſet, dimitti. Ergo ſingulis ſex menſibus v. gr. modò præcedentibus ſatisfeciſſet, poterat innovari contractus: &, ſi hæc mutatio erat moleſta ipſi Iacobo, non ideò erat injuſta.

Sunt interdum injuriæ, quæ pecunia compenſare non poſſunt.

*] Si chiama per nome proprio מעני Maani, che si interpreta Significati o Intelligenze: e che per la lettera ע, Ain, che vi entra, in Italiano, come V. S. bene intende, malamente ſi può ſcrivere come va. Vallæus loc. cit.

Petrus della Valle Dominam Maaniam in uxorem ducit.

Sponſa parentes in Oriente ab Sponſo, dotem recipiunt.

Exponitur contractus dotalis.

An famulus ſemper poſſit dimitti?

An Iacobo Laban ſalarium ſolvere tenetur?

Ego autem pro Iacobo hæc reperio. Ipſi ſocer ſalaria ſeptem annorum debuit, ſi poſt annum ſeptimum matrimonium celebratum dicatur: nam pro Rachele ſerviit, & illam non obtinuit laborum præcedentium virtute, annorum enim præcedentium laborem Laban juſſit eſſe pro Lia de qua nulla fuerat ſponſio. Nec juvat dicere, tandem duxiſſe in uxorem Rachelem, nam illam obtinuit novo aliorum ſeptem annorum pretio. Septem ergo priorum annorum ſalarium Iacobo Laban tenebatur perſolvere. Præterea, cum Deus ſit ſupremus & abſolutus rerum dominus, potuit ob peccata Labani, illarum pecudũ transferre in Iacobum dominium; quod, ſi fecerit, clauditur diſputatio. Nam & Ægyptiorum vaſa, & multorum populorũ degentium in Paleſtina Civitates & agros Hebræis (qui fuerunt Iacobi nepotes) donavit velut ſupremus dominus.

An dederit Iacobo Deus bona Labanis?

QVÆSTIO QVARTA diſſolvitur.

Circa penultimam difficultatem, tametſi multos videam à contraria ſententia, pronuncio liberè omnis, quæ de Occulta Compenſatione dicuntur à Novitiis Theologis habere locum in inſula, aut regione liberos, in qua non fuerint acceptatæ leges, quæ hujuſmodi Occultas Compenſationes interdicant. Cum autem de Occulta Compenſatione hodie doctrina in nullo tribunali admittatur, dici debet illam non eſſe licitam: at quia in inſula nullis legitimi Principis juribus ſubdita hodie liceret, & ætate Iacobi, aut in Meſopotamia Syriæ, ubi habitabat Laban,

An, & ubi licitæ ſint Compenſationes clandeſtinæ?

An Iacobi ſæculo in Meſopotamia?

Digitized by Google

ban, aut nullus erat Rex,aut ſaltem nullæ leges, quæ Occultas Compenſationes dirimerent, pronuncio, quæ alias ſua erant, potuiſſe Iacobū à Labane clam, ſiquidem palam non licebat,ſubripere. Quod etiam fieri poterat Romæ Auguſti tempore, in quo vix erant Iura Civilia ſcripta, & idcò ſecundum Ius Naturæ à Prudentibus reſpondebatur. Et ſanè doctrinam de occulta compenſatione notam, & in praxi receptam fuiſſe Auguſti tempore,demonſtrabo clariſſimè. Damœtæ apud Virgilium furti crimen exprobrabat Menalcas & dicebat,

An avo Auguſti in Italia?

Virgilius Ec.3

Quid domini facient, audent cum talia fures?
Nonne ego te vidi Damonis peſſime caprum
Excipere inſidiis multum latrante lyciſca? (a)
Et cum clamarem, Quo nunc ſe proripit ille?
Tityre coge pecus, tu poſt carecta latebas.

De Damonis capro clam ſubrepto à Damœta.

Et quid ad accuſationem tam propudioſam Damœtas replicat? An negat factum, an excuſat? Hoc ſanè poſterius: inquit enim:

An mibi, cantando victus, non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?
Si neſcis, meus ille caper fuit; & mihi Damon,
Ipſe fatebatur,ſed reddere poſſe negabat. (b)

An, & cur à furto Damœtas excuſatur?

An in ludis & concertationes per victoriam transferatur dominium?

Et hinc collige primò, ſtando nudo Naturæ Iuri in Concertationibus transferri ante omnem traditionem dominium. Vnde *meus ille caper fuit*, inquit Damœtas; & cur? Quia à me fuit victus Damon.

Et ſecundò, eidem ſtando Iuri, ubi leges humanæ non obſtant, eſſe licitam Compenſationem clandeſtinam:hoc enim Iure Damœtas actionem ſuam emaculat, excuſationemq;Menalcas, velut ſufficientem,admittit.

De Iuſtitia Privata.

Privata profectò Iuſtitia ab omni Viro prudenti ineriminatur; & quia illam in materia Homicidii & Furti aliqui admittunt,ſequentem Concluſionem ſtatuo.

Invadere innocentem in Tribunali poſſunt Accuſator malevolus, Teſtis emptus, & Iudex ſubornatus: extra verò Detractores Murmuratores & Mendaces.

Si Titius (Laicum, Religioſum, Presbyterum) Albericum in tribunali, aut extra, lingua invadit:ſi verum ſit Titii opinionem & authoritatem calumniis his graviter lædi, aut ejus vitam periclitari: ſi verbis non ſe poſſit defendere: ſi non detur Reſpublica, qua eum defendere poſſit aut velit, & tandem, ſi ſuum honorem, aut vitam, occidendo Albericum tueri Titius queat,& aliter nō; in tali, inquam, circumſtantiarum concurſu, ſtando nudo Naturæ Iuri, poterit Titius Albericum occidere: & ſi poſſit, etiam aliquando debebit; eo videlicet caſu, quo ſub peccato teneatur honorem & vitam defendere. Et conſultò illud ſtando nudo Naturæ Iuri poſui; *quoniam hoc Iure cedunt quicumque habitant in bene gubernata Republica: nulla enim eſt in Mundo, quæ homicidia privata committi authoritate toleret.*

Parallelum. *Si Alberico (Laico,Religioſo,Presbytero) aliquam pecuniam, aut rem, quæ pecuniis (c) taxetur, certò (d) Titius debeat; ſi petendo & inſtando illā nequeat recuperare: ſi non detur Reſpublica,qua eum indemnem reddere poſſit aut velit, & tandē, ſi per occultam ſubreptionem,quod ſuum eſt, aut quantum illud valet, & non aliter poſſit recuperare in tali, inquam, circumſtantiarum concurſu, ſtando nudo Naturæ Iuri, poterit Titius per occultam recuperationem aut compenſationem (e) ſe indemnem reddere: & ſi poſſit aliquando debebit; eo videlicet caſu, quo ſub peccato teneatur, (f) ſibi debita recuperare.* Et conſultò illud, ſtando nudo Naturæ Iuri, *poſui, quoniam ſuo Iure cedunt quicumque habitant in bene gubernata Republica; nulla enim eſt in Mundo, quæ furta privatim ſub Occulta Compenſationis prætextu facta toleret.* Ergo omnes de Occulta Compenſatione doctrinæ, quæ leguntur in libris, in Europa (quidquid de aliis regionibus, & regnis ſit) locum non habent. Audiunto Ciceronem, qui pro Cluent. ſic inquit. *Neminem voluerunt Majores noſtri, non modo de exiſtimatione cujuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe Iudicem, niſi qui inter Adverſarios convenilſet.* Nota illud *minima*, nota illud *conveniſſet*. At nunquam conſenſum præbebit Dominus, ut famulus ex. gr. ſe inſcio hæc aut illa eſſe indebita & tanto pretio æſtimanda ſervitia, & ſine ſua conſcientia, & voluntate illud pretium ſubripiat. Ergo Majores illi, quos tanquam prudentiſſimos & juſtiſſimos adlegat Cicero,nunquam Compenſationes clandeſtinas permittere.

An, ubi, & quando privata authoritate occidi poſſint? Ex Concluſione precedenti his Paragraphus per neceſſariam Conſequentiam deducitur.

Cicero his, addendo negationi negationem,fortius negat.

NOTÆ.

An Elementa confundantur, aut formaliter maneant in Mixto?

a) Sunt duę in Philoſophia Opiniones circa elementorum exiſtentiam in Mixto: altera enim docet in tertiam naturā confundi: altera manere in confuſa & illæſa. Et utriuſque Opinionis umbram reperimus in vocabulorum compoſitione: aliquando enim illæſa manet partium ſignificatio, & aliquando in tertiam ſignificationem convertitur. Aliquando manet intemerata; quoniam *Equiferus* eſt Equus ferus:

De Compoſitis vocibus.

An partium ſignificatio maneat, an verò in tota confundatur?

Æquiferus. Omnipotens. Subeſſe. Poſtponi. Intelligere. Supplicare. Excipere.

ferus: *Omnipotens*, Omnia potens: & *Subeſſe alii* eſt eſſe ſub alio: & *poſtponi alteri* eſt poſt alterum poni. Aliquando in tertiam confunditur, nam ex *inter & legere*, habemus *intelligere*, quod à partium ſignificatione abiens, non eſt Hiſpanicè *entre coger*; ſed *entender*. Sic etiam *ſupplicare*, non eſt *plicare ſub*, ſed *orare*. Et hæc dicta ſunto propter verbum *Excipio*, in quo tametſi communis uſus confundat ſignificationes partium, Virgilius illas manere illæſas voluit, nam *te vidi caprum excipere inſidiis*, dixit, pro *te vidi caprum capere ex inſidiis*.

Λύκος, Lupus. Λυκίσκη: Lyciſca.

Λύκος *Lupus*, unde Λυκίσκη *Lyciſca*. Sed quid hoc nomine ſignificatur? Canis ex lupo & cane fœmina nata, reſpondet Servius; & hujus generis canes *Hybridas Crocutas* libr. 8 cap. 21. vocat Plinius. At talis non erat illa Damonis canis; hujuſmodi enim, non in Italia, ſed in Cyrenaica Libya Ariſtotele aſſerente gignuntur. Ergo non voluit Virgilius, ut illa canis, quæ latraſſe dicitur, Lyciſca eſſet; ſed ut hoc nomine ſigillaretur. Ergo hic *Lyciſca* nomen eſt proprium illius canis.

Hybrides Crocuta, quid?

An Lyciſca nomen ſit propriũ unius canis?

Inter voces inciviles & condemnatas Volo, & Nolo notantur, & earũ loco Poſſum & Non poſſum ſubſtituuntur.

b) Senſus verus eſt, *ſed reddere velle negabat*. Nec mirum ſic Damonem loquutum; nam Madriti cognovi Comitem, qui ubi à creditoribus vexaretur, dicebat, *Yo no niego, que lo debo; mas digo, que no lo quiero pagar*. Interim, mirum fortè videbitur, Virgilium pro *velle* ſubſtituiſſe *poſſe*. Sed mirari deſinet; ſi conſideret, verba *volo* & *nolo* tam eſſe barbara, & urbanitati diſſentanea, ut in pagis vel miſeris, *No hay ley de no quiero*, in Adagium tranſiverit: & loco verborum *volo* & *nolo*, verba *poſſum*, & *non poſſum* ponantur.

Sunt res aliqua qua ſub pretiũ non cadunt.

c) Reperiuntur aliqua, quæ pretio non ſunt æſtimabilia, ut vita, honos &c. in quibus non habet locum Compenſatio. Non enim à Lælio poteſt Tullius clam pecunias ſubripere, quòd ſuum patrem occideret, quod falſum ſibi teſtimonium impoſuerit. &c.

In omni probabilitate aut dubio manutenendus eſt qui poſſidet.

d) Neceſſariò poni illud *certò* debet, quoniam in incertis & dubiis uniuſcujuſque eſt manutenenda poſſeſſio.

An, & quo modo differant Recuperatio & Compenſatio?

e) Differunt *Recuperatio* & *Compenſatio* nam, ſiquis injuſtè abſtulit à Cornelio equum, qui taxabatur centum aureis; poterit vel ſuum equum à fure invito capere; aut, ſi hoc non poſſit, pecunias ejuſdem, ſi reperiat, ſubripere. Si primum fecerit, per Recuperationem; ſi ſecundum, per Compenſationem dicetur ſibi ſatiſfeciſſe. Recuperatio igitur rem ipſam ablatam reſpicit, Compenſatio autem aliam æquivalentem.

f) Caſus clariſſimus & certiſſimus eſt, in quo Petrus, cui debet centum Clodius, Aurelio centum debeat, & non habeat aliunde, ut poſſit ſolvere. Ajo Petrum in caſu, non poſſe condonare Clodio debitum: & debere omni via, aliàs licita, illam procurare pecuniam, ut reſpondeat Aurelio.

An ſemper creditor poſſit debitum condonare?

QUÆSTIO QUINTA diſſolvitur.

VEnio ad Partis Contrariæ Ratiocinium, quod ſuperiùs S. *Hac*. ponebatur. Sanè contractus inter Labanem & Iacobum eſt ſimilis illi, qui in taxillorũ ludo inter Petrum, & Paulum initur, ſi videlicet Petrus ſciret ita illos jacere, ut numerum quem vellet exprimeret; & id facere poſſe Petrum neſciret Paulus; tunc enim de ludo merè fortuito Paulus, & de artificiali Petrus paciſceretur. Et quidem illum inter Petrum & Paulum celebratum contractum, abſolutè & quoad utrumque Victoria apud Lopez *de contractib. libr.* 2. *cap.* 22. nullum eſſe pronunciat: & Petrum ſaltem, ejus vi, nihil lucrari poſſe S. Thomas 2. 2. *qu.* 32. *art.* 7. *ad* 2. Dicaſtillus *diſp.* 5. *dub.* 1. *nu.* 8. Diana *p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 169. & 186. Coronius *in ſumm. verb. Ludus nu.* 40. & alii Viri docti definiunt. Ergo & idem de Iacobo dicerent: nam Laban de eventu merè naturali contraxit; neſciebat enim Iacobum uti arte poſſe: &, ſi de virgis decorticatis cognoviſſet hiſtoriam, noluiſſet illo modo cum Iacobo contrahere. Ergo ex vi contractus illius nihil licitè Iacobus potuit extorquere à Labane.

Omnis inæqualitas reprobatur in ludo.

An ludus, qui apud alterum eſt mero fortuna, & apud alterum induſtria dependet, quoad alterum tantũ, an etiam quoad utrumque ſit invalidus?

Subſumebatur, *At uterque licitè procedebat*. Et ego, ſi agatur de Labane, concedo: & agendo de Iacobo, diſtinguo; concedo enim Iacobum proceſſiſſe licitè titulo Occultæ Compenſationis (quæ enim palam, ſi haberet vires, poſſet licitè à Labane, etiam invito, rapere, ubi alius modus non occurrebat, potuit clam) nego autem proceſſiſſe licitè titulo alicujus Reſtrictionis Mentalis.

De Occulta compenſatione.

B. AD

AD PROB. VI.

De Ioſeph & ejuſdem fratribus. An fuerit mentitus?

De Diſſimulatione & Simulatione. De verbis ſeriò & jocoſè dictis. De Interrogatione & Tentatione. De ſenſu reali & apparenti. An Iusjurandum per Regis vitam emiſſum ſit Theologiſmus? De Ebrietate. Quid, & quotuplex ſit? Et, an ſemper ſit mala? De Ioſephi, & aliorum Principum ſcyphis. De Magia. In Naturalem & ſuperſtitioſam dividitur. Vtra ſit uſus Ioſeph? Cur ſcyphum ſuum argenteum in ſacculum Benjamini imponi juſſerit? De Scypho Horario, ſeu Horologio Arteria. An tota Ioſephi Hiſtoria ſit Prophetica?

MIrabilia eſt & myſteriis pleniſſima Ioſephi hiſtoria, & digna ſanè, quæ uberiori calamo dilucidaretur: nos autem illa tantùm puncta ediſſeremus, quę in argumento ponebantur.

De Simulatione & Diſſimulatione.

AD Primum (quod videlicet ficti & ſimulati animi Ioſeph, & ejus Miniſtros, propter ea, quæ in illis quatuor Capitibus (42, 43, 44, & 45. recenſentur, arguebat & incriminabatur) reſpondeo Simulationem à Diſſimulatione diſtinguēdo: licèt enim ſimulare, aliquando malum ſit, & affine mendacio: diſſimulare non eſt affirmare aut negare, ſed tacere aut abſtrahere: &, ut ex Ariſtotele docent Peripatetici *Abſtrahentium non eſt mendacium*. Et tu nota illud *aliquando*, quod poſui; quoniam non omnis ſimulatio ad ſecundam Mentis operationem pertinet; & hanc ob rem, quando ſpectat ad primā, mendacii malitia inquinari non valet.

Sententia Prima. *De verbis Ioſephi. An poſſint excuſari à mendacio?*

AD Secundum ex Quinta Regula, quam jam poſuimus, breviter reſpondere poſſemus, verba illa *Exploratores eſtis*, dicta à Ioſepho, qui eos ſciebat non eſſe exploratores, non poſſe excuſari à mendacio. Et hanc viam Lyranus, Abulenſis & alii viri docti ingreſſi, ſe à moleſta diſputatione liberarunt. At communis Opinio Ioſephum à mendacio excuſat; & quia Authores aliter & aliter ſuam Sententiam exponunt, illos etiam dividemus in claſſes.

Sententia Secunda. *Verba neceſſaria explicantur*

Rabbi Moyſes, non fuiſse mentitum Ioſephum aſſerit; quia verbum *explorare* eſt ambiguum, & in bonam & malam partem poteſt accipi: & ipſe accipiebat in bonam, tametſi videret à ſuis fratribus fore accipiendum aliter. Verba Ioſeph fuerunt, MERAGLIM ATHEM, *Exploratores eſtis* & quidem radix, RAGAL, *Currere & diſcurrere hoc illuc* ſignificat, unde, REGEL, pes: RAGLI, *miles pedeſtris*, ROGEL, *fullo, qui pedibus veſtes laneas calcat*. Et quia *per vices* periodo completa recurrunt, REGALIM appellantur. Et hoc verbum, RAGAL, affine eſt verbo RACAL, quod *negotiari*, ſeu *merces hinc illuc deferre* ſignificat. Et verbum Latinum *Explorare*, etiam æquivocum eſt, nam univerſim ſumptum, *indagare* ſignificat; unde Iunoni Æolus Æneid. 1.

Radix ragal. explorare. nomen racal negotiari.

Verbum Latinū Explorare.

—— *tuus, ò Regina, quid optes,* (*)
Explorare labor: mihi juſſa capeſſere fas eſt.

*] Legant hæc verba ſubditi, & Religioſi præcipuè. & quanta animi reſignatione Æolus fingitur, ſint ſine fictione illi obedire parati.

Habemus multa verba in aliis linguis, quæ obnoxiæ ſunt ſimili paralaxi. *Curſores campi*, Italicè *Curſori di campagna*, nomen eſt, quod in bonam partem Grammaticus rigor accipiet, & tamen jam uſus in Neapolitano Regno ita prævaluit, ut hoc nomine non niſi latrones publicos, aut ut Hiſpanus loquitur *los ſalteadores* paſſim intelligamus.

Ital. Curſores di campagna. *Hiſp.* Salteadores de caminos

Hinc patet Rabbi Moyſem Ioſephi verba in bonam partem trahere, ita ut æquipolleant his, *Vos Curſores, Pedites, negotiatores & mercatores eſtis*. Aut etiam ſi egiſſet Latinè,

Veſter erit (quoniam ſic vult Fortuna) quid optem,
Explorare labor: mihi ſed ſuccurrere Fas eſt.

At hæc Rabbini Interpretatio condemnatur manifeſtè à contextu: verba enim *Exploratores eſtis*, tametſi ſolitariè ſumpta in bonam poſſent partem trahi, per conſequentia reſtringuntur; quo enim ſenſu verbum, RAGAL, *exploro*, accipiat Ioſeph, illicò exponit dicens, *Vt videatis (ut exploretis) inſirmiora terræ veniſtis*, & paulò poſt, *Immunita terræ hujus conſiderare (explorare) veniſtis*.

Sententia Tertia.

Sanctus Auguſtinus *in libr. quaſt. in Geneſ. quaſt.* 139. quem S. Bonaventura *in 3. ſentent.* & P. Thomas Anglicus *in hunc locum*, & alii Viri eruditi ſequuntur, alias Propoſitiones *quoad ſe*, & alias *quoad nos* eſſe veras ſupponens, ait Ioſephum in ſecundo ſenſu illa verba *Exploratores eſtis*, accepiſſe pronunciat: ac ſi diceret. *Quoad nos exploratores eſtis*: hoc eſt, *Habemus vos exploratores*. Ego autem fateor eſſe verum quod Vir Sanctus ſupponit, ſæpe enim hoc ſenſu Scriptores loquuntur. Illa enim Heliæ verba, *Qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus*, æquipollent his, *credatur & habeatur Deus*. Addo tamen non ſufficere, hoc ipſum, quod verè ſupponitur. Si enim

Propoſitio vera duplex eſt: quoad ſe, & quoad nos.

3. Reg. 18.

enim ſciebat Ioſeph, non eſſe illos exploratores, mentiebatur dicens, *Quoad nos eſtis exploratores*. Alio ergo modo exponi debent illa verba.

Sententia Quarta.

De Veritate & Apparentia.

An præter verũ ſenſum ſit apparens neceſſariò admittendus?

Non multum ab hac Interpretatione diſtat illa, quæ in ſenſu apparente fundatur: nam, ſi *Exploratores eſtis* ſit *Exploratores apparetis* faciliùs excuſari poterunt; nam magna eminus viſa, etiam illis, qui eſſe magna ſciũt, apparent parva: nec enim Sol ſcientibus mole tantùm non immenſa eſſe præditum, apparet major, quàm Epicuræis prodigia Perſpectivę ignorantibus. Et quidem hoc ſenſu interdum verba accipiunt Elegantiſſimi Scriptores: nam, ut alios prætercam, Virgilius agit de Claſſe, quæ ſolutis anchoris ſe mari alto committit: & ait

An in Virgilio illo, & aliis Veris Magnis loquitur?

Provehimur portu, turreſque urbeſque recedunt.

An, quando ſolvuntur anchora, terra à navibus, an naves à terra recedant?

At turres urbeſque immotæ remanent, & naves ſunt, quæ recedunt, inquit Criticus, & reſpondet Virgilius Criticum ad Grammaticos abigens, ſe loqui in ſenſu apparenti proteſtans. Ergo, ſi Virgilius, *turres, urbeſque recedunt*, dicere ſine mendacio potuit, etiam Ioſeph in apparenti ſenſu loqui potuit, & dicere, *Exploratores eſtis*.

An Ioſephus fratribus ſuis fuerit in ſenſu apparente loquutus?

Hæc interpretandi Textum via nonnullis Recentioribus placuit; & videtur menti Ioſephi conſona, dixit enim ſuis fratribus, *Mittite ex vobis unum & adducat eum* (fratrem minimum) *vos autem eritis in vinculis donec probentur, quæ dixiſtis, utrùm vera, an falſa ſint: alioquin per ſalutem Pharaonis, Exploratores eſtis vos*, hoc eſt, *alioquin, ſi in his, quæ de patre veſtro, & fratre minori dicebatis, vos fuiſſe mentitos noverimus, juro per Pharaonis vitam quod dabitis occaſionem præſumendi vos fuiſſe mentitos in cæteris, adeoque in hoc ipſo, quod vos eſſe exploratores negatis*.

Sententia Quinta.

De verbis per jocum prolatis.

Verba per jocum dicta non ſignificare quantum ſonant, & adeò de mendacio argui non poſſe, certum eſt. Amore inſaniens mater dicit ſuo dilectiſſimo infanti. *Te comedam, te occidam, te dilacerabo*, & tamen, licet eum comedendi, occidendi, & dilacerandi voluntatem non habeat, non mentitur: non enim ſeriò loquitur, ſed jocatur. Et id traditur à D. Auguſtino *quæſt.* 145. his verbis. *Mendacia à mendacibus ſeriò dicuntur, non joco. Cùm autẽ, quæ non ſunt, tanquam joco dicuntur, non reputantur mendacia*. Hanc doctrinam, aliàs veram, Gratianus 22. *quæſt.* 2. *c. Quid autem*, verbis Ioſephi accommodat; aitq; eum non fuiſſe mentitum; non enim ſeriò loquebatur. At mihi hæc Interpretatio

An Mendaciis ſint neceſſanda?

non placet; nam omnes eum ſeriò loqui exiſtimabant, & fratres, illi reſponderunt tanquam ſeriò loquenti dixerunt enim. *Non eſt ita, Domine, ſed ſervi tui venerunt, ut emerent cibos. Omnes filii unius viri ſumus, nec quidquam famuli tui machinantur mali.*

An ſerio fuerit loquutus Ioſeph?

Sententia Sexta.

An Ioſeph non aſſertivè, ſed tentativè loquutus ſit?

Verba illa, ut ut videantur habere aſſerendi virtutem, non eſſe affirmativa S. Bonaventura in 3. diſt. 38. pronunciat, cui P. Thomas Anglicus aſſentitur, & ait. [Poteſt dici, quòd Ioſeph in his & conſimilibus non loquatur aſſertivè, ſed ſolùm tentativè & probativè; ut ſub tali modo tentativo occaſionem accipiat capiendi eos, & veniendi ad eorum ſecreta; quaſi ad ſibi ignota. Talis verò modus loquendi poteſt aliquando ex rationabili cauſa adſumi à Sapiente, & præcipuè à Iudice, potiſſimum autem à Viro prophetico, qualis utique Ioſeph erat.] Et meritò ſic diſcutit Bonaventura: quoniam in examine teſtium & rei, aſſertæ à Iudice propoſitiones & vociferationes per Perſonam & Locum (qualitatem Iudicis, & Tribunalis praxim) vim habent interrogationum.

An Iudicum aſſertiones Tentativæ revera ſint Interrogationes?

Textus Hebræus exponitur.

Roborat hanc ſententiam Hebræa phraſis; illud enim *eſtis* non dixit Ioſeph: nam fuerunt ejus verba, MERAGLIM ATHEM. *Exploratores vos*. Et quia ſuppleri debet verbum; & ſicut Primæ Sententiæ Authores *eſtis*, & ſicut Tertiæ & Quartę Authores *habemini, apparetis*, aut *videmini* ſubintelligũt, ſic etiam Propugnatores hujus ſextæ ſubintelligere poterunt *Eſtiſne*, ut totus ſenſus ſit, *Eſtis-ne vos exploratores?* [Et hic obiter nota Tentativam & Interrogativam non omninò coincidere: nam, qui interrogat, petit ſibi Veritatẽ exponi, qui autem tentat (Magiſter aut Iudex ille ſcit) dicit quod falſum eſt, ut exploret, an diſcipulus aut reus falſitatem percipiat. Et nota iterum poſſe & ſolere Magiſtros & Iudices tentandi gratia interrogare, quæ maximè ſciunt. Dominus enim Ioann. 6. 5. *cùm ſublevaſſet oculos, & vidiſſet, quia multitudo magna venerat ad eum, dixit ad Philippum. Unde ememus panes, ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus.* &c.]

An, & quo modo Propoſitio Tentativa differat ab Interrogativa?

Quid intendat Magiſter cum Diſcipulum tentat?

Sententia Septima.

An Ioſephi verba ſint figurata?

Tandem Rupertus aſſerit Ioſeph loquutum fuiſſe figurativè in ſtylo prophetico, allegorico, ſeu metaphorico, & multa piè & ſanctè intermiſcet, quæ in examen vocata non ſubſiſtunt.

Nos autem propter Ioſephi authoritatem Primam Opinionem rejicimus; Septimamque & ultimam ob nimiam ſubtilitatem aut obſcuritatem. Secundam etiam Quintamque; quoniam illa Ioſephi verba

per

per ſubſequentia reſtringuntur & omni æquivocationi claudunt aditum. Nec joco illum aperiunt; negotium enim fratrum erat cordi Ioſepho, & valde ſeriò tractabatur: Non ergo in re tam ſeria dici poterit proceſſiſſe jocosè. Et eligimus Sextam, aut etiam Quartam cui & Tertia potrit attemperari.

An dentur Iuramenta nō ſeria?

AD Tertium in quo de verbis illis, *Per ſalutem Pharaonis.* &c. dubitabant, reſpondeo ſæpe homines uti aliquos juramentis non ſeriis, (ita Hiſpanus, cùm dicit *Iuro à diez* & Latinus, cùm addit *Iuro Chriſtum*) Et hic Doctores quærunt, An talia fuerint quæ Socrares & Zeno emittebant; ille enim per Anſerem, Canem, aut Platanum; hic autem drjerabat per Capparim? In Apologetico aſſerit Tertullianus, cujus ſententia illi, ut Deos Gentilium deriderent, Plantas & Beſtias in teſtimonium adſerebant. Alii illos putant per hujuſmodi ſubſtantias ſpeciales intellexiſſe Virtutes, & per ipſas juraſſe. Quidquid autem de hoc ſit, nemo prudens negare poterit eſſe Iuramentum Theologicum, quod emittitur *per Regis ſalutem*, & apud Ægyptios etiamnum tanta religione obſervari, ut qui nō præſtiterit quod per Regis vitam promiſerit, perire debeat, quin ſe poſſit redimrre argento aut auro. Ioſephus igitur juramentum emiſit; &, ſi illud Veritas defecit, pejeravit. Conſideranda igitur ſunt Iurisjurandi verba; ut Quæſtio decidatur.

Qualia Zenonis & Socratis fuerint?

Iusjurandum per Regis vitam emiſſum Theologicum eſt.

Non dixit abſolutè Ioſeph, *Iuro per Regis vitam, quod eſtis exploratores*: [&, ſi dixiſſet, in eo ſenſu, vel ſenſibus, in quo vel quibus hæc Propoſitio, *Exploratores eſtis*, non eſt mendax, juramentum, quod ſuper illam caderet, infici perjurio non poſſet,] ſed loquutus eſt conditionatè, & juxta Sententiæ Quartæ ſuperius poſitæ ſenſum, ut *quæſt. 139. in Geneſim* teſtatus Hipponenſis Epiſcopus. Dixit enim. *Mittite ex vobis unum: & adducat eum* (Benjaminum) *vos autem eritis in vinculis, donec probentur, quæ dixiſtis, utrùm vera, an falſa ſint; alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis.* Vbi illud *eſtis* nequit accipi in ſenſu Reali & Scholaſtico, [non enim eſt Conſequentia ſecura, *mentiuntur, Ergo ad explorandum loca immunita miſſi ſunt.* Etſi enim mentirentur poterant non eſſe exploratores] ſed debet in Morali & Politico, ut ſenſus ſit, *Per Pharaonis ſalutem juro, quòd ſi verba veſtra eſſe falſa deprehendero, eritis habendi & tractandi velut exploratores.* Et quidem præter Realia quæ Scholæ ſerviunt, argumenta Moralia, quę Tribunalibus pro-

Propoſitio, quæ ſecundum ſe aſt eſt mendacium, ſi juramento affirmatur, non erit perjurium.

De Conſequentia Morali. Quænam illa ſit?

ſunt, eſſe neceſſariò admittenda demonſtrat mea Moralis Dialectica: quæ per Certitudinis gradus decurrens, Figuras, Modoſque ab Ariſtotele inventos aſſeverat Infallibiles eſſe; additque alios Probabiles, qui Antecedentia obſcura & incerta præmittunt, & Conſequentias veriſſimiles inferunt, illoſque ſubcollat illa Canoniſtarum Regula *in 6. num. 45.* à Boniſacio VIII. univerſis præſcripta, videlicet, *Inſpicimus in obſcuris* (in incertis) *quod eſt veriſimilius* (& veriſimilius judicamus) *quod plerumque fieri conſuevit.*

An bene concludant in ſuo genere?

Et hanc eſſe veram intelligentiam hujus Biblicę Hiſtorię me docuit citatus Auguſtinus, ſcribit enim. *Quomodo hoc verum eſt*, ſi non verum dicitis. exploratores eſtis, *cùm etiam ſi mentiti eſſent, nō tamen* (ideò) *exploratores eſſent. Sed hoc eſt, quod dixi, ita, dictum eſſe*, Exploratores eſtis, *quaſi dixiſſet*, Exploratorum pœna digni eſtis; *hoc autem eſt*, Exploratores deputabimini merito peccati veſtri. *Et quid eſtis potuiſſe dici pro* habebimini, *aut* deputabimini, *innumeræ ſimiles loquutiones docent: unde eſt illa Eliæ*, Quicumque exaudiverit in igne ipſe erit Deus, *Non enim tunc erit, ſed tūc habebitur.* Sancto Epiſcopo conſonat Cajetanus qui hunc locum hiſce verbis dilucidat. *In textu Hebræo non habetur*, Exploratores eſtis, *ſed* Exploratores vos, *& ſubauditur*, habebimini, *ſcilicet ex veſtro mendacio. Nam eo ipſo; quòd objectum illis fuerat, eſſe eos exploratores, & ad talem objectionem negandam illi dixerant, ſe habere fratrem minorem, ſi in hoc mētiti fuiſſent, reddidiſſent ſe ſuſpectos, quod exploratores eſſent. Et ſic verum juravit Ioſeph, Quod, ſi non diſcerneretur per hoc veracitas illorum, haberentur ex proprio mendacio exploratores.*

Vera Textus explicatio proponitur.

3. Reg. 18.

Lingua Hebræa non utitur verbo ſubſtantivo; ubi enim dicit Interpres, Exploratores eſtis, *ſcribit, Hebraicè habetur*, Exploratores vos, *& ſubintelligitur verbū congruum, juxta exigentiam circumſtantiarum.*

AD Quartum, dico, pulchram videri & copioſam Diſputationem de Ebrietate, à Philone ediſſertam. Eam totam Pererius *tom. 4. ad cap. 43. Gen. pag.* 279. ſuis Commentariis inſeruit: & quotquot illam legunt, collaudant. Ebrietas igitur (Græc. Μέθυσις) nomen olim ambiguum, quod jam malitia temporū nonniſi in malum ſenſum cadit. Ebrietatem quidem in plura membra diviſiſſe videtur ille ſapiens, qui apud Apulej. *Florid. 3.* dicebat. *Prima cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad inſaniam.* At illa Philoni duplex eſt; Philoſophica nimirū & Poetica. Illa eſt hilaritas à vino ſumpto moderatè proveniens, intra terminos Prudentiæ, quæ vitam Philoſophorum moderatur ſe continens. Hæc eſt intemperata in qua,

An omnis condemnetur Ebrietas?

ut Philo ait, delicamentum illud Homericum, hoc eſt, potandi certamen inſtituitur. Quo reſpiciens Auguſtinus *ad Sacr. Virg.* ſcribit, *Adſumit inter pocula injuſta certamina, & nullis exiſtentibus cauſis aſperam excitat rixam*. &c. Vtriuſq; quidem ebrietatis expoſitionē Philo ingenioſè ab etymo deducit à diverſa origine Græcam dictionem derivando.

Quid, & quotuplex ſit?

De Philoſophica ſic ſtatuit. *Peractis votis, & ſacrificiis placato Numine; poſt purificationem corporum & animarum; aquis abluti & imbuti Sacrarum Legum cognitione, hilares & læti ad remiſſiorem victum ſe conferebant; ſæpè ne domum quidem repetentes, ſed in Templis, ubi ſacra fecerant, permanentes ut ſacrificii memores, & locum reveriti, Sacroſanctum revera celebrarent Convivium, nec verbo, nec facto ullo peccantes. Et ex hoc more natam eſſe ajunt vocem* μεθύειν, *quaſi* μετὰ τὸ θύειν, *quia poſt ſacra demum Priſci indulgebant poculis. Talis autem vini uſus, cui magis, quàm Viris Sapientibus conveniat, quibus nunc quoque debetur ea, quæ potationem præcedit, Sacrorum operatio*. Et ut lætitiam Philoſophicam, à Prudentia directam, modum habere doceat inquit, *Non ne vides filium Abrahæ nominatum eſſe* Iſaac, *id eſt, non* Riſibile *tantum, quod eſt commune omnium hominum, ſed ipſum* Riſum, & Gaudium, *quem convenit ludere cum* Tolerantia, *quæ eſt uxor ejus* Rebecca; *hoc enim Hebrais nomen illud interpretatur*.

De Philoſophica Ebrietate.

Sacra convivia in templis fiebant.

Quare Græci μεθύειν, *Ebrietatem vocarint?*

Apud Iohannem Leuſden in Onomaſtico Sacro *Rebecca*, eſt *impedita contentio*.

De Poetica autem Ebrietate idem Author ib. *Putant huic rei datum iſtud nomen* ἀπὸ τῆς μετέσεως *à remiſſione* (& obcæcatione) *animi: relaxatur enim (& obcæcatur) inſipientium ratio & animas ad peccandum licentiùs*. &c. Et, ut oſtenderet hujus Ebrietatis graviſſimam deformitatem, dixerat. *Hoc vini venenum (ſic enim appellari verè poteſt) ſi non mortem, certè creat inſaniam: dicerem, etiam mortem, cujus acceſſu præcipua noſtri pars, mens quodammodò interit. Nam, quantum equidem intelligo, ſeparatio corporis ab anima, quæ eſt mors, levior dicenda eſt, quam alienatio mentis & recti uſus rationis privatio. Et, ſicut detur, optio, illa potiùs, quam hæc eligenda fuerit, quæ propter priſci Græci artem vini parandi* μαινομένον, *hoc eſt*, inſanientem *vocarunt; & occupatas hac arte Bacchas* Mænades *dixerunt, quod inſania & diſſipientia cauſa ſit vinum immoderatè ſumptum*.

Alia Ebrietatis derivatio.

An pejor morte ſit?

Μαινομένος μάιναδες.

Hinc patet, quo ſenſu in hoc Geneſeos loco accipiatur ebrietas, hilares enim eſſe ſuos fratres voluit Ioſeph, non uſu rationis privari.

Poſtulat dubium Quintum, ut Textum accuratè inſpiciamus. Scribit Moyſes.

Textus examinatur.

ואת &c.

Veth gebihi, gebiah akkeſeph thaſcim bepi amthahath haqqaton: veth keleph ſcibro.

Scyphum præterea meum, ſcyphum argenteũ pones in ore ſacci junioris: & pretium (argentum) tritici ſui.

An, & cur Latinus Interpres non poſſit exprimere rigorem Linguæ Græcæ?

Seniores autem interpretati ſunt. Καὶ τὸ κόνδυ μȣ, τὸ ἀργυροῦν ἐμβάλετε εἰς τὸν μάρσιππον τȣ̃ νεωτέρȣ, καὶ τὴν τιμὴν τȣ̃ σίτȣ αὐτȣ̃. *Scyphum autem meum argenteum, & pretium, quod dedit tritici, pone in ore ſacci junioris.*

Verſio Latina hæc non exprimit Textum ipſum Græcum, ſed ſenſum; & illum Hebrææ literæ attemperat. Prætereà vocem illam τὸ ἀργυροῦν minimè potuit reddere, caret enim articulis, & ideò multis gratiis Latina Lingua. Ergo ponam Hiſpanicè. *Mi taza pues la de plata, ponla en el coſtal del mas pequeño, y el honorario de ſu trigo.*

Lingua Latina quoniam Articulis, plurimis Gratiis caret.

Dixit τὸ ἀργυροῦν, *la de plata*, ut ſcias, multos habuiſſe ſcyphos è diverſis metallis, aureum, argenteum, æreum, cupreum, ſtanneum, &c. & nominatim juſſiſſe, ut argenteus imponeretur.

De Scypho (nam Interpretes diſputant) hæc Oleaſter ſcribit. [Verbum Gabah, à quo eſt Gabiah *ſcyphus*, &c. *elevare* ſignificat; Gebah verò *elevationem* & inde *collem*, quod ſit elevatus. Vnde, Migabaoth, quod Noſtri *tiaras*, ſeu *mithras* vertunt, quod elevatæ eſſent ad modum collis. Hinc etiam Gabia [*] *ſcyphus* non qualiſcumque, ſed qui formam collis habeat. Vt puto formam habebat dimidiæ amygdalæ, ſeu Indiani Coci. &c.]

Radix גבע Gabah, *& quæ ab illa veniunt dilucidantur.*

[*] ע גביע habet ſub prima ſcevam. Oleaſter ergo ſcevam, quæ aliis eſt *e*, profert non ut *e*, ſed ut *a*.

Vox Κόνδυ, quam poſuerunt Septuaginta Interpretes poſtulat, ut S. Hieronymum audiamus. Verba illorum ſic vertit, *Et pone argentum uniuſcujuſque in ore ſacculi, & Condymeum argenteum mitte in ſacculum junioris*. Et textum exponens, ſic ſcribit. *Pro* Sacculo *peronem vel follem Hebræa habent: pro* Condy, *id eſt, pro* poculo, *quod etiam in Iſaia legimus, Aquila Scyphum, Symmachus phialam tranſtulerũt.* Locus autem Iſaiæ, cujus meminit ſub finem Capitis LI. reperitur, quoniam pro illis verbis, *Ecce tuli de manu tua calicem indignationis meæ*, quæ in Latina Tranſlatione leguntur, Septuaginta juſſi Latinè loqui, ſic habent, *Ecce tuli de manu tua calicem ruinæ*, κόνδυ, condi *furoris mei*.

Quid ſignificet Κόνδυ?

Condy meum, *quid ſit?*

Voce κόνδυ *uſus eſt Iſaias.*

(Vocem Κονδυ porrò (inquit Pererius *tom.4. nu.3. pag. 282. b.*) tradunt Grammatici non eſſe Græcam, quod indicat etiam

An ſit barbara & non Græca iſta vox?

forma

forma ejus Nominis. Apud Athenæum, ubi de variis poculorum generibus diſſetit, cum exemplis Græcorum Scriptorum mentio fit ejus vocis.] Interim Ioannes Meurſius, qui Græco-barbarum Gloſſariũ edidit, illam omittit, quam eſſet proculdubio poſiturus & expoſiturus, ſi judicaſſet barbaram. Ioannes autem Scapula ſic ſcribit in Lexico. [*Κόνδυ Heſychius dicit eſſe poculum barbaricum apud Athenaũ* lib. 11. *καὶ κόνδι, καὶ ψυκτῆρα, καὶ κύμβιον. Nichomachus Perſicum eſſe poculum ſcribit. Athenæus Aſiaticum decem cotylarum capax. Pancrates. σπένδων ἐκ κόνδυος ἀργυφέοιο Νέκταρ.*] *Eſt autem κοτύλη*, Hiſpanicè *Eſcudilla*, vaſis genus ſemiſextarium continens. Et ea uſum fuiſſe Diogenem, antequam puerum manu cava bibentem vidiſſet, aſſeverat Laertius. Ergo, ſi Athenæus non decipitur, iſte Ioſephi Scyphus quatuor ſextaria continebat.

In Græcobarbaro Gloſſario non reperitur.

Et τὸ κόνδυ τοῦ κόνδυος declinatur.
La Eſcudilla.
κοτύλη.

Sanè inter pretioſa vaſa & eimelia aurea & argentea primo loco ſcyphi recenſebantur. Et memoria videtur eſſe dignus, ſcyphus ille Neſtoris, quem Homerus accuratè deſcribit, erat enim interpunctus clavis aureis; quatuor ornatus auribus quarum ſingulis binæ columbæ aureæ inſidebant. Dicitur habuiſſe duo funda, (internodia ut puto) quibus media pars à media altera ſecernebatur. Erat verò ita gravis, ut repletus vix ab uno homine elevari potuerit. Quem tamen Neſtor potaturus facile in manus tollebat. Sed nec memoria perire duorum Scyphorum debet, quibus uſus eſt Nero, & ob materiam & cælaturam maximi æſtimabantur. Aurei & magni erant, & propter carmina, quæ iis erant inſculpta, *Homerica* nominabantur. Eos ipſe nunciata ſibi defectione exercituum ex impotentiæ ſummæ rabie ſolo illiſit.

Quanto honore fuerint habiti ſcyphi?

De Neſtorio ſcypho.

De Homericis, à Nerone colliſis.

Tranſeo ad vocem Keseph. Lego enim in Tranſlatione ex Hebræo, *Et pecuniam Tritici ſui.* Pro quo ſeptuaginta, Καὶ τlu̓ τιμlu̓ τοῦ σίτου. & eorumdem Interpres, *Et pretium, quod dedit, tritici.* Porrò Keseph, *argentum* eſt: & quia metalla, aut infecta, aut facta, aut cuſſa ſunt, nomen commune ut ſumatur pro argento cuſſo, ſeu pecunia à circumſtantiis reſtringitur. Interpres ergo hic, non literam, ſed ſenſum expreſſit. Sed neque Latinus Septuaginta ſeniorum Interpres exactè reddit ſignificationem verbi Græci. Quoniam tametſi τιμὴ & τίμημα *pretium* ſit, inſinuat ſaporem ſuæ originis, & gloriam honoris conſervat! nam τίω eſt *honoro*, & Τίομαι *honore habeor*: τιμὴ poteſt verti *honorarium*. Eſt autem honorarium donum, quod honoris gratia, & non tanquã debitũ exigebatur. Tale olim dabatur advenientibus in provincias Conſulibus: & talia hodie porriguntur Principibus cum primum ſuas Civitates inviſunt. Cicero in Piſon. *Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi, qui honorarii: ſiquidem poteſt vi & metu extortum* honorarium *nominari: quod tam peraquè omnes ſenſiſſent, tam acerbiſſimi Bæotii, Byzantii, Cheronenſes, Theſſalonica ſenſit.* Et etiam apud Iuriſperitos & Medicos olim munus, quod ob patrocinium illis, ob curam his olim porrigebatur. Olim enim à clientibus & ægrotis Advocati & Medici non exigebant officii ſui mercedem, propudioſæ enim avaritiæ accenſebant ſcientias vendere: clientes tamen & ægri illi quod ſuum erat conſequuti, hi priſtinæ ſaluti reſtituti, ne recepti beneficii dicerentur immemores, pro ſuo ſenſu & arbitrio aliquod *munus offerebant, & illud* honoratium *vocabant*.

De argento quod in ſacco reponitur.

Argentum informe, infectum, factum, cuſſum, &c.

τιμή.
τίμημα.
τίω.
τίομαι.

Quid Honorarium ſit?
Et cur olim Cõſulibus, Patronis, Advocatis & Medicis donatum fuerit?

Olim Advocatis & Medicis non dabatur ſalarium.

Haploteſ.

His præmiſſis Textum & Verſiones conſideremus. Hebraica litera metalli materiam ſignificat, illam Keslph, *argentum* vocans. Quia autem hoc non erat informe & infectum, ſed cuſſum & ſigillatum, latina ex Hebræo Verſio *pecuniam* poſuit. Illam τιμlu̓ *honorariam* vocarunt Septuaginta, ut cauſam innuerent, ob quam reponebatur: reddi enim pecuniam voluit Ioſeph, ut honorem illi & auxilium reciperent. Et, ne putaret aliquis, hanc pecuniam non eamdem fuiſſe, quam Benjaminus tulerat, ſed aliam, Latina ex Græco poſuit *pretium*, nempe, quod fuerat datum propter triticum. Vt videas mera Verſionum collatione decidi graves difficultates. Voluit igitur Ioſeph fratribus ſuis grana dare & non vendere: & quia nolebat tunc cauſam declarare, ob quam id faceret, noluit cum ipſis de donatione licitari, ſed facto verius, quam verbis favorem & auxilium præbere.

Componuntur Verſiones.

Quàm utilis ſit variarum lectionum & interpretationum collatio?

SED, *cur ſcyphum ſuam argenteam in Iunioris ſaccum induci juſſit?* Sextum Dubium poſtulat, ut hæc Quæſtio, curioſè decidatur.

De Ioſephi Scipho.

Porrò furari ſcyphum Principis extremæ ignominiæ erat crimen. Suadent id notæ Veterum Scriptorum hiſtoriæ. Quoniam Athenienſis *Droxippus*, cum per calumniam falsò fuiſſet accuſatus, quod aureum Alexandri poculum inter epulas ſubripuiſſet modeſtiam & pudorem ſuum judicans tantæ ignominiæ imparem ſufferendæ, ſcripto ad Regem apologetico ferro ſe interemit. Nec leviter confuſus fuit Iunius Servilius, qui à Claudio Cæſare ad cœnam vocatus, ſuffuratus fuit au-

Quanta ignominia fuerit ſcyphum Regis ſubripere?

Cur Droxippus ſe occiderit?

De Iunio Servilio.

reum ſcyphum. Ei hanc ob rem ad cœnam poſtridie revocato, licet cæteris apponerentur aurei, fictilem calicē apponi Claudius juſſit. Quod opprobrium, homini nō planè impudenti, inſtar maximi ſupplicii eſſe debuit. At non eſſet Centurioni Semphionio, qui cum frequenter à Marchione de Aytona Belgii Gubernatore invitaretur, & ſemper coclear argenteum ſubriperet, Oeconomus, ut eum confunderet, duodecim ſimul coclearia argentea ipſi ſuper diſcum appoſuit. Sedens: circumſpicit: & ubi omnium in ſe oculos conjicā obſervat, coclearia accipit, numerat, & in ſaccum (Hiſp. *en la faldriquera*) inducit dicens, *Aunque fueſſen ventiquatra*. Non ergo vacat peccato Ioſeph, qui & fratrem & innocentem voluit ignominioſo crimine commaculari.

Iucunda hiſtoriola refertur.

Multa ſunt dicta ab Expoſitoribus de hac Divinatione per ſcyphum. *Vatablus.* [Iſte inquam (ſcyphus) per quem divinare ſolet; non quod auguriis Ioſeph more Gentilium uſus fuerit, ſed quod ea, quæ ad præſens negotium facerent loquutus fuerit. *Alii*. Et pro quo augurando auguratus eſt; id eſt, non-ne iſte calix, quem furati eſtis, eſt ille, in quo bibere ſolet Dominus meus; pro quo Divinos conſuluit, ut ſciret, quis eum ſubripuiſſet? *Alter ex doctis pro* tentare, & probare *accipit hoc ſenſu*. Per hunc ſcyphum Dominus meus vos tentavit, ut ſciret num fures eſſetis. *Alter quidam ſic explicat*: Cogitat Herus meus amiſſionem ſcyphi, ex quo bibit, ſibi eſſe malum omen & augurium. *Doctus inter Hebræos ſic exponit*. Augurando auguratur pro eo: hoc eſt, interrogat augures propter eum. *Et inquit idem*. Sunt, qui exponunt, quod ipſemet auguratur pro eo, quod reputat amiſſionem ſcyphi omen malum ſibi eſſe [*] eo quod periit ab illo vas, ex quo bibebat. *Chaldæus Paraphraſtes*. Inquirendo inquirit pro eo id eſt, diligentiſſimè quærit augures propter eum, ut indicent, quiſnam ſibi illum ſubripuerint. *Vel*, is ſcyphus eſt, quo utitur ipſe in auguriis. *Vel*, quem amiſſum diligentiſſimè quærit. &c.] Quæ Sententiæ & Interpretationes librum magnū explerent, ſi deberent perpendi, librari, & examinari.

Variæ Sententiæ & Interpretationes proponuntur.

An Ioſeph uſus fuerit ſuperſtitioſis & ethnicis divinationibus?

*] Etiam inter Chriſtianos ſunt hodie multi, qui ſive ſalinarium vertatur, vel culter cadat, &c. ſibi imminere infortunium præſagiunt.

Quomodocumque autem Textus legatur & exponatur, ſcyphum ſuū in Benjamini ſacculum Ioſeph imponi juſſit. Sed cur? Theodoretus *num.* 105. diſſolvit controverſiam his verbis, *Experiri volens Ioſeph animum fratrum erga Benjamin, & liquidò noſſe an Benjamin, calumniam paſſum ex animo & acriter defenderent, ob id in ejus ſaccum abſcondi ſcyphum imperavit. At ubi eos non tantùm illi patrocinari, ſed etiam pro ea vehementer certare, ac ſe ipſos offerre perſpexit, perſona Principis & Imperantis depoſita, fraternum vultum induit & benevolentiam oſtendit: fratreſque trepidantes, & tantum non terram ſibi dehiſcere exoptantes, ipſe bono animo eſſe juſſit dicens*, nunc igitur, ne timueritis, neque durum vobis videatur, quod vendidiſtis me; nam, ut viveretis, miſit me Deus huc ante vos. &c. Et conſentit Philoni, qui *in libr. de Ioſeph*, ſimilem opinionem ſcripſerat.

Volebat Ioſeph dſcere, An fratres amarent Benjamin.

Supereſt, ut verba Ioſephi exponamus. Capite enim XLIV. nu. 4. domus ſuæ Diſpenſatori dixit. *Surge & perſequere viros & apprehenſis dicito: Quare reddidiſtis malum pro bono? Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit Dominus meus; & in quo augurari ſolet. Peſſimam rem feciſtis!* &c. Suiſque fratribus poſteà num. 15. *Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in augurandi Scientia*. Quæ verba, ſi benè intelliganiur, non erunt propudioſa Ioſepho. Attendite.

An-ne Ioſephus fateatur ſe eſſe Magum?

Divinatio duplex eſt: Superſtitioſa & Naturalis. Vtraque dici ſolet *Augurium* tametſi hoc nomen impropriè Naturali accenſeatur: nam propriè *Augurium* ab avium garritu vocatur. Et eo venit Romanorum ingenioſa Simplicitas, ut Romæ expenſis publicis Augurum ſuſtentaretur Collegium, tot privilegiis & immunitatibus condecoratum, ut illuc Viri Nobiliſſimi adſcenderent. Et quidem negotia publica ab Augurum ore pendebant. Lex XII. Tabul. à Cicerone 2. de legib. relata. *Quæ Augur injuſta, ne faſta, vitioſa, dira defixerit, irrita infectaque ſunto. Qui non paruerit capitalis eſto*. Fuit & huic Conſiſtorio adlectus Plinius, ut ipſe *in epiſt. ad Arrian.* teſtatur. Vide Agellium *libr.* 6. *cap.* 6.

Magia duplex. Augurium unde dicatur?

De ſumma augurum authoritate.

Erant tria Augurum genera; nam tribus aves modis prædicebant futura, paſſu, volatu, cantu. Augurium quod à paſſu, nominabant *Soliſtimum*: quod à volatu, *Prepetium*, & tandem *Oſcinium*, quod à cantu. Has omnes Auguriorum ſpecies in Cecinn. collegit Cicero: inquit enim. *Non igitur ex Alitis volatu aut ex cantu ſiniſtro Oſcinis, nec ex tripudiis Soliſtimis, aut ſomniis tibi auguror*. Et per vocabuli ampliationem divinatio ex aliis rebus ſumpta etiam *Augurium* vocabatur. Et quia impræſentiarum de augurio per pelvim, aut ſcyphum ſpecialiter agitur, verba Iulii Sitenii adducam, qui *libr. 9. de Fato cap. 9.* ſic ſcribit.

In tres claſſes dividebantur Augures.

Augurium Soliſtimum, Prapetium, & Oſcinium.

[Aſſyrios legimus & Chaldæos & Ægyp-

Divinatoriæ Pelves, quæ?

gyptios pelves (quo nomine omne vaſorum genus intelligi debere puto) aquis repleee ſolitos,in quibus argenteas laminas lapideſque pretioſos certis characteribus ſignatos ponebant: & quibuſdam verbis pronunciatis, Dæmon advocabatur,qui vocem inſtar ſibili ex aquis edebat Reſponſa eorum,de quibus conſulebatur. Et nitidis etiam terſiſque rebus alijs, in quibus quæſitarum rerum imagines à Diabolo confictæ videbantur, antiquitùs divinabatur.Iulianum Imperatorem Apoſtatam, hoc potiſſimum divinandi genere uſum eſſe, quidam tradiderunt. Conſimile eſt, quod à quibuſdam hodie, vel in cryſtallis,& vitreis vaſis aqua repletis,vel in ſummis digitorum unguiculis exercetur; in quibus rerum, quæ inquiruntur, ſpecies, & imagines à Diabolo confictæ à certis perſonis videntur. Hujus generis fuiſſe videtur oraculum & fonte Ceteris in Civitate Patras: in quo injecto ſpeculo; ægroto hilarior, vel triſtior vultus oſtendebatur, & indidem ægrotis ſanitas vel mors divinabatur. In lib. de Mirabilibus mundi (qui Ariſt. falsò adſcribitur) memoratur fons quidam Paliſcorum: in quo per dolum jurata, & tabellæ inſcripta, ſi ponebantur continuò abſorbebantur, bona autem fide ac ſincerè jurata ſupernatabant aquis:Hæc ille.

Quali Magiæ uſus fuerit Iulianus Imperator?

Fons Cereris, ubi? qualis?

Liber de Mundi mirabilibus, *non eſt Ariſtotelis.*

CApi autem in ſcyphis aut à ſcyphis auguria, ſupponebat Homerus, qui Iliad. ω (hoc eſt, libr. XXIV.) Magiam hanc ſubrigit ad regionem æthercam, & Numina Divina illa maculat: de Iove enim ſic cecinit.

An Iuppiter, ut providè gubernet Mundum, jactat aleas?

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται. ἐν Διὸς οὔδει

Δώρων οἷα, δίδωσι, κακῶν ἕτερος ἑάων.

Ὧ μὲν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,

Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ,

Ὧ δέ τε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε,

Καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει

Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσι.

Bina Iovis ſummi dicunt in limine dudum

Vaſa, quibus ſortem Deus ipſe emittit utramque,

Ille miſer, cui Sors Fati contingit amara,

Heu quantos gemitus, quàm dura videbis

Exitia! atque omnem mixtam mœroribus atris

An eſſe hominũ, aut Deorum gratia à virtute, an verò à Fortuna dependeat?

Vitam agit. Hunc Homines odio, Superique ſequentur.

Ecce Iupiter,ut affirmat Homerus, ſcypho utitur, ut futuros hominum eventus & Fortunam prædeſtinet. Sed, quia magnus deus erat Iupiter, ſcypho magno; nam πίθος, qui apud nos in terris *dolium* eſt apud Cælites eſt menſura unius hauſtus: πίθῳ enim Iupiter aliis Diis propinabat ambroſiam, & πίθῳ generi humano miſerias.

Πίθος eſt dolium.

Et hic obiter nota, qualis fuerit Ethnicorum ſententia Providentia Divina; ſi enim ſortibus utebatur Iupiter, ut de rebus diſponeret, eo eo ille modo omnia terrena gubernabat. Nec majori circumſpectione in ſubterranea abyſſu ſceleratorum Animę condemnabantur:inquit enim ſexto Æneidos Virgilius.

Quo modo Dii gubernabant opinione Gentilium.

Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine Iudice ſedes,

Quæſitor Minos urnam movet, ille Silentum

Conſiliumque vocat, vitaſque & crimina diſcit.

Et quo modo de præmiis & pœnis ſtatuebant.

Vbi Vas, quod πίθον Græcè dixit Homerus, *Vrnam* Virgilius vocat; atque *Silentum* nomine Conſiliarios appellat,qui tametſi ubique debent Arcana Principis labiis ſigillatis audire, id præcipuè præſtare tenentur apud Inferos, ubi Vmbræ ſilentium inviolabile obſervant. Et hic notanto iterum Deorum Ethnicorum Iuſtitiam & Scientiam. Mortuorum Minos vitas neſcit: & quia eſt Iudex, & ſuppliciorum Arbiter, ut cum cauſæ cognitione procedat, crimina ſingulorum addiſcit;videlicet ex motu Vrnæ, & ex Vmbrarum conticentium conſilio. Audiunto, admirantor, ridento.

An Vrna ſit πίθος?

Stygius Iudex Minos. Ejus Conſiliarii, qui ſint?

ET huc referri poſſet Scyphus Horarius, in quo ſicut de horis ſolet, ſic de aliis rebus poſſet augurium ſumi. Accipitur enim Scyphus Cryſtallinus, aut ſaltem vitreus, & à filo dependens annulus. Ille in menſa v.gr. relinquitur: hic à duobus digitis(pollice & indice) ita ſuſpenditur,ut tantiſper abſit à limbo vitri. Et quia arteriæ motu manus neceſſariò movetur, tremit filum, & oſcillando annulus vitrum pulſat, & Horam indicat. Et hic Dubium duplex ſuccurrit, Alterum, *An reverà Annulus horam quæſitam exprimat?* & Alterum, *An ſi id præſtet, careat ſuperſtitione?*

De Arteriæ Horologio, quod vocant.

Reſpondeo ad Primum, me in Belgio & Germania vidiſſe aliquos, qui hoc Horologio utebantur; &, ut dicebant, aut etiam æſtimabant, feliciter. Et, ne viderentur Inertiam phyſico & reali carentem fun-

An reverà detur hoc Horologium?

Dæmon, ubi quis abrenunciat expreſsè pactum, non cõcurrit.

fundamento docere, Artis ſuæ Veritatem & Innocentiam hoc modo conabantur oſtendere. Aſſerebant, Solis ab Horizonte motu ſanguinem concitari, moveri arteriam, manumq; aliter & aliter, ſecundum Horæ diverſitatem, trepidare. *D*icebam: quæ in eorum fiebant manibus debere etiam in noſtris fieri, ſi eſſent naturalia. At mihi, qui ſum nimis ſuperbus, ut velim pacto implicito adhærere, nunquam res, ut ipſi dicebant & optabant, ſucceſſit; Ergo ad Primum dicendum eſt tale Horologiũ in rerum natura non eſſe. Et ad experientias, quas nundinabantur, reſpondeo: illos fuiſſe falſos, aut voluiſſe decipere: & quia potiùs primum illud credidero, ad vires Præjudicii recurram. Dicam eos, Horam quam petebant ab Annulo, jam ab Horologiis præcognoviſſe, & veniendo ad ultimum ictum manum vi hujus præjudicii amoviſſe.

De viribus Imaginationis.

Reſpondeo ad Secundum, tale Horologium, ſi daretur, fore ſuperſtitioſum, & à concurſu Dæmonis neceſſariò pendere. Si enim in noſtra Europa, ut Aſiæ & Africæ mores omittam, Bohemi & Itali ab Occaſu, Norimbergenſes ab Ortu, Aſtronomi à Meridie, cæteri à Media-Nocte horas numerant: & ſi aliqui immediatè diem in viginti-quatuor horas dividunt: alii in duas partes ſecant, & collocant duodenas in alterutra: & tandem alii in quatuor, & ſenas conſtituunt in ſingulis [& hic mos, qui eſt in Italia, & Romæ præcipuè communis, dum eſsem Compluti puer, ſervabatur in Arce] diei initium non eſt quid naturale, ſed ab hominum placito dependens. Ergo moneri debebit Sol, ut diſcat cujas ſit, qui horam petit ab annulo; Æquinoctii enim die, ſi ſub meridiem horam Romanus aut Pragenſis inquirat, ad 18. ictus; ſi Norimbergenſis, ad 6 ſi Aſtronomus, ad 24. & ſi denique Pariſinus &c. ad 12. debet ictus concurrere. At Natura eſt in omnibus eadem: Ergo hæc nequit eſse naturalis varietas. Ergo pendet à præjudicio, nam qui aliqua falſa apprehenſione præoccupantur, facilè decipiuntur. Vel aliàs, ſi nullum præjudicium ſubſit, & tamen effectus, qualis recenſetur, eveniat, eſt ſuperſtitioſus, & pendet à Dœmonis implicitè invocati concurſu.

An fuerit Ioſeph mentitus?

Hinc ad Quæſtionem principalem veniendo ab omni difficultate ſe ſubducit Toſtatus, aſſerens Ioſephum fuiſſe officioſè mentitum, Nec eſſe, cur aliquis eum graviter peccaſſe exiſtimet; nam glorioſum apud Ægyptios (ſicut poſteà apud Romanos & alias Gentes) erat judicare de auguriis: & ad utilitatem fratrum omnia illa confingebat. Verba Toſtati ſunt. *Dicendum igitur eſt, Ioſeph voluiſſe haberi à fratribus ſuis verè ac propriè augurem, & ideò mentitum eſſe; ſed quia tale mendacium neque illis fuit noxium, & ſibi conducebat ad inquirendam veritatem, quam noſſe cupiebat, idcircò fuit mendacium quodammodo officioſum, & veniale peccatum; à quo excuſari Ioſeph non eſt neceſſe.* Poſſet & alius dicere, mentitum quidem fuiſſe, nec tamen peccaviſſe venialiter; nam, ſi multi olim inter Chriſtianos judicarunt mendacia officioſa eſſe licita, quid mirum, ſi rudi illo ſæculo vera doctrina de mendacii officioſi malitia, fuiſſe ignota dicatur? Nos autem ſupponentes cum communi & benigna ſententia eum non fuiſſe mentitum an illum Reſtrictio Mentalis, adjacentes Circumſtantiæ culpa emaculent, examinabimus.

An mentiendo peccaverit?

Reſolutio.

Quid doceat S. Auguſtinus?

S. Auguſtinus *qu.* 145. *in Gen.* Ioſephum eximit à mendacio propter tres ſufficientes rationes: quia videlicet non ſeriò, ſed jocosè; non affirmativè, ſed interrogativè & tentativè; non de ſe, ſed de aliquo indiffinitè loquutus fuerit. Verba S. Patris ſunt hæc. *Quæri ſolet, quid ſibi velit illud quod dixit fratribus ſuis Ioſeph.* Neſciebatis, quia augurio auguratur homo qualis ego? *ſed quia non id ſeriò, ſed joco dictum ab eo eſt, ut exitus docuit, non eſt habendum mendacium: mendacia enim ſeriò à mendacibus aguntur, non joco.* &c. *Ioſeph non dixit* auguror, *ſed* auguratur homo qualis ego. *Quod, ſi hoc dicatur eſſe genus aliquod loquutionis, in ſcriptura corpore ſimile aliquid reperiendum eſt.* Similem inivit viam Ioannes Galenſis, de quo Abulenſis ſcribit. *Reſpondet Ioannes Galenſis non fuiſſe eum mentitum, quia oratio ejus cum fuerit interrogativa, nihil affirmavit, vel negavit; & ideò nec verum, nec falſum ſignificavit.* Indefinitè fuiſſe loquutum aſſerit Theodoretus: nam *qu.* 104. *in Geneſ.* ſic inquit. *Convenit autem admirari exquiſitum ejus loquendi rationem, neq; enim vel ſimulando augurii peritiam ſibi paſſus eſt tribui, ſed cuipiam alteri, cui ſumma imperii commiſſa eſſet, ſicut fuerat ſibi. Non enim dixit,* Auguror, *ſed* augurando auguratur quiſquam ſicut ego. *&c.* Similia in Græco Interprete apud Lipomannum leguntur. *An-non noſtis,* ait, *quod divinando divinat vir, qui ſimilis mei eſt?* &c. *An ignoratis, quod Viri Excellentes, ac Principes qualis ego ſum, ex hujuſmodi rerũ amiſſione* (non ergo per ſcyphum ipſum) *omina & auguria captare ſoleant?* Etiam Scholaſticæ Hiſtoriæ Auctor dilucidans hunc locum Geneſis, S. Thomas 2.2. *qu.* 95. *art.* 7. & alii Auguſtino ſubſcribũt. Adde Paulum Burgenſem, qui in ſcholio ad Poſtil-

An qui jocosè loquitur mentiatur?

An non de ſe loquutus ſit Ioſephus, ſed de alio?

Interrogatio nec eſt vera nec falſa.

Qui aſſerit, quòd Titius, (Hiſp. que Fulano) *talem rẽ fecit, non mentitur.*

ſtillas Lytani ait, *ſecundum S. Auguſtinum, & S. Thomam* in 2.2. qu. 95. *Ioſeph iſtud dixit, non ſeriò, ſed referens ad id, quod vulgus Ægyptiorum opinabatur de ipſo, credens Ioſeph talium artium eſſe peritiſſimũ.* Et hic nota illa verba, *ut exitus docuit*. Et ſic mecum diſcurre. Quæ dicebat & agebat Ioſeph ſecundum ſe conſiderata erant ambigua & poſſent ſeria vel non ſeria cenſeri. At per exitum, qui res externa eſt, reſtricta ſunt ad jocum; non ergo per aliquam Reſtrictionem Mentalem.

Exitus acta probat.

Ars ſit, an Inertia verius, Magia, quam leges Canonica & Civiles condemnant.

Facta & verba Ioſephi eſſe prophetica, & *Augurii* nomine non Inertiam illam (nec enim meretur Artis nomen) quam leges Divinæ condemnant, ſed Naturalem Divinationem intelligi *lib. 9. in Geneſ.* 10. Rupertus aſſerit: detinendo enim illos tribus diebus in carcere, ſignificavit illos propter commiſſum in ſui venditione peccatum per tres generationes Ægyptiis ſervituros; per argenteum ſcyphum, ipſos argentea & aurea vaſa, cum ſe ex Ægypto ſubducerent, aſportaturos: per Præfecti domus inſequutionem, Pharaonem cum exercitu illos perſequuturum: & tandem in gaudium convertendo lætitiam, & dicendo, *Ego ſum Ioſeph frater veſter.* &c. prædixit conſternationem animi, qua erant percellendi quando hinc procelloſos maris fluctus, inde exercitum Ægyptiorum conſpicerent, in tantam tranſituram lætitiam, ut dicturi eſſent, *Cantemus Domino glorioſè enim magnificatus eſt, equum & adſcenſorem dejecit in mare.* Et, ſi inquiras. Vnde determinari verba hæc debeant, ut prophetica potius ſint, quàm hiſtorica? ut paulò ante dicebam, iterum reſpondebo, non ab Intellectuali aliqua Contractione, ſed ab ipſis effectibus, qui ſub exteriores ſenſus cadunt, determinationem deſumi.

Tota Ioſephi hiſtoria eſt prophetica.

Omitto Lipomannum, qui *in ſua Catena in Gen.* multa in hunc locum congeſſit; cum, quia Latinum Textum, quem præcipuè dilucidaturus erat, intermittit; tum quia, quæ ex Hebraica, Chaldaica, Græca & aliis Interpretationibus adducit, jam fuerunt à nobis ediſſerta.

Cur non adducatur & examinetur Lipomanus?

℞. AD PROB. VII.

De Maria ſorore Moyſeos, & Ægyptiis Obſtetricibus. *An fuerint mentita? An Deus cum ipſis diſpenſaverit in præcepto inhibente mendacium?*

SVnt expediti Iuris omnia, quæ in Septima Objectione ponuntur. Primò enim in Mariæ (aut Miriamnis, ſi ſic vocare eam velis, quam Sacra Pagina *Miriam* (*) nominat) Moyſeos Sororis, verbis, prudentem, & ætate majorem, diſſimulationem, non autem fallacem aliquã ſimulationem reperio. Tota ergo Quæſtio ad verba debet Obſtetricum reduci. Et quidem, tametſi nonnulli Viri, qui cenſerentur docti, in illarum Hiſtoria difficultatem poſuerint veriùs, quàm invenerint, Ego non percipio, cur ipſæ hodie in Diſputationem producantur. Interim, quia jure aut injuria, jam in Tribunali comparent, earum examinari debet cauſa, & juxta adlegata & probata ſententia ad Leges Aequitatis proferri.

*] Hinc conſtat puncta fuiſſe à Rabbinis mutata: nam Septuaginta *Num. 12. 1.* Μαριάμ, & non Μιριάμ. legerunt.

Commentatores interdum addunt tenebras & difficultates adaugent.

Sunt, qui nolint illarum patrocinium adſumere, ſed fateantur liberè illas fuiſſe mentitas. Ita Hipponenſis Pontifex, qui illum Prophetæ verſum, *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*, dilucidans, ſic ſcribit. *Sunt mendacia quædam pro ſalute vel commodo alicujus non malitia ſed benignitate, ut Obſtetrices, quæ dixerunt pro filiis Iſrael falſum Pharaoni: Hæc autem mendacia, non in re, ſed vi dolo laudantur, & qui ſic mentiuntur, merebunt aliquando ab omni mendacio liberari* Ecce (1) non indigemus aliqua Reſtrictione mentali, ſi cum Auguſtino Obſtetrices illas mentitas fuiſſe aſſeveremus. Ecce (2) unus, & idem numero actus, non ſolùm poteſt eſſe bonus, & malus, ſed meritorius, & demeritorius, nam ut alibi expoſui Salmanticæ ille Magnus Vir, Angelus Manrique me præſente in Schola dictavit eſſe poſſibile, ut quis actum Contritionis eliceret, cum levi vanagloriæ macula, ut recuperaret æſtimationem boni Viri apud Angelos. Et ſcirè intuliſſe hunc actum Contritionis animam juſtificaturum, & vitam æternam promeriturum, quia Supernaturalis Charitatis actus eſſet, cui deberetur Empyrea Beatitudo: & nihilominùs luiturum temporalem in purgatorio pœnam, quia veniali vanæ gloriæ labe macularetur. [Scio autem Viros nonnullos Doctos, tametſi in actibus naturalibus Bonitatem, Malitiamque poſſe ſimul inveniri concedant,

An fuerint Ægyptiæ Obſtetrices mentitæ?

An unus & idem numero actus poſſit eſſe ſimul bonus & malus?

An etiam meritorius & demeritorius?

An ubi quis ſimul meretur, demeretur que, duos eliciat actus?

in

in ſupernaturalibus poſſe ſimul concurrere Meritum, Demeritumque abſolutè negare; præſtat enim duos ibi ponere actus, (alterum naturalem & alterum ſupernaturalem; hunc bonum, illum malum: hũc meritorium, illum demeritorium) quàm ſupernaturalis actus candorem puritatẽque Malitiæ & Demeriti ſordibus maculare. Et, quia hæc Iuniorum Animadverſio pulchra Fundamenta ſupponit, ſæpè à nobis Compluti olim, Salmanticæq; fuit propugnata.] Interim Opinionem Manriqui hæc S. Auguſtini Reſolutio cõfirmare videtur; quoniam illarum Aegyptiarum verba, erant ſimul bona, & mala, bona, quia officioſa; mala, quia mendacia. Quia bona, præmium; quia mala, ſupplicium merebantur. Vnde Sanctus Gregorius locum Exodi exponens, Auguſtinum ſequitur: inquit enim. *Nonnulli Obſtetricum mendacium conantur aſſerere non eſſe peccatum, maximè, quia illis mentientibus ſcriptum eſt*, quòd ædificavit eis Dominus domos, *in quo magis recompenſatio cognoſcitur, quam mendacii culpa mereatur.** *Nã benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, præmiſſa culpa mendacii in terrenam eſt compenſationem declinata*. ECCE (1) Gregorius adducit aliquorum ſententiam, qui ſuo ævo dicebant Obſtetrices Aegyptias mentitas quidem fuiſſe, ſed non peccaſſe: vel, quòd putaverint, minimè numerari inter culpas officioſa mendacia: quæ multorum Veterum opinatio eſt, vel quòd tametſi, etiam mẽdacium officioſum eſſe peccatum ſenſerint, à poſteriori collegerint Deum cum illis, ut mentirentur, diſpenſaſſe: nam potuiſſent ratiocinari ſic. *Omni peccato, non præmium, ſed ſupplicium debetur. At Obſtetricum mendacio, non ſupplicium, ſed præmium datum eſt. Ergo illud mendacium non fuit peccaminoſum. At cùm in octavo Decalogi Canone omne mendacium interdicat Dominus, ut maneat eas ſine peccato protuliſſe mendacium, habuiſſe Divinum conſilium (diſpenſationem) dicenda ſunt: nam licèt nihil de hac diſpenſatione in Sacra Scriptura legatur, illa ipſa ex his, quæ leguntur, per neceſſariam conſequentiam infertur*. Et, ne temerè illos ratiocinari aliquis dixerit, dabo Bernardum, qui *libell. de precept. & diſp. c. 3. num. 6.* in alia materia, ſed ſimili, eodem prorſus modo dialecticatur. *Vnde & unum exemplum pono, quod occurrit de Sampſone, qui ſe ipſum una cum hoſtibus opprimens interfecit. Quod utique factum, ſi defenditur non fuiſſe peccatum, privatum habuiſſe conſilium* (diſpenſationem) *indubitanter credendum eſt, & ſi de Scriptura id non habeamus*.

An mentitæ fuerint Obſtetrices, & tamen mentiendo non peccaverint?

Putarunt Veteres nõ eſſe mala officioſa mẽdacia.

An concesſerit Obſtetricibus Deus, ut ſine peccato mentirentur?

An peccaverit Sampſon ſe occidendo?

Iudic. 16. g.

Et cur? nam ſequitur neceſſariò ex hypotheſi. ECCE (2) aliquid deeſſe videtur, quod fuerit ob incuriam Exſcriptoris omiſſum; nam, ubi ſtellula * ponitur, deſiderantur verba, per quæ ab opinione illorum, quos citat ad propriam tranſeat. ECCE (3) in mendacio officioſo benignitatem reperit, & fallaciam; & illam aſſerit, eſſe, ſi cætera neceſſaria adfuiſſent, & abeſſet hæc, æterna vita dignam; at quia illa ipſa benignitas infecta erat fallacia, ne omninò præmio deſtitueretur, in hac fuiſſe vita coronatam.

An mendaciũ officioſum ſit ſimul bonum & malum?

Ad eamdem ego Confirmationem ex propria ſententia RESPONDEO PRIMO, me non percipere in verbis Obſtetricum mendacium; non enim ipſæ directè reſpondent Pharaoni dicentes, *Nullum conſervavimus marem*. Sed interrogationem eludunt, & ſubterfugium quærentes, & invenientes, dicunt, *Non ſunt Hebrææ, ſicut Ægyptiæ mulieres; ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priùs quàm veniamus ad eas, pariant*. Quæ reſponſio, cùm ſit indefinita, & in materia contingenti, æquivalebit Particulari Propoſitioni, & erit vera, etſi de aliquibus non verificetur: nam hæc *Homo currit*, non æquivalet huic, *Omnis homo currit*, ſed huic, *Aliquis homo currit*. Et quis audeat negare Hebræas plurimas, ne ſuos infantes morti exponerent, aut omninò ſine obſtetrice peperiſſe, aut ab aliis mulieribus Iudæis adjutas, non eguiſſe adſiſtentia Aegyptiarum. RESPONDEO SECVNDO, illas ſine mendacio potuiſſe directè reſpõdere, & dicere, *Nullum conſervavimus marem*. Et id probo clariſſimè. Accuſantur inobedientiæ criminis Obſtetrices Aegyptiæ, citantur: comparent: & illas Iudex (nempe, Rex Pharao) examinat dicens, *Quidnam eſt hoc, quod facere voluiſtis, ut pueros ſervaretis?* de crimine inquirit; & ideò hæc ipſa verba per Iudicis perſonam, per Tribunalis conſignificantem circumſtantiam reſtricta, æquivalent his, *Quidnam eſt hoc, quod criminosè auſæ eſtis facere? Cur pueros criminosè ſervaſtis?* Et poſteà, quia Reſponſio per Interrogationem reſtringitur, etſi illæ non ſubterfugiendo, difficultatem illiſiſſent, ſed rotundè & directè reſpondiſſent, *Nullum conſervavimus maſculum*, argui de mendacio non poſſent: nam illud adverbium *criminosè*, quod in Interrogatione intelligitur, ſe inſinuat in ipſam Reſponſionem, & eamdem ita modificat, ut ſit, *Nullum criminosè conſervavimus maſculum*. Quæ quidem Reſponſio omnium judicio erit vera.

Non reſpondent directè Obſtetrices, ſed ſubterfugiunt difficultatem.

Propoſitio Indefinita in materia contingẽti æquivalet Particulari.

An ſine mendacio directè reſpondere potuerint?

Exod. 1. 18.

Tam Interrogantis, quàm Reſpondentis verba, per Perſonam Locum, & alias Circumſtantias reſtringuntur.

RESPONDEO SECVNDO. *Verba illa,*

ædi-

Digitized by Google

Ædificare domos quid ſit? Domus realiter & politicè ſumitur. Primo ſenſu importat ipſummet ædificium & dicitur Græcè τὸ οἴκημα, & Italicè caſamento. Senſu autem ſecundo Græcè eſt τὸ γένος, Italicè caſata, famiglia: & non ligna & lapides, ſed arborem cognatorum importat.

ædificavit illis domos, *patitur varias expoſitiones*. Audire proderit Interpretes, quos ſive velis ſcire, quis fuerit ille, qui domos eis ædificavit? ſive, quales hæ domus fuerint? an materiales, an politicæ? hoc eſt, an *domuum* nomine *ædes* hic, an *filii* ſint intelligendi? ſive, quibus hæ domus fuerint ædificatæ? inter ſe diſſentientes reperies.

Iſidorus Clarius Textum hoc ſcholio dilucidat. [Videtur Hebraiſmus eſſe, cujus ſuperiùs facta mentio eſt: hoc eſt, *auxit earum rem familiarem, ac familiam*. Alii ſic exponunt. *Poſuit Deus in corde Iſraelitarum, ut extruerent Obſtetricibus domos fortes, in quibus tutæ eſſent à malorũ incurſu*. Sunt enim Hebræi diſcordes in expoſitione hujus ſententiæ. Alius autem refert ad Iſraelitas, quod ſcilicet, *cum Obſtetrices Deum timuerint, nec occiderint pueros, contigerit augeri Iſraelitas*.]

Quiſnam ille fuerit, qui domos illas ædificavit?

Et uberiùs Vatablus Expoſitorum Placita & ſententias exponit, ſic enim ſcribit. [Quidam (1) referunt ad Populum Iſraeliticum, hoc ſenſu; quaſi ipſi filii Iſrael ſuis obſtetricibus domos munitas extruxerint, in quibus, quod non exſequerentur

An Iudæus populus?

mandatum Regis de interficiendis infantibus, ab incurſu Ægyptiorum tutæ eſſe poſſent. (2) Alii ad Pharaonem referunt,

An Rex Pharao?

quod is videlicet proprias & peculiares domos illis extruxerit, unde exire illis nõ licebat, ſed expectare ibi cogebantur mulieres Hebræas parturientes, quæ ad ipſas

An ipſe Deus?

adducebantur ex præcepto regio: ut iſta ratione, Ægyptii una cum illis cognoſcerent, num filius, aut filia naſceretur. (3) Alii, atque ii Doctiores, ad Deum referunt,

Et quid ædificare domos ſit?

quod ille fecerit eis domos: quod etiam variè exponunt: vel quod obſtetricibus domos fecerit, ideſt protexerit ac defen-

An ædes erigere?

derit eas. Quæ ſententia non improbatur docto inter Hebræos, dicenti, videtur mihi is eſſe ſenſus iſtorum verborum: *Fecit eis domos*, quod Deus abſconderet eas à Pharaone, ut nihil mali eis faceret; juxta illud quod dicitur de Ieremia & Baruch, *Et abſcondit eos Dominus*, Ierem. 36. 26. Hæc ille. (4) Vel quod Deus propter beneficium, quod contulerunt in Hebræos non occidendo illorum infantes, eas remuneraverit, bonorum videlicet ubertate, quæ per domos intelligatur, conceſſa: & ita

An rem familiarem augere, & divitias donare?

domos illis conſtruxerit, hoc eſt rem familiarem earum adauxerit, ita ut omnium rerum, quæ ad regendam alendamque familiam requirebantur, copiam habuerint.

Quid ſit facere domũ ſuã?

Nam *domum facere*, Hebræis etiam *rem domeſticam curare, & rei augendæ operam dare* ſignificat. Hinc Iacob dicebat ad Laban, *Et nunc quando faciam etiam ego*

· *Haplotet*.

domum meam? Gen. 30. 30. hoc eſt, *Quando curabo & proſpiciam mihi quoque de rebus neceſſariis quæ requiruntur ad inſtituẽdam & ſuſtentandam familiam?* (5) Vel

An multas proles Deus Obſtetricibus dederit?

quod dederit illis prolem numeroſiſſimã, hoc eſt, reddiderit illas fœcundas ex viris ſuis. Propterea Hebraicè uſus ſit Moſes relativo fœmineo: quia nomen à viris accipiunt familiæ. Aliquando enim ם pro נ

An Mem poni ſoleat pro Nun? Quænam fuerint hæ Obſtetrices? An Hebrææ?

accipitur. (6) Vel quod fecerit eis domos, Sacerdotii ſcilicet & regni. Dicunt enim Hebræi duas illas obſtetrices fuiſſe Mariã, & Iochabed matrem ejus, filiam Levi, ex qua nati ſunt Aaron & Moſes penes quos ſacerdotium & regnum fuit. Et qui hunc ſenſum ſequuntur, hos movit, quod in ſcripturis aliquando appellatione *Domus*,

An illis in præmium Deus contulerit Sacerdotium & Regnum?

Regnum & Sacerdotium veniunt. Et hæc ſententia placet Paraphraſtæ Ieroſolymitano, qui ſic habet, *Quia obſtetrices timebant Dominum, ideò conciliarunt ſibi nomen bonum inter concives, feceruntque ſibi domos domum ſcilicet Levitici Miniſterii & domũ Sacerdotii magni*. (7) Vel quod Deus fe-

Domus ſignificat familiam

cerit eis domos, ideſt auxerit & multiplicaverit eorum familias, ſcilicet filiorum Iſrael; nam pronomen relativum LAHEM,

Exponitur pronomen eis, & oſtenditur, non ad Obſtetrices, ſed ad Hebræos referri debere.

eis; maſculinum eſt: unde commodè ad univerſum populum referri poteſt: & *domum* pro *familia* accipi, eſt frequentiſſimũ Divinis literis. Atque hæc poſtrema lectio quibuſdam ſimpliciſſima omnium eſſe videtur, quam & doctus inter Hebræos probare videtur, exponens BATHIM, *domos*, per BENA BATHIM *liberos domeſticos, ſive familias*. Eſt ergo ſenſus, Timore obſtetricum quo Deum timuerunt, & non interfecerunt pueros Hebræorum, ut Rex Pharao præceperat, factum eſt, ut familiæ Hebræorum in immenſum creverint, auctæ ac multiplicatæ fuerint, ſecundum illud quod verſu 12. dictum eſt, *At quantò magis affligebant eum, eo magis creſcebat, eoque magis multiplicabatur*.] Hæc omnia Vatablus: quæ tamen à nobis recognoſci debent & examinari.

His poſitis quæſtiones illas S. *Reſpondeo ſecundo* propoſitas ediſſeramus. Ergo dicamus

Nec domos illas ædificavit Populus;

Primò. Non erexit Hebræus populus domos, in quibus Obſtetrices ab Ægyptiis defenderet. Quoniam, ſi habuiſſet vires, ut eas tueretur, etiam haberet, ut ſuos tueretur filios, & compeſceret Ægyptiorum tyrannidem.

Nec Rex Ægypti;

Secundò. Non erexit has domos Pharao, ut Hebreæ illuc venirent parere: quoniam dolorum acerbitate præpeditæ, ire non poſſunt ad Obſtetricem parturientes; & ideò illam advocant ut ſe in ſuis domibus juvet.

Nec Deus, ut Obſtetrices tuerētur.

Tertiò, Non extruxit has domos Deus ut Obſtetrices abſconderet; non enim contra illas aliquid tentavit Pharao; ſed illarum reſponſioni adquievit.

Quid ſit benè facere?

Quartò, quia *bene facere*, Hiſp. *hazer bien*, eſt alicui erogando pecunias & rem domeſticam augendo ſuccurrere, & verſu XX. *Benefecit ergo Deus Obſtetricibus* dicitur, illas ditaſſe certum eſt; at id hoc verſu XXI. non aſſeritur, ut ſtatim videbimus.

Domus, *Politicè quid ſit?*

Quintò fateor *ædificare domos* in ſenſu Politico eſſe *dare, aut augere familiam*. At Textus Sacer non affirmat Deum remuneraſſe Obſtetrices concedendo illis fœcunditatem.

Quænam fuerint illæ Obſtetrices?

Sextò abſolutè dico illas Obſtetrices, ut conſtat ex verſu XV. fuiſſe Sephoram & Phuam. Ergo, ſi id habemus ex ipſo Sacro Textu, cur mutabimus illarum nomina & dicemus cum Hieroſolymitano Paraphraſte, quæ probari non poſſunt?

Quò referatur illud eis?

Et tandem dico ſeptimo, ſex præcedentes Reſponſiones firmari, reponendo ob oculos illam propoſitionem, *ædificavit eis domos*; & conſiderando illud pronomen *eis*, & quò referatur determinando.

An ad Obſtetrices?

Sanè in Latina Lingua eſt trium generum, & æquè ad Obſtetrices poteſt, quam ad Hebræos reſtringi. In Hebræo eſt LAHEM, & maſc. gen. & non LAHEN, fœm. Quotquot ergo hanc Orationem ad Obſtetrices referunt, ut ſenſus ſit, *ædificavit eis* (Obſtetricibus) *domos* adlucinantur.

An Textus Hebræus corruptus ſit?

Quo modo olim legebatur?

Sed contra objicis *mem* in Hebræo poni pro *nun*, & tametſi ſcriptum ſit LAHEM, *iis* maſc. legi debere LAHEN, *eis* fœm. Et id, ut exiſtimas, probas clariſſimè, quia ſeptuaginta tranſtulere ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας *ædificavit ipſis* (fœminis) *domos*. Ergo ſeptuaginta ſeniorum tempore LAHEN, & non LAHEM in Codice Hebraico legebatur.

An ratio, quæ contra Textū Hebræum adducitur, poſſit contra Græcam Verſionem retorqueri?

Reſpondeo, *lahem* per *mem*, & in maſc. hodie in Hebræo legi, ἑαυταῖς in Græco. Et addo ſine cauſa in Textu admitti correctionem non poſſe; & impræſentiarum nullam ſuccurrere, ob quam debeamus Hebræum Textum corrigere: quoniam, ſi tibi placeat dicere [ſeptuaginta ſeniorum ævo lectum fuit LAHEN & ideò ipſi ἑαυταῖς in verſione ſcripſerunt; & poſtea Amanuenſium errore *nun* tranſivit in *mem*:] non me conſtituam Hebraicæ propugnatorem puritatis; nam ſicut in aliis locis corruptus eſt Textus Hebræus, ſic in hunc potuit mendum irrepere: at reſpondebo, te contra meum Aſſertum, nil omninò probare, eadem enim divinandi libertate potero ego dicere, [In Hebræo ſeptuaginta repeterunt LAHEM, & tranſtulerunt ἑαυτοῖς. & Exſcriptorum errore poſtea οῖ in αῖ diphthongum ſimilem degeneravit.]

Definitur, probaturque quænam ſit vera lectio & intelligentia Textus Sacri.

Addo bene ſenſum decurrere ſi legatur LAHEN, ἑαυταῖς, & illud *eis* Textus Latini ad obſtetrices referatur: at puto nihilominus LAHEM, per *mem*. in gen. maſc. retineri debere, nam verſus vigeſimus & vigeſimus primus ſe mutuò exponunt, & dilucidant. Ait Sanctus Hiſtoriographus. *Bene ergo fecit Deus Obſtetricibus; & crevit populus, confortatuſque eſt nimis*. Subjungitque. *Et quia timuerunt Obſtetrices Deum, ædificavit eis (domos)*. In priori Moyſes verſu Hiſtoriam recenſet, prout accidit; in poſteriori verò, ut ſatisfaciat Criticis, Hiſtoriæ cauſas & rationes adducit. Attende. *Bene fecit Deus Obſtetricibus*, ait. Sed cur? *Quia timuerunt Obſtetrices Deum*. Et mox. *Crevit populus, & confortatus eſt nimis*, addit. Et cur ſic accidit? *Quia Deus eis* (tribubus Iſrael) *ædificavit domos*, hoc eſt, *filios & poſteros multiplicavit*.

℞. AD PROB. VIII.

De Raab Hoſpite Hierichuntina. *An fuerit mentita? An, & quomodo poſſit à veniali excuſari? Vnde illa cognoſcere potuit, Deum Iſraelis eſſe verum, & Ioſuæ expeditionem eſſe juſtam, ſiquidem utrumq; ejus concives univerſi ignorabant.*

An Raab debeat à mendacio excuſari?

IVnlorum pietatem miraretur Scotus, miraretur Toſtaus, cùm meminerint ſe Sanctiſſimos Viros & Fœminas noluiſſe excuſare à mendacio, & videant Theologos occlamare Novitios, admiſſum iri Reſtrictiones Mentales, quia aliàs Raab Ierichuntina meretrix, dicenda eſſet unū protuliſſe mendacium. Ergo & nos ſubſcribentes tam illuſtrium Scriptorum doctrinæ, fuiſſe mentitam concedamus: ſi enim tales ſunt meretrices, quales *in Hst.* à Terentio pinguntur cùm dixit. *Nec pòl iſta metuunt Deos, nec has reſpicere Deos opinor*, non eſt, cur tam fuiſſe veracem Ierichuntinam dicas, ut debeas tuū caput obtundere, ut ejus verba emacules à levi mendacio. Ergo [quia *libr. 3. eleg.* 4. concinente Tibullo

Qualis ſint Meretrices?

Et quales, regulariter loquendo fœminæ?

Eſt crudele genus, nec fidum fœmina nomen,

Et ſeriò monemur à Menandri illo verſu,

Ἐργὸν γυναικὸς οὐκ λόγῳ πίστιν λαβεῖν.

Difficile eſt mulieris verbo fidem adhibere.]

Raab cum Lotho componitur

fatere illam fuiſſe mentitam, & S. Auguſtino ſubſcribes, qui [apud Poncium *tom. 4. in 3. diſt. 38. quaſt. unic. pag. 625. b. num. 134.*] *libr. de mendac. cap.* 17. Raab cum Lotho componit & ut hujus Veracitatē celebret, illam aſſerit fuiſſe mentitam. *Niſi fortè*, inquit, *obliti ſumus hoc fuiſſe in ſodomis factum, ubi maſculi in maſculos nefanda libidine accenſi, nec oſtium domus, in qua erant, quos quærebant, invenire potuerunt: quando Vir Iuſtus in cauſa omninò ſimillima pro ſuis hoſpitibus mentiri noluit, quos eſſe Angelos neſciebat, & vim, morte pejorem, ne paterentur, timebat. Et certè poterat talia reſpondere, qualia in Iericho mulier illa reſpondit: nam prorſus ſimiliter & illum interrogando quæſiverunt. Sed Homo Iuſtus noluit pro corporibus hoſpitum animam ſuam ſuo mendacio maculare.*

Illam mentitā fuiſſe aſſerit Auguſtinus.

Aliquæ voces Hebraicæ, quarum neceſſaria eſt notitia, dilucidantur.

Nota interim Primò illam quam πόρνην Græcus, Latinus *meretricem* [*] appellat, *hoſpitam* in verſione ex Hebraico vocari. Varietati occaſionem Textus Hebraicus præbuit: ibi enim lego, Vaiabau beith iſah zonah uſmah Rahab. *Et ingreſſi domum mulieris* Zonæ, *& nomen ejus Rahab.* Sed qualis eſt mulier zona? Sunt duæ cognatæ & affines Radices, nēpe Zun, & Zanah, ex quibus poteſt illud nomen deduci. Prior *in* καπηλεῖον, *ſeu popinam diverti*, poſterior *ſcortari* ſignificat. Ex illa eſt Zonah in abſtracto *cœna*, in concreto *hoſpita, quæ hoſpitio peregrinos recipit*: & Mazon, *edulium*: & Germanicum Zagn, *dens*: nam cibi dentibus maſticantur. Ex hac autem Zenuth, *ſcortatio*; Zona, *ſcortum*: & Zenim, *colores, quibus facies mulieres fucant.* Hiſp. *los affeites*.

*] Plautus in Ciſtell. (& Men. ſcen. 7. act. 5.) *Intro ad bonam meretricem*. Et quia à *mereo, es*, nomen iſtud deducitur videtur etiam apud Latinos ſecundum primariam ſignificationem in bonam poſſe partem adſumi.

Hanc vocem ſic exponit Vatablus. [*Hoſpita*, Cauponariæ; quæ cauponariam artem exercet: ſic dicta, quòd eſcas præparet ac vendat à זון. Doctus inter Hebræos exponit מוכרת זן *vendentis eſcam.* Quidam à זנה *fornicari* deducentes vertunt *meretricis*; quòd (ut ait doctus inter Hebræos) Hoſpitæ aliquando corpus ſuum proſtituere ſoleant.]

An ſicut Raabæ verba, ſic & Mahometi Alcoranum, & Calvini Inſtitutiones poſſint à mendacio excuſari?

Et nota Secundò, illo modo, quo hanc Adverſarii fœminam à mendacio excuſare conantur, Mahometum & Calvinum poſſe; nulla enim eſt tam exſecranda Hæreſis aut Blaſphemia, quæ interjectis aliquibus verbis nequeat verificari.

Hinc ergo Argumentum retorqueo. Illud erat. [Nequeunt Raabæ verba à mendacio excuſari, niſi admittantur Reſtrictiones Mentales. At illa debent excuſari. Ergo & hæ admitti, (& ejus loco iſtud ego ſuppono,) Mentales Reſtrictiones, quas admittitis, ſunt quales illę, quæ Raabæ verba emaculant. At hujuſmodi Reſtrictiones, ſi darentur omne prorſus mendacium tollerent, & humanam ſocietatem dirimerent. Ergo non dantur. Probatur Minor: Nam ſicut Adverſarii Raabæ verba interpretati ſunt, ad ſanum ſenſum redigere poterunt totum Mahometis (†) Alcoranum.]

Haplotes.

†] *Catechiſmus, quo utuntur Mahometani*, Al qoran *nominatur.*

Raab, hoſpitam Ierichuntinam inter Fideles, & Sanctos Paulus numerat.

Interim, tametſi hæc Reſponſio Viro Scholaſtico videretur ſufficere, nec enim dedecorat inferioris fortunæ fœminam commiſſio Officioſi mendacii: quia tamen elogio illam honorat Paulus, & inter beatos, qui nunc in Cælis intuitivè conſpiciunt, quem in terris ſub ænigmate per Fidei cancellos rimabantur, numerat, nos etiam illam ab hac levi mendacii labe emaculabimus. Sanè Hebræis c. 11. ſic ſcribit Apoſtolus. Πίϛει τὰ τείχη Ἱεριχὼ ἔπεσε κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. πίϛει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης. *Fide muri Iericho* (*) *corruerunt, circuiti* (Hiſp. *andados al rededor*) *per ſeptem dies. Fide Raab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.* Illam igitur cum reverentia ſuſpicientes ad Clementiæ tribunal advocamus.

*] Tametſi in Græco prima adſpiretur ſyllaba, Latinus negligit adſpirationem.

Authoritas Publica ſemper quærit de crimine.

Sanè Satellites authoritate publica illam interrogabant. Ergo de crimine inquirebant; & eorum verba ſemper ἐπίῤῥημα *criminoſè* pervadit, nam æquivalent his. *Ecce viri* criminoſè *ingreſſi ſunt huc per noctem de filiis Iſrael, ut terram* criminoſè *explorarent.* &c. *Educ viros, qui* criminoſè *venerunt ad te, &* criminoſè *ingreſſi ſunt domum tuam*, criminoſè *quippe exploratores ſunt, & omnem terram conſiderare* criminoſè, *venerunt.* Hæc erat Satellitum Interrogatio; & quia ab illa reſtringitur Reſponſio puellæ, eam poterimus ad hæc verba reducere. *Fateor; venerunt ad me: ſed neſciebam eos alicunde* (criminoſè) *venire.* &c. *Fuit autem dum porta clauderetur in tenebris, viri egreſſi ſunt* (ex hoc cubiculo) *nec cognovi, quò* (criminoſè) *abierint illi. Perſequimini.* &c. Et hic oportet breviter, illud *ex hoc cubiculo*, & illud *criminoſè* notare. Profectò adverbium *criminoſè*, oritur ab Interrogatione, quæ cùm authoritate publica facta fuerit, de crimine profectò inquirit. Et altera reſtrictio aut limitatio, quam exprimunt verba illa *ex hoc cubiculo*, debuit motu manus dexteræ conſignificari, ut ſit, *egreſſi ſunt hinc*: quod erat verum, ſiquidem adſcenderant ad ſuperius cubiculum. Et potuit intermitti hæc reſtrictio; nam, ſi illa fuerit univerſim loquuta, & dixerit *Egreſſi ſunt*, non fuit mentita, quo reverà

Responſio Raab dilucidatur.

An manus illa motu latèns patentem orationem reſtrinxerit?

egreſſi ſunt, qui ex illo cubiculo egreſſi ſunt.

Vnde ſciverit Raab bellum ex parte Hebræorum eſſe juſtum?

Sed unde ſciebat Raab, exploratores illos non eſſe Tyranni ſamulos, & injuſti Στρατηγȣ̃ miniſtros? Vnde earere crimine, Quoniam, ſi Ioſue provinciam illam eriminoſè invadebat, etiam ejus milites, hoſpirio à Raab excepti, naturæ & munitionem in illo loco vires eriminoſè exploraba nt. Reſpondeo, Omnipotentem Deum hujus puellæ mentem illuminaſſe, ut dum cæteri rimore ſervili miracula à Deo facta exhorrerent, hæc unica timore filiali adoravit. Vnde ait, *Novi, quòd Dominus tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audivimus, quod ſiccaverit Dominus aquas Maris Rubri ad veſtrum introitum, quando egreſſi eſtis ex Aegypto. Et, quæ feceritis duobus Amorrhæorum Regibus, qui erant trans Iordanem; Sehon, & Og* [*] *quos interfeciſtis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum: Dominus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in Calo ſurſum & in terra deorſum*, &c. Ecce ſummam illorum hominum cœcitatem, antecedentia, quæ præmittit hæc fœmina, nota erant univerſis; & tamen ex illis nihil cæteri inferunt, & ſola Raab aperit oculos, & hanc Conclusionem deducit, *Ergo Iudæorum Deus, ipſe eſt verus & ſolus Deus, in Cœlo ſurſum, & in terra deorſum.*

Ioſue 2. 9.

*] *Pſalm.* 134. 9. Miſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem, & in omnes ſervos ejus. Qui percuſſit gentes multas, & occidit Reges fortes. Sehon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan, & omnia Regna Chanaan. Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Iſrael populo ſuo.

℞. AD PROB. IX.

De Davide. *Phreneſim illum, non autem Prophetiam ſimulaſſe. Regis Achiſi, quo tempore apud eum peregrinabatur, fuiſſe ſubditum. Simulando nihil affirmaſſe, aut negaſſe; adeoque non potuiſſe mentiri. Enthuſiaſmum Dæmonem in Ethnicis Sacerdotibus olim finxiſſe.*

SImulare, ſe non videre, quæ videt: non audire quæ audit; interdum neceſſarium eſt. Et ſicut conſulitur iteragenti; ut pecunias ſe conferre diſſimuler (quoniam

S Gregorius homil. 11. in Evang.

Saltabit vacuus coram latrone viator, & ut ait Gregorius, *depradari deſiderat, qui pecunias publicè portat in via*) ſic etiam conſulendum prudenti, ut quando ſine detrimento aut periculo ſe talia aut talia ſcire profiteri non poteſt, ſe illa ſcire diſſimulet, & opercetur, ac ſi illa neſciret. Ergo, ubi detur caſus, in quo nociva Petro ſit quæcumque exterior internæ & ſanæ cognitionis oſtenſio, modò nullam propoſitionem falſam lingua proferat, poterit diſſimulare: & ſe exterimiecè gerere, ac ſi nihil intelligeret ſanè; aut etiam, ac ſi inſanè univerſa intelligeret. Potuit igitur David ſimulare phreneſim aut amentiam, ut propriæ vitæ & ſaluti conſuleret.

Suadetur iter agentibus, ne dicant omnibus, ſe multas pecunias deferre.

Vagi & exteri, Principis, in cujus territorio peregrinantur, ſunt ſubditi.

Hæc eſt ratio legitima, quæ Davidem excuſat; nō illa quā D. Chriſtophorus de Benavente cōtra nos adducebat, nā Achis erat Rex, & peregrini & vagi ſūt Principū per quorum terras tranſeunt, ſubditi, & ab illis examinari poſſunt; &, ſi id crimina poſtulent, etiam puniri. Porrò leges aliæ Definitivæ ſunt, aliæ autem Præceptivæ: illæ univerſos obligant; ſi enim charta ſigillata in oppido N. ad contractus valorem requiritur, exter aut peregrinus invalidè contrahet, ſi contractus tenorem in non ſigillata charta ſcribat. Sed leges hæ impræſentiarum non citantur: de Præceptivis enim agit Vera, & illis univerſim & ſine ulla limitatione Poncius *lib.* 5. *cap.* 7. §. 1. *nu.* 6. ſubjicit Peregrinos: cum tamen aliqua Angles *in* 4. *qu.* 4. *ante dub.* 1. *diff.* 2. Leſſius *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 8 *num.* 51. Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 19. *nu.* 9. Ioannes Sancius *in ſelect. diſp.* 54. *num.* 5. *reſol.* 2 & alii. Vide Dianam *p.* 1. *tract.* 9. *reſol.* 2. §. *Notandum*, & Cotonium *in ſumm. verb. Peregrinus nu.* 1.

An David, dum apud Achiſum eſſet, ejuſdem Regis fuerit ſubditus?

Quo modo in cauſa, & quo in effectu à Delirio differat Prophetia?

Prætereà conſiderare oportet prophetiam & delirium differre in cauſa, & eſſe in effectu ſimillima. Legimus 1. Reg. 18. *Invaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſua.* Et Iſidorus Clarius, *Hebræi hic exponunt* prophetare, *pro* delirare *&* inſanire. *&c.* Prophetæ etiā interdum à vulgo dicebantur *inſani.* Conſtat ex 4. *Reg.* 9. ubi enim diſceſſit, qui inunxerat in Regem Iehu, dicebant ad hunc militiæ Principes. *Quid venit inſanus iſte ad te?* Quæ P. Iſidorus Clarius verba hoc ſcholio dilucidat *Vocantur Prophetæ à malis furioſi & amentes, quod nonnumquam deſtinerentur omni ſenſu neſcientes, quid circa ipſos extra fieret.* Sed in Novo Teſtamento, qui erant Sancto Spiritu pleni deſpiciebantur. (*Stupebant enim & mirabantur omnes* (qui Apoſtolos variis loqui linguis & prophetare conſpiciebant) *ad invicem dicentes* Quidnam vult hoc eſſe? *alii autem irridentes dicebant*, Quia muſto pleni ſunt iſti. *Stans autem Petrus cum undecim levavit vocem ſuam & loquutus eſt eis.* Viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem univerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea. Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrii ſunt, cum ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Ioel. *Et erit in noviſſimis diebus* (*dicit Dominus*) *effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt*

Act. Apoſt. cap. 2.

An, cur, & à quibus Prophetæ nominentur inſani?

filii

filii veſtri. &c. Poſſet ergo quis dicere, Davidem prophetaſſe, Regemque Achiſium, utpote Ethnicum, & qui neſciebat Prophetici Spiritus virtutem efficaciamque, exiſtimaſſe quòd David inſaniret. Et quidem ubi ex Hebræo habemus, *Et immutavit ipſe ſermonem ſuum in oculis eorum, & inſanum ſe oſtendebat in manibus eorum & deſcribebat ſuper fores portæ.* &c. nihil de delirio habet Græcus: inquit enim. Καὶ ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτῶν, καὶ παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ ἔπιπτεν ἐπὶ ταῖς θύραις. *Et imminutavit perſonam ſuam coram eis, & collabebatur inter manus ejus* (non *eorum*) *& impingebat in oſtia portæ.* &c. Ergo licet nec haberet, nec fingeret delirium, phreneticus cenſeri potuit; & hoc præjudicio præoccupatus potuit Achiſius dicere, *Vidiſtis hominem inſanum! quare adduxeſtis eum ad me? Careo ne inſanie ego?* Gallicè *N'ay ie pas aſſez de fols.* Hiſpanicè, *Que neceſſidad tengo yo de locos?*

An Davides Prophetiam & non Delirium finxerit?

Achiſi Regis verba dilucidantur.

Quia Propheticus Spiritus hominum vultum & vocem alterabat, edendo ſigna externa, quæ *ἀπὸ τοῦ ἐνθουσιάζω* Græci ἐνθουσιασμόν appellant, voluit Dæmon in ſuis ſacrificulis ſymptomata ſimilia exprimere, ut conſtat ex Virgilio canente.

ἐνθουσιασμός. ἐνθουσιάζω.

Ventum erat ad limen, cum Virgo poſcere fata.
Tempus, ait; Deus, ecce Deus: cui talia fanti
Ante fores, ſubitò non vultus, non color unus,
Non compta manſere comæ, ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, majorq; videri,
Nec mortale ſonans, afflata eſt Numine quando
Iam propiore Dei ceſſas in vota, preceſque
Tros, ait, Ænea? ceſſas? &c.

Dæmon in Oraculis ſuis externas Prophetarum actiones voluit imitari.

Reſolutio.

Communis interim ſententia habet Davidem non finxiſſe Prophetiam, ſed Delirium: & addit non fuiſſe mentitum: nam Simulatio non eſt Affirmatio, aut Negatio, nec ad ſecundam Mentis Operationem ſpectat: ſed ob oculos aliorum ſimplicia ſigna ponit, ex quibus ipſi inferant conſequentias, ſi velint.

Ad quam Mentis Operationem pertineat ſimulatio?

℞. AD PROB. X.

De Eliſæo, *Oſtenditur non fuiſſe Militibus Regis Syriæ mentitum. Quo ipſi modo obcæcati ſunt? An Sacras Paginas Ovidius legerit, & in Metamorphoſi cos libris deſiguraverit?*

SI Eliſæi verba conſideremus nulla Intellectualis opus erit Reſtrictio, ut labe carere oſtendamus. Illa erant. *Non eſt hæc via, nec iſta Civitas; ſequimini me, & oſtendam vobis virum, quem quæritis.* Hic locus 4. *Reg.* 6. 18. & alterum *Geneſ.* 19. 11. & ſimiles, me monet Grotius. Porrò Eliſæus alloquebatur milites *percuſſos cæcitate*. Grotius *Scotomate.* Aven Eſra apud Munſterum ait סנורים *eſſe*: ס״ט ר &c. *caliginem oculorũ & cordis.* Vatablus; Cœcitatibus בסנורים. *Plurali utitur ut oſtendat magna cæcitate fuiſſe percuſſos.* Ergo ſiquidem illi milites, qui miſſi, veniebant ut Eliſæum reperirent, & caperent, & vinctum ad ſuum Regem deferrent, Prophetæ verba cœcis dicta, & per circumſtantias adjacentes reſtricta, iſtis æquivalent. *Veniſtis, ut Eliſæum capiatis; nec eum capere poteſtis, niſi illum videatis, & cognoſcatis. Et revera non eſt hæc via, nec iſta civitas, in qua illum videre, cognoſcere & invenire poteritis: ſequimini me & oſtendam vobis (faciam, ut videatis, & cognoſcatis) virum, quem quæritis.* Rem conſidera. Erant cœci, nec viſuri Eliſæum, niſi in media Samaria. Ergo ad videndum & inveniendum Eliſæum, non erat via, illa quæ ducebat in Dothan: nec Dothan erat civitas, in qua illum erant viſuri & inventuri, ſed Samaria. Ergo bene dixit, *Sequimini me, & oſtendam vobis (faciam, ut videatis) virũ, quem quæritis.* Ergo bene & ſincerè loquutus fuit Eliſæus; nec, ne mentiretur, indiguit Reſtrictione Mentali.

Quid ejus verba importent?

Nullam in illis reperiri ſuſpicionem mendacii.

SI feſtines, omitte ſubſequentes lineas, & ad Argumenti XI. ſolutionem te confer, me enim invitat Eruditio, ut interrogem, quomodò iſti milites *obcæcati ſint*. Audi Lucam narrantem, quomodo obcœcati fuerunt Diſcipuli, qui Emauntem divertebant. Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν *Oculi illorum tenebantur, non agnoſcere (ne agnoſcerent) eum.* Ita *cap.* 24. *verſ.* 16. & *verſ.* 31. Αὐτῶν γὰρ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν. *Eorum autem aperti ſunt oculi, & cognoverunt eũ.* Modò ad *lib.* 4. *Reg.* 6. 18. tranſeamus. Syriæ Rex miſerat numeroſum militem, ut Eliſæum caperet. Conſidera illud *ut*. Et verba

DIGRESSIO I.
De cœcitate militum Syrorum.

An abſoluta fuerit, an relativa tantummodo?

Qualis fuerit an cœcitas diſcipulorum, qui venerunt Emauntem.

verba Sacri Textus legamus. *Eliſaus oravit ad Dominum dicens, Percute, obſecro, gentem hanc cœcitate. Percuſſitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Eliſei.* Ergo cœcitas erat relativa, & *videre* ponitur pro *cognoſcere*. Ergo, ſi phraſi, qua uſus fuit Lucas, utar, ſic locum reſcribam *Eliſaus oravit ad Dominum dicens. Tene oculos gentis hujus, ne agnoſcat me. Et tenuit illius gentis oculos Dominus, ne agnoſceret eum, juxta verbum Eliſai*. Quia, ſi omninò erant cœci, & nihil prorſus videbant, quomodo illis dixit *Sequimini me?* bene enim ſequi, quem non cognoſcebant, non autem, quem non videbant, poterant. Firmat hoc oculorum apertio; nam ſicut Emauntini, ſic Syri milites viſum recuperarunt. De illis Lucas, *Aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum*: & de his liber Regum citatus. *Aperuitque Dominus oculos illorum, & viderunt* (cognoverunt) *ſe eſſe in medio Samaria.*

Eliſaum videbant quidem milites, ſed nō cognoſcebant.

Patet hinc duplicem eſſe Cœcitatem; alteram, ne homo rem videat; alteram ne diſcernat. Nec nomina, ut diſtinguantur inter ſe, Hebræa, Syriaca, &c. Græca, Latina, &c. aut aliæ Linguæ ſubminiſtrant: præbet Hiſpanica, nam obcœcare primo modo apud nos eſt *cegar*; & obcœcare ſecundo eſt *deslumbrar*. Quam ob rem ſic debet Hiſpanicè reddi ille Textus. *Oro Eliſeo al Señor, y le dixo. Supplico, que la deslumbreis a eſta gente. Y la deslumbro el Señor, de manera, que no conocieſſe a nadie, haziendo lo que le havia ſupplicado Eliſeo. Entonces les dixo Eliſeo. No es eſte el camino, ni es eſta la Ciudad, en que haveis de veer y conocer al que buſcais: ſeguidme, que yo os le enſeñare. Llevoles con eſta converſacion a Samaria. Y haviendo ya ſin advertir en lo que hazian, entrado en la Ciudad, volvio a orar Eliſeo, y dixo. A eſtos, que haveis deslumbrado y divertido, Señor; (a eſtos que deslumbrados y milagroſamente divertidos he cōducido haſta aqui) hazedles, que vuelvan en ſi, y abran los ojos de la conſideracion, paraque conoſcan donde eſtan. Condeſcendio el Señor con la oracion de Eliſeo; y quitandoles las apprenſiones y prejuizios, con que les deslumbraba, hizo que conocieſſen como (*) eſtaban en medio de la Ciudad de Samaria.* &c.

Meliùs poſſe Hiſpanicè, quā Latinè Hiſtoriā hanc dilucidari.

*] Aliud eſt *conocieron, que eſtaban*, & aliud *conocieron como eſtaban*, &c. & illud *como* non poteſt exprimere Lingua Latina

DIGRESSIO II.
An hunc Ovidius locum legerit, & metro expreſſerit?

VT hunc locum dilucidarem, relegi Caput XIX. Geneſeos, & cum verſ. 17. & in illo verba hæc conſiderarem, *Salva animam tuam: noli reſpicere poſt tergum nec ſtes in omni circa regione: ſed in monte ſalvum te fac*, viſus eſt mihi Ovidius, qui plurimos Sacræ Scripturæ locos, qua voluit libertate, in Transformationum libro deformavit, hunc legiſſe, & ſequentibus numeris expreſſiſſe.

—— Meritaſq; luet vicinia pœnas
Impia; dixerant, Vobis immunibus hujus
Eſſe mali dabitur: modò veſtra relinquite tecta:
Ac noſtros comitate gradus, & in ardua meatis
Ite ſimul. &c.

Ovid. Metam. 8.

Sacra Pagina hiſtoriae Ovidius reſcribit & Ethnica libertate alterat & decolorat.

Multi alii occurrunt loci, quos fusè ediſſerere poſſem, at ne nimis digrediar, ſatis ſit præcedentem poſuiſſe, qui ſatis expreſſus videtur.

℞. AD PROB. XI.

De Proteſtatione Fidei & Sacrificio Regis Iehu. *Sæpè ut peccatores puniat Deus, utitur peccatoribus. Quo Hebræos, Chaldæos, Perſas, Græcos, Latinoſque modo puniverit? Peccat, qui operatur contra dictamen, quod aut habet, aut habere deberet. De S. Hieronymo. Quando unus Pater habet authoritatem, & quando illam non habet. Vnus & idem numero actus, ſimul bonus & malus eſſe poteſt: & tunc etiam eſt præmio (quali autem?) dignus. De Gratiani Decreto. Quantam etiam poſt Papam Gregorium habeat authoritatem?*

SVmit pater ſcopas, ut flagellet filium, & ubi videntur neceſſariæ non eſſe, illas in ignem projicit: & ita Deus utitur peccatoribus, ut alios peccatores puniat: & poſtea hos ipſos, quibus ut inſtrumentis ad alios puniendos uſus eſt, aliis, ut puniantur, ſubmittit. Æterna enim ſic Providentia diſponente Chaldæi puniverunt Hebræos, Perſæ Chaldæos, Græci autem Perſas, Latini Græcos, Latinoſque Gothi, Wandali, Daci, & alii Hyperboreales populi in Italiam effuſi.

Peccatoribus utitur Deus, ut peccatores puniat.

Non aliter impræſentiarum; ut puniat & deleat totam domum Acabi & Iezabelem omnium ſcelerum, quæ in illa commiſſa, promotricem, præcipitet, ejuſque ſanguinem canibus ebibendum propinet, jubet in Regem ungi & adſumi Iehu, impium militiæ Principem: qui velut Miniſter Iuſtitiæ (ſic vocamus Carnificem) totam illam ſceleratam familiam crudeliter trucidet & occidat. *Delevit itaque Iehu Baal de Iſrael; verumtamen à peccatis Ieroboam filii Nabath, qui peccare fecit Iſrael, non receſſit, nec dereliquit Vitulos aureos qui erant in Bethel & Dan.* Et poſt quartam generationem alii eum deleverunt.

Vt Acabi & Iezabelis impiorum Regum, ſcelera puniat Deus, Iehu, impium Virum adſumit.

Illa verba, *Quia ſtudiosè egiſti.* &c. ſunt

in

Iehu rem bonā fecit, ſed non bene.

Digitized by Google

in Hebræo יען &c. Iaan aſer hehetibtha lahaſoth hajaſar behenai. *Quandoquidem bonus fuiſti ad faciendum quod rectum in oculis meis.* Hiſpanicè, *Pues fuiſte bueno para hazer lo que era recto en mis ojos*; aut etiam. *Pues tuviſte por bien hazer lo que era recto.* Explicat rem quam fecit, non modum: poteſt enim male fieri res bona. Sanè delebat ſtatuas & cultores Baalis Iehu: ecce faciebat rem bonam: at id non faciebat propter veri Dei cultū, ſed propter Aureos Vitulos, quos adorabat. Rem ergo faciebat bonam male. Et quia bona quæ male fiunt, non carent ſimpliciter præmio, Regiam poteſtatem, quam ipſi ut carnifici dederat, in filios ejus uſque ad quartam generationem propagavit.

Peccat, qui operatur contra dictamen, quod habet: & qui contra dictamen, quod habere deberet.

Præterea, invitando omnes Sacerdotes Baal ad ſacrificium grande, & ſimulando ſe eſſe ejuſdem cultorem, duo graviſſima peccata commiſit; alterum contra dictamen, quod habebat, alterum contra dictamen, quod debebat habere. Peccavit enim, Baal eſſe Deum profitendo; nam dictamen quod habebat, ei ſuggerebat nō Baal, ſed aureum vitulum adorari debere. Et peccavit hoc habendo dictamen; non enim Aureus Vitulus, ſed qui Cælum & Tellurem produxit, ipſe eſt Deus. Et hinc Veteres Patres in ipſa Iehu, novi Regis, obedientia perfidiam ſacrilegam incriminantur. Nam Auguſtinus *lib. contra mendac. cap. 2.* hoc illum facto aſſerit, peccaſſe graviter: ait enim. *Illum verò Iehu mendacio impio, & ſacrificio ſacrilego occidendos impios & ſacrilegos inquirentem nō imitaremur: etc., ſi de illo qualis fuiſſet, Scriptura tacuiſſet. Cum verò ſcriptum ſit, eum rectum cor non habuiſſe coram Deo, quid ei profuit, quod pro nonnulla obedientia, quam de domo Acab omninò delenda pro cupiditate ſua dominationis exhibuit, aliquā tamen mercedem tranſitoriam regni temporalis accepit.*

An, & quomodo Iehu obediēdo Dei præcepto peccaverit?

Et hic nota ad Auguſtini mentem primo, unum & eumdem numero actum poſſe eſſe ſimul bonum & malū: & talem fuiſſe obedientiam Iehu, quæ prout tendebat in objectum bona erat; præſtabat enim, quæ Deus juſſerat: prout autem ordinabatur ad finem, erat mala; non enim gloriam Dei intendebat, ſed ſtabilire ſuum novitium imperium. Et nota ſecundò, tales actus non carere præmio apud Deum, nam ut minimum donantur præmio aliquo temporali. Vnde ad illum ut habet Vulgata, inquit Dominus. *Quia ſtudioſè egiſti, quod rectum erat & placebat in oculis meis; & omnia, quæ erant in corde meo feciſti contra domū Acab* (Ecce placebat Deo res, quæ fiebat, tametſi in ipſa circumſtantia finis diſpli-

An unus & idem numero actus bonus ſimul & malus eſſe poſſit Auguſtini ſententia?

An præmio dignus ſit talis actus?

ceret) *filii tui uſque ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael.* (Ecce præmium temporale largitur). Et poſt Auguſtinum S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 111. & Scotus *in 3. diſt. 38. qu. unic.* aſſerunt Iehu non debere à peccato excuſari. Abulenſis dilucidans hunc locum ait, nec occidendo Baalis Prophetas Regem, nec illos inſidioſè occidendo, ſed tantum mentiendo peccaſſe; adeoque culpam venialem commiſiſſe. Sed hoc ultimum ſtare non poteſt, nam fingere ſe Baalis cultorem eſt peccatum mortale.

An Iehu tantummodo peccarit venialiter?

Sed objicis. In honore & reverentia ſemper apud Chriſtianos fuit S. Hieronymi authoritas. At ille *cap. 2. epiſt. ad Galat.* ut probet utilem ſimulationē in tempore adſumendam, adducit Iehu hiſtoriā. Ergo illum non carpere, ſed imitari debemus. Accedit, quod Hieronymi verba authentica fecerit Gratianus, illa 22. *quæſt.* 2. in Decreto ponendo. Immo eadem Canonica feciſſe aſſeris Gregorium XIII. qui Decretum emendari curavit, & ex ſua authoritate edidit. Ergo jam Hieronymi Dictum, ut Canon Eccleſiaſticus haberi debet.

An illum imitari poſſimus?

Tribus, ut video, me vis urgere authoritatibus, Hieronymi, Gratiani, & Gregorii; quæ enim prior ille ſcripſit, ſua, ut exiſtimas, poſteriores referendo, & approbando fecerunt.

Ergo reſpondeo ad primum, S. Hieronymum, quod ſæpe Rhetoribus & Concionatoribus accidit, in laudandis Virtutibus modum excedere. Nam Caput I. Ionæ Commentariis illuſtrans, ait, *Non licet propria perire manu, abſque eo, ubi Caſtitas periclitatur*. Et tametſi id placuerit Gratiano & in Decreto *cap. non eſt noſtrum. 11. 23. qu. 5.* retulerit, falſum eſt. Vnde Balthaſſar Gomezius *tr. de poteſt. in ſemetipſum lib. 1. cap. 9. num. 6 pag. 68. b.* ſic ſtatuit. [Sixtus Senenſis *lib. 5. Bibliotheca Sanctæ, annot. 253.* fatetur, non rectè ſenſiſſe Hieronymum. Covarrubias, & Plaza (ille *lib. 1. variar. reſolut. cap. 2. num. 9.* & hic *in Epitome delictor. cap. 23. num. 5. verſ. idem etiam conſtat*) idem inſinuant. &c.] & poſteà *nu. 7. pag. 69. b.* [Beato Hieronymo, ſi ſenſit licere ſe occidere ob conſervandā Caſtitatem, in hac parte deferendum non eſt, cum contra receptam Sanctorum Patrum ſententiam loquatur; & proculdubio ea Propoſitio vera non ſit.] Ergo Gomezii verba huic Objectioni Primæ attemperans, dicam, [Beato ſanè Hieronymo, ſic ſenſit, ſimulando ſe velle Baali ſacrificare, Sacerdotes Ethnicos licitè ad holocauſta ſacrilega convocaviſſe, in hac parte deferendum non eſt, cum expreſſè con-

An ſe poſſit Virgo occidere, ne turpiter defloretur?

An vera ſit Hieronymi ſententia.

tra

tra S. Auguſtinum, & receptam Sanctorum Patrum doctrinam & ſententiam loquatur. Et proculdubio ea Propoſitio, quæ Regis Iehu ſimulationem à ſacrilegio excuſat, vera non eſt.]

De Patrũ authoritate.

Sed dices. Quicumque Romanæ, & Orthodoxæ Eccleſiæ Pater eſt Author Claſſicus, & inter Probabiles eſt recenſendus. Non ergo dicendus eſt erraviſſe Hieronymus; ſed ejus anthoritatem ſufficere, tam ut imitemur Iehu; quam, ut puellæ, quæ aliter ſervare Caſtitatem non poteſt, ut ſe occidat, ſuadeamus.

Eccleſia eſt infallibilis.

Cur vel unius Patris tanti facimus authoritatem?

Et hæc Objectio poſtulat, ut qualis, & quanta ſit Patrum ſingulorum authoritas, breviter ediſſeramus. Sanè Eccleſia ideò *Columna, & Firmamentum Veritatis* vocatur, quia infallibilis eſt: Piè credimus omnium Patrum & Doctorũ Conſenſum, eſſe ſenſum Eccleſiæ. Quia omnes Patres in doctrina Orthodoxa conveniunt, idem eſſe unum, ac omnes auſcultare putamus. Hinc oritur ſumma ſingulorum authoritas. Cæterùm, ſi aliundè conſtet, eſſe hunc vel illum Patrem in aliqua ſententia ſingularem, tunc ceſſat ratio, ob quam illi deferebatur aſſenſus; & nos tunc doctrinæ cæterorum religiosè aſſentimur, & contra omnes ab uno conduci non patimur.

De Gratiani Decreti authoritate. Quanta ſit?

Ad ſecundum cum eodem Gomezio *loc. cit.* reſpondeo [quod Iura Decreti non majorem habent authoritatem, quàm in ſuis Originalibus; ut notant Ioannes Andreas, Butrius, Abbas, Felynus *nu.*43. Decius *num.*15. & cæteri *in cap.*2. *de reſcript.*] Gratianus enim fuit merus Collector, & Decretum (alias liber bonus & eruditus) eſt Polyanthææ ſimilis, in qua afferuntur, & coordinantur teſtimonia, non autem legitima authoritate approbantur.

An illud Gregorius Canonicum eſſe voluerit?

Nec hæc ad Secundum Reſponſio cenſenda eſt Argumento tertio vires addere, nam cum eodem Gomezio [Sub correctione Eccleſiæ credimus, Decreti Librum nullam novam ſortitum eſſe authoritatem. Quia Gregorius ſolùm curavit emendari falſas Adlegationes, & expungi mendæ ac ad fidem Originalis reduci: non tamen anthoritatem Pontificiam Libro tribuit; ſed quam habebat, reliquit. Itaque authoritas Hieronymi *ibidem* relata, etiam nunc nihil amplius erit, quàm Hieronymi. Nam, ſi authoritatem Pontificiam Libro tribuiſſet, emendaſſet, quæ contra Iuris Regulas ibi traduntur à Gratiano, in quibus à Gloſſis & Doctoribus reprehenditur. Quæ congeſſit Felynus *in dict. cap.* 2. *num.*42. *de Reſcript.* emendaſſet etiam Deciſionem *in dict. cap. non eſt noſtrum*, & *in cap. cum homo, ead. cauſ. & quaſi.*] Et hæc

An tanquam Lex & Regula citari poſſit?

conſultò ediſſerere volui: quoniam ſæpe Decretum Gratiani in Diſputationibus producitur, & univerſorum intereſt cognoſcere, qualem & quantam habeat authoritatem.

℞. AD PROB. XII.

De Iuditha. *Aſſeritur illam fuiſſe officiosè mentitam. An, ſi non à Mendacio ſaltem à peccato abſolvi poſſit?*

Qualis Iuditha fuerit?

DIguiſſima eſt Iuditha, quæ perennet in Annalibus Famæ. Fuit Virago fortiſſima: ſed tamen non eſt cur ita ejus ſinceritatem commendare velimus, ut omnia ejus verba emaculemus à mendacio: nam aliqua ejus dicta tam apertè ſunt falſa, ut ipſimet Mentalium Reſtrictionum Propugnatores, non poſſe excuſari aſſeverent. D. Ioannes Antonius de Vera *in ſui Legati diſcurſ.*2.*fol.*87.*a.* licèt noſtræ obſiſtat doctrinæ, ſic ſtatuit. *Traben el exemplo de la Eſcritura, en que la muger de Ierico, que amparo los exploradores de Ioſue con la mentira expreſſa que dixo: y el de Iudith, que quitò la cabeza a Holofernes con otra mentira tan calificada como dezir, que Dios la havia revelado, que dentro de pocos dias le entregaria la Ciudad.&c.*

An fuerint mendacia, quæ dixit?

Nec ex mendacio ad peccatum eſt immediatus & legitimus tranſitus: quoniam, multi ante Chriſtum Philoſophi; multique cum eis Reges & Principes: aliqui poſt Chriſtum Scriptores & Patres; & aliqui nuper Doctores in Officioſo Mendacio malitiam Theologicam non perceperunt; potuit à fortiori una fœmina, extra Scholam nutrita, neſcire illud eſſe peccatum.

An mentiendo peccaverit? An invincibili ignorantia excuſetur?

℞. AD PROB. XIII.

De Verbis Domini ad Ezechiam. *De Univerſalibus Propoſitionibus. An, & quomodo reſtringantur? De Divinis Promiſſionibus & Comminationibus. Omnes conditionata ſunt: & omnibus eſt nota conditio.*

De Cardinalibus.

An includantur in Generalibus Pontificũ Conſtitutionibus?

GEnerales, & etiam ſingulares Propoſitiones, ſolent exceptionem & limitationem pati; non propter Mentalem aliquam Reſtrictionem, ſed propter intervenientem circumſtantiam extrinſecam. Quam ob rem, quando inquiritur, ex. gr. *An Cardinales includantur in generalibus Pontificum Conſtitutionibus?* contra Caſtrum *in leg. fin. in princ. ff. de verb. ſignif.* negat abſolutè Laudenſis de Car-

Ex hac doctrina Primò, deducitur, ut illuſtretur Logica, præter Vniverſales reales Propoſitiones, eſſe adhuc admittendas Morales, in quibus, quoniam pauci excipiuntur, invenitur regulariter Veritas, & Secundò deducitur, non ſtatim Beatam Virginem includi poſſe in Vniverſalibus Propoſitionibus, quibus fuiſſe originaria labe infectã aliqui ſuadere conabantur.

dia. quæſt. 62. & Sanctarellus *tom.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 28. diſtinguit, aſſerens, in Conſtitutionibus generalibus, quæ rem natura ſua malam (hoc eſt in Decalogo prohibitam) interdicit, comprehendi Cardinales; aliàs excludi neceſſariò debere. At hæc Conſtitutionum Reſtrictio, aut Nonreſtrictio, non ſumitur à purè interna intentione Pontificis, ſed à voluntate & conſignificantibus, quæ illam concomitantur, circumſtantiis. Nam Caſtrus qui illos univerſaliter includi aſſerit, ſic argumentatur. Stat in poſſeſſione lex. Nõ ergo debet admitti exceptio, niſi probetur. At nullus Canon à Generalibus Conſtitutionibus excipit Cardinales. Illi igitur non excipiuntur. Minorem probat. Quia, eſt quæſtio facti: & factum eſt res extrinſeca, quæ poteſt videri vel legi. Landenſis verò, qui illos univerſim excludit, argumentatur ſic. Pontifex *cap.* 1. *de ſchiſmat. in* 6. volens Cardinales includere, illos expreſsè nominavit: ſentiebat ergo illos, niſi nominarentur, non includi: aliàs enim fruſtra illos exprimeret & nominaret. Sanctarellus autem, qui diſtinguit, ſic ratiocinatur. Conſtitutiones, quæ res ex natura ſua malas prohibent, ſunt ad utilitatem animarum: at non eſt cenſendus Summus Pontifex animas Cardinalium negligere. Ergo Conſtitutionibus ſuis, & ſi illos non nominet, Cardinales comprehendit.

Non ab intellectus actibus, ſed ab externis & ſub ſenſum cadentibus circumſtantiis, reſtrictio Generalium aſſertionum deſumitur.

Ecce in Generalibus Conſtitutionibus, tam illi, qui exceptionem admittũt, quàm illi, qui non admittunt; externas circumſtantias proſpectant. Ergo eodem modo exponi debent Decreta illa Divina, quæ verbis generalibus ſignificantur. Nam, vel viros ſanctos, vel improbos & malos concernunt. Si illos præbet, exceptionem Oratio; ſi hos, Pœnitentia. Decreta contra peccatores Ionæ Prophetia dilucidat quam ſtatim ediſſeram; Decreta contra juſtos Ezechiæ hiſtoria, quam impræſentiarum expono.

De efficacia Orationis.

Quanti Deus Iuſtorum orationes faciat, multis in locis Sacræ Paginæ expoſuit. Iſaiæ 65. *Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam.* & Ioann. 16. *Amen, amen dico vobis, ſiquid petieritis à Patre in nomine meo dabit vobis.* Et Matth. 21. & Marc. 11. *Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis.* Et Ioann. 14. *Quodcumque petieritis à Patre in nomine meo, hoc faciam.* Et Matth. 7. nec non Luc. 11. *Petite, & dabitur vobis: Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, invenit; & pulſanti aperietur. Si enim vos, cùm ſitis mali, noſtis bona dare filiis veſtris; quantò magis Pater veſter, qui in cælis eſt, dabit ſpiritum bonum petentibus à ſe.* Et hoc Dei attributum in effectibus ita ſemper innotuit, ut & ab Ethnicis cognitum fuerit. Menander.

Domitianum Martialis, ut eſſe Deum oſtenderet, precibus moveri aſſeverabat.

Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος Θεός.

Precibus juſtis exauditor Deus.

Et Martialis ut Domitiano, quem Dei nomine colit, affingat etiam adtributa Divina, *libr.* 8. *Epigramm.* ait.

Et Domiaam Mundi flectere vota valent.

Auguſtinus de Orationis virtute & ſecuritate.

Certè Deus, cui univerſi debemus, qui nobis nihil profectò debet, voluit ut debitor fieret, promittere, eſt enim verax, & deficere ſuo verbo non poteſt. *In Pſalm.* 65. Auguſtinus. *Ne deficias in oratione. Deus, quod conceſſurus eſt, ſi differt, non aufert: non levitate utitur, quod promiſit: non facilè de ſententia movetur: quod promiſit, eſt fixum. Fallere* (Deus) *non poteſt: habet, unde faciat.*

Divina Prædictiones Promiſſiones, & Minæ conditionatæ ſunt.

Ergo, ſi promiſit Deus Sanctis ſuis, ſe omnia quæ petierint, ſi ad ſui majorē gloriam & illorum æternam ſalutem conducant, velle concedere, omnia Decreta Dei, quæ Iuſtum aggravent, erunt conditionata; & hac conditione ſubſiſtent, *Si à Deo non petierit oppoſitum.* Illa ergo Numinis Divini Sententia, per Iſaiam Ezechiæ Regi notificatam, *Morieris tu & non vives*, æquivalebit huic, *Morieris quidem, & non vives, niſi oraveris Deum, & vita fueris prorogationem deprecatus.* Et hæc Exceptio, quæ Sententiam, abſolutè ſonantem, contrahit, non ſumitur ab aliqua purè interna Mentis Divinæ Reſtrictione, ſed à promiſſione verbis extrinſecis hominibus notificata.

Et conditio eſt externa.

℞. AD PROB. XIV.

De Ionæ Prophetia, & Ninivitarum converſione. *Oſtenditur omnem ſententiam comminatoriam, divinitùs latam conditionatam eſſe; & conditionem illam* Niſi egerint pœnitentiam, *notam eſſe univerſis.*

Pergebant Adverſarii, & eamdem Minorem (nempe Deum uti Mentalibus Reſtrictionibus) perſuaſuri; poſtquam in Sententia contra Ezechiam lata, morẽ, quem erga Iuſtos gerit, oſtenderant, Ionæ hiſtoriam inculcant, ut quo erga peccatores modo procedat, rectè exponant. Sic argumentabantur. Verba Dei fuerunt. *Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubvertetur.* Nec eſt, qui audeat illa falſitatis arguere. Et tamen Ninive non fuit ſubmerſa. Ergo Deus per Prophetam pronunciabat extrinſecè, *Niniue ſubver-*

An ex Ionæ Hiſtoria benè probentur Reſtrictiones Mentales?

vertetur, hæc verba reſtringebat actu merè interno & hominibus ignoto pronuncians, *Niſi egerint pœnitentiam*. Deus igitur in hoc Caſu uſus eſt Reſtrictione Mentali.

Transſcendentalia, quia ſemper ſubintelliguntur, ſolent non exprimi.

Dabo reſponſionem, quę etiam aliorum argumentorum ſerviat diſſolutioni; adnotando nimirùm, eſſe formalitates, aut etiã circumſtantias aliquas transſcendentales: quæ, quoniam ſubjecta univerſa pervadunt, non debent explicari in ſingulis, ſed ſubintelligi. Homo enim ex. gr. eſſentialiter eſt creatura, & tamen id ipſum in Hominis non exprimitur definitione; quoniam à nemine ignoratur, & ab omnibus ſubintelligitur. Sic etiam de Ira Summi Numinis philoſophandum eſt. Miſericordia illam permeat & trãſſcendit quoniam, cùm iraſcitur Deus, miſericordiæ recordatur. Dicit Dominus. *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Et apud Iſaiam 55. b 7. *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum, & miſerebitur ejus: & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt, ad ignoſcendum.* Et Joel 2. cap. 12. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio & fletu & planctu: & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, ait Dominus Omnipotens.* Ergo in omnibus Divini conſilii decretis, tanquam circumſtantia trãſſcendentalis ſubintelligitur; *Hæc mala vobis evenient, niſi egeritis pœnitentiam.* Quam conditionem tam eſſe notam voluit Deus, ut etiam ab Ethnicis perciperetur: libro enim primo de Arte Ovidius concinit,

Deus clementiſſimè ſeverus Iudex eſt.

Flectitur iratus voce rogante Deus.

Comminatoriæ omnes Propoſitiones, quas Deus dicit, ſunt conditionatæ.

Ex iſtis ergo locis Clementia Divina innoteſcit, monetque, minas omnes cœlitus fulminatas impœnitentiam ut conditionem neceſſariam ſupponere; & hac ceſſante dirimi: & hanc ob rem illa Prophetæ Ionæ verba, *Adhuc quadraginta dies & Ninive ſubvertetur*, æquivalere his, *Excidium Ninives videbit quadrageſimus dies, niſi pœnitentiam egeritis.* Vel interrogo: Si Deus volebat civitatem ſubvertere, quare per ſuum Prophetam inclamabat, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur?* Cur non illam ſtatim ſubruebat, ſed concedebat dierum quadraginta inducias? Reſpondeat S. Benedictus in Regulæ Prologo. [*Exſpectat nos quotidie*, ait, *his ſuis ſanctis Monitis, factis nos reſpondere debere. Ideò nobis propter emendationem malorum hujus dies vitæ ad inducias relaxantur; dicente Apoſtolo:* An neſcis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? *nam pius Dominus, dicit;* Nolo mortem peccatoris; ſed, ut convertatur, & vivat, *&c.*] Et hoc ipſum non ignorabat Ionas, qui *cap.* 2. dum adhuc eſſet in ceti ventre, oravit Deum & dixit. *Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me: de ventre inferi clamavi, & exaudivit vocem meam.* Exauditus eſt Ionas: & præcipiente Domino à ceto evomitur; vadit, quò mittebatur, & exclamat, *Adhuc dies quadraginta, & Ninive ſubvertetur.* Voluiſſet Ionas hanc à Deo fulminatam ſententiam eſſe definitivam, ſed ſe prævidiſſe fore comminatoriam fatetur *cap.* 3. dicens: *Obſecro Domine, numquid non hoc eſt verbum meum, cùm adhuc eſſem in terra mea? Propter hoc præoccupavi, ut fugerem in Tharſis: ſcio enim, quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. Et nunc Domine, tolle, quæſo, animam meam à me; quia melior eſt mihi mors, quam vita.* Comminatoriam illam eſſe, & conditione ſubnixam, cognovit Rex & populus; nam, ut *cap.* 2. legitur. *Crediderunt Viri Ninivitæ in Deum, & prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majori uſque ad minorem. Et pervenit verbum ad Regem Ninive, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, &c.* Sed quæ erat conditio? Quam ipſi purificarunt: nam ſenſus externus Prophetiæ erat hic. *Adhuc quadraginta dies ad inducias Ninive conceduntur: ſi non egerit pœnitentiam, ſubvertetur.* Populus contritus & humiliatus in jejunio & cilicio miſericordiam poſtulabat: & unuſquiſque ex corde profundo dicebat.

Cur non ſtatim Deus Ninivem ſubverterit, ſed cõceſſerit quadraginta dies?

S. Benedictus in Regula prologo.

Cur Dominus inducias concedat?

An ignoraverit Ionas Prophetiam eſſe conditionatam?

An illam aliter Ninivitæ, quàm conditionatè intellexerint?

Convertuntur ad Deum, & agunt pœnitentiam Ninivitæ.

Te Deus imploro, qui blandè crimina tractas,
Culpa mea eſt ingens, ſit tua larga manus.
Peccavi: fateor: doleo. Tu Rector Olympi
Tot culpas ſolitus tollere, tolle meas.

Et tunc Deus, qui, cùm iraſcitur, miſericordiæ recordatur, *vidit opera eorum, quia converſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit.* Ionæ 2. c. 10. Ergo, ſi illa prophetia erat comminatoria, & hoc univerſi noverunt, non indiguit Reſtrictione mentali. Sic loqui, ſic reſolvere didici à S. Hieronymo qui *in Ezech cap.* 33. agit de Revelationibus comminatoriis: & ad illam Objectionem; *At prædixit aliquid Deus*, reſpondet dicẽs. *Non prædixit, ut veniat; ſed, ne veniat; & ideò comminatur, ut convertatur ad pœnitẽtiam cui minatur.* Et S. Auguſtinus *In Daniel. cap.* 2. Ionæ Hiſtoriam dilucidat & ait. *Ad preces Ezechiæ & Ninive, Dei ſen-*

Et eis Omnipotens veniam concedit.

An prædixerit, quæ non erant futura?

An Deus ſententiam mutet?

An illam mutando mutetur?

ſententia commutata eſt: non vanitate (forte, *varietate*) *judicii, ſed eorum converſione, qui meruerant indulgentiam.* Bene monet: quia, cùm Deus immutabilis ſit, & tamen videatur mutare ſententiam, quod ſine reali mutatione non accidit, hanc mutationem fieri in creaturis aſſerit, & Deum non niſi extrinſecùs denominare. Audi iterum Auguſtinum. *Deus & ſi dicitur ſtatuta mutare* (*unde tropica loquutione in Scripturis Sanctis etiam pœnituiſſe legitur*) *juxta id dicitur, quod homo ſperaverat, vel naturalium ordo Cauſarum geſtiebat: non juxta id, quod ſe Omnipotens facturum eſſe praſciverat.* Ita S. Pater *libr.* 14. *de Civit. cap.* 11. Et iterum *lib.* 22. *cap.* 2. ſed clarius. *Cùm Deus mutare dicitur Voluntatem, ut quibus lenis erat, v. g. reddatur iratus; illi potiùs* [a] *quàm ipſe mutantur; & eum quodammodò mutatum* (non quidem in ſe ipſo, ſed in ſe ipſis) videlicet, *in his, quæ patiuntur, inveniunt. Sicut mutatur ſol oculis ſauciatis, & aſper quodammodò ex miti, & ex delectabili moleſtus efficitur; cùm ipſe apud ſe ipſum maneat idem, qui fuit.* Exponit hoc exemplum & firmat ipſe ſol, quoniam ſine immutatione ſua habet varios & diverſos effectus: lutum enim, ut alia omittam, indurat, ceram diſſoluit.

Cur Deus pœnituiſſe dicatur?

[a] Illud *potius* adverſativum, & non comparativum eſt.

Exemplum à ſole deſumptū.

Qualis priùs, & qualis poſtea fuerit Ninive?

Hanc eamdem viam in hujus Hiſtoriæ expoſitione ingreſſus eſt S. Ioannes Chryſoſtomus, nam in Homilia de efficacia Orationis aſſerit ſceleratam & impœnitẽtem Civitatem condemnaviſſe Deum: non contritam & pœnitentem & ſanctam. Ergo, quia Ninive ſub initium ſordeſcebat propudioſis peccatis ſententiam fuit damnationis promerita: quia autem lachrymis peccata ſua expiavit, abſolutionem obtinuit. Sententiæ enim à Deo latæ ſeveritas permanſiſſet, ſi permanſiſſent circumſtantiæ, quas ut conditiones *ſine quibus non*, ſupponebat: illis autem mutatis non eſt dicendum illam mutari, ſed non eſſe, non fuiſſe: nunquam enim Deus corda contrita, & humiliata condemnavit. Chryſoſtomi verba ſunt hæc.

Deus in commutatoriis ſuis ſententiis impœnitentiam ponit, ut conditionem.

οὐκοῦν πρῶτοι νινευῖται φαίνονται διὰ προσευχῆς ἀναλυσάμενοι τὰς πολλὰς πρὸς θεὸν ἁμαρτίας. ἅματε γὰρ ἔλαβεν αὐτοὺς ἡ προσευχὴ, καὶ δικαίους ἐποίησε. καὶ πόλιν εἰθισμένην ἀκολασίᾳ καὶ πονηρίᾳ καὶ παρανόμῳ βίῳ συζῆν, ἐπανώρθωσεν ὀξέως, παλαιᾶς συνηθείας μεῖζον ἰσχύσασα, τῶν οὐρανίων νόμων πλήρη πεποιηκυῖα τὴν πόλιν. συνεφελκομένη μεθ' ἑαυτῆς καὶ σωφροσύνην καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ πραότητα, καὶ πρόνοιαν πτωχῶν. οὐ γὰρ ἀνέχεται χωρὶς τούτων ἐνδιαιτᾶσθαι πτωχοῖς, ἀλλ' εἰς ἣν ἂν οἰκήσῃ διάνοιαν, πτήρεις ποιεῖ δικαιοσύνης πάσης παιδοτριβοῦσα πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐξορίζουσα. Et hic in omni ſevera à Deo lata ſententia impietatem cum impœnitentiâ conjunctã eſſe tranſſcendentalem conditionem ſupponens, convertit ad Civitatem oculos, & ἀποθείωσιν ejus cum veneratione ſuſpiciens, non miratur eam abſolutionem impetraſſe. Καὶ γὰρ καὶ τότε εἴτις εἰσῆλθεν εἰς νινευὴ τὴν πόλιν καὶ πρότερον αὐτὴν ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, οὐκ ἂν ἐπέγνω τὴν πόλιν οὕτως ἐξαίφνης ἀπὸ τοῦ φαυλοτέρου βίου πρὸς εὐσέβειαν μεταπήδησεν.

Haplotes.

Certa & indubitata eſt hæc doctrina: nam ſi Deus æternam Beatitudinem pollicetur hominibus, perſeverantiam; ſi æternas pœnas, impœnitentiam velut conditionem ſupponit.

Eccleſ. 2. *Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum*

Ierem. 18. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod loquutus ſum adverſus eam, agam & ego pœnitentiã ſuper malo, quod cogitavi, ut facerem ei; & ſubitò loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono, quod loquutus ſum, ut facerem ei.*

Ezechiel 18. & 33. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium & Iuſtitiam, vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus eſt, nõ recordabor.*

Numquid voluntatis meæ eſt mors impii, dicit Dominus, & non, ut revertatur à viis ſuis, & vivat.

Et illa ad literam P. Iacobus Gretſerus ſic tranſtulit.

Igitur primi Ninivitæ videntur per orationem ſolviſſe multa contra Deum peccata. Simul enim cæpit illos oratio, & juſtos fecit, & civitatem aſſuetam intemperantiæ, & malitiæ, & vitæ iniquæ convivere, correxit ſtatim, veteri conſuetudine plus potens, cæleſtium legum plenam faciens civitatem, trahens ſecum & temperantiam, & humanitatem, & manſuetudinem, & curam mendicorum; non enim ſuſtinet ſine iſtis converſari pauperibus, ſed in quamcumque mentem venerit, eam plenam facit Iuſtitiæ omnis inſtruens ad virtutem & malitiam exterminans. Et tunc videtur Genius ille, cui vindictæ exſequutio commiſſa, exclamaſſe, *Civitas ultima ſententia condemnata, quæ ſubverti debebat, non eſt hæc.* Nec mirum hæſerit, & ſic rem intellexerit ille Angelicus Genius, *Quoniam & tunc* (inquit Chryſoſtomus) *ſiquis intraſſet in Ninive Civitatem, & priùs ipſam accuratè cognoſcens* (qui eam anteà exploratè noviſſet) *non agnoviſſet Civitatem, quæ ſic repente è vita deteriore ad Pietatem tranſilit.* Et Reſolutionem hanc exornat dicens. ὥσπερ γὰρ γυναῖκα πτωχὴν ῥάκια φέρουσαν, μετὰ τις χρυσοῖς ἱματίοις κεκοσμημένην ἰδὼν οὐκ ἂν ἐπιγνοίη τὸ γύναιον οὕτως ὁ τὴν πόλιν ἐκείνην ἐσχάτως πτωχεύουσαν πρότερον, καὶ τῶν πνευματικῶν ἔρημον οὖσαν θησαυρῶν, ἠγνόησαν ἂν ἥτις ἡ πόλις, ἣν τοσοῦτον ἴσχυσεν εὐχὴ μεταβαλοῦσα καὶ τρόπον καὶ βίον πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγαγεῖν. Quæ verba Iacobus Pontanus ſic vertit. *Vt, ſi priùs mendicam & panoſam muliereulam, aureis poſteà veſtibus indutam aſpiceres, nõ agnoſceres; Eodem modo, ſi civitatem illam ante id temporis mendicitate jactatam, utpote ſpiritualibus gazis inopem, ſciviſſes, ignoraſſes deinde quænam illa urbs, quam tantopere immotare precatio, & ad virtutem de cætero conſectandam revocare potuiſſet.* Et ſimilitudinem hanc, Magdalenæ, Davi-

 dis

De præſenti juſtitia.

dis, Ezechiæ, Publicani, Leproſi, & aliorum exemplis, quæ in Bibliis recenſentur, confirmat. Hi enim, licet ante converſionem & orationem fuerint ſecundum præſentẽ juſtitiam condemnandi, emaculati per pœnitentiam à peccatis, Filiorum albo inſcribi, gloriaque & honore coronari debuerunt.

℞. AD PROB. XV.

De Chriſti & Apoſtoli verbis. *Oſtenditur illius Reſponſionem per Interrogationem præcedentem reſtringi; & hunc dixiſſe, quod in animo habebat.*

Chriſtus nec falli, nec fallere poteſt.

TRanſeunt ad Novum Teſtamentum Defenſores Adverſariæ ſententiæ, & exclamant. Chriſtus ait, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. *Ego ſum Via, Veritas, & Vita*. Et meritò: nam Via ad Vitam eſt Veritas, & hæc eſt Chriſtus. Mentiri ergo ſua Majeſtas non poteſt. At non omnia Chriſti Domini verba ſecundum externi ſenſus amplitudinem verificantur; Debent igitur per mentem internam reſtringi. Ergo admittendæ ſunt Reſtrictiones Mentales, de quibus impræſentiarum diſputatur. Probant Minorem quia Ioann. 7. dixit Chriſtus, *Ego non adſcendam Hieroſolymas*. Et tamen poſteà adſcendit. Ergo illa negativa, quæ videretur, ſi ſumatur Grammaticè, eſſe univerſalis, & æquivalere huic, *Nunquam adſcendam*; mente reſtringebatur, ut æquivaleret huic, *Ego non adſcendam modò, ſed poſteà*.

Cur non adſcendã dixit, ſiquidem adſcenſurus erat?

Scenopegia, quod feſtum fuerit?

Nihil prorſus evincere hanc Inſtantiam reſpondeo. Dicit Poeta, *Fratrum quoque gratia rara eſt*. Et Evangeliſta, *Neque enim fratres ejus credebant in eum*. Inſtabat Scenopegia (feſtum tabernaculorũ) & urgebant eum fratres (quo nomine non *uterini fratres* ut blaſphemabat Ebion, ſed *cognati* intelligendi ſunt: nam Ebion Hæreſiarcha antiquiſſimus, voluit ſternere Novatoribus viam, ut ſcirent totam Hæreticorum Theologiam Grammaticis adlucinationibus ſuccollari,) ut in Iudæam adſcenderet, concionaretur, & miracula faceret, & applauſum populi conſequeretur. Dicebantque: *Tranſi hinc & vade in Iudæam, ut & Diſcipuli tui videant opera, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe* (quicumque) *in palam eſſe, ſi hæc facit, manifeſta te mundo*. Ergo petebant, ut palam & publicè adſcenderet, ut publicè prodigia faceret, ut & ipſi utilitatem, aut ſaltem gloriam aliquam conſequerentur. Reſpondit Chriſtus: *Non adſcendam*. Et, quia Reſponſum ab Interrogatione reſtringitur & limitatur, reſpondit, *Non adſcendam palam & publicè*, & poſteà quomodo adſcendit, An palam & publicè? Minimè. Audi Sacram Hiſtoriam. *Vt autem adſcenderunt fratres ejus, tunc & ipſe adſcendit ad diem feſtum non manifeſtè, ſed quaſi in occulto*. Et hic conſidera, quanta providentia poſuit illa verba ultima Evangeliſta, ut tolleretur contradictio, & ut præcluderetur noſtris Antagoniſtis via, ut mentales Reſtrictiones protruderent.

Qui fuerint, qui Chriſti fratres vocabantur?

Quid ab eo peterent?

Quid eis Chriſtus reſponderit?

Quod dixit praſtitit.

Cur Apoſtolus promiſerit ſe Corinthum rediturum eſſe, & cur illuc nõ rediit?

Progredior, nam parva licet componere magnis;

&, ut dilucidem illas duas Propoſitiones videlicet, *Adſcendam*, & *Non adſcendam*, quæ, etſi videantur oppoſitæ & contradictoriæ, ſimul verificantur producam Lisbertum, Chocolatiumque, qui in Comœdia, quæ inſcribitur, *El Lazo, Vanda, y Retrato* (Et habetur part. XXXIV. num. 1. *pag.* 20.) ſic loquuntur.

Hæ poſitiones Adſcendam ad feſtum, & Non adſcendã ad feſtum, ſunt per omnia ſimiles his, Intereo feſtivitati, & Non intereo feſtivitati.

Choc. *Y tienes de hallarte, di,*
En la fieſta? porque yo
Lo dudo mucho. Lisb. *Si, y no.*
Choc. *Pues de que modo, No y Si?*
Lisb. *Si, porque en ella he de eſtar:*
No, porque no me han de ver.
Choc. *Y yo que tengo de hazer?*
Lisb. *En ti no han de reparar.*

Nec mireris, ſi humana Divinis immiſceam; nam hic de vocum diſſeritur ſignificatione, & in controverſia Grammatica Poetarum vota neceſſariò admittuntur.

An Authores humani literis Divinis dent lucem?

Ad Confirmationem I.

IAm ad illam S. Auguſtinus reſpondit, cujus verba 22. *quæſt.* 2. leguntur, & à nobis alibi dilucidantur; nulla enim Paulus Reſtrictione fuit uſus, ſed ſcripſit prout ſenſit. Cùm illam dictavit Epiſtolam, redire volebat Corinthum. Veracitatem ergo in loquendo ſervavit. Poſteà, vel rediit, vel non rediit. Si primum dicatur, ceſſat quæſtio, caret enim ejus promiſſio falſitate. Si ſecundum; id accidit præter Pauli intentionem: fuit enim poſteà captus: Romam miſſus; & ibi martyrio coronatus; Corinthum redire non potuit. Paulum ergo non mentalis reſtrictio, ſed impotentia à mendacii macula liberavit. Proderit audire S. Hieronymum, qui *l.* 2. *in Hiere.* dirimit hanc quæſtionem his verbis. *Aliud eſt jurare falſum, & aliud eſt jurare in dolo. Non .n. omnis, qui aliter facturus eſt, quã promittit, in dolo jurat. Licèt enim Apoſtolus Corĩthiis promitteret*, Veniã ad vos, *non tamen in dolo juravit, aut mendaciter promiſit. Ille autem in dolo jurat, aut mendaciter promittit, in cujus mente eſt,*

In tota ſilla Gratianus cauſa multa & pulchra ex S. Auguſtino deducit.

S. Paulus, cùm dixit, Veniam ad vos, *habebat veniendi intentionem, & ſtetit promiſſis, aut ob ſupervenientem impotentiam non ſtetit.*

non

Digitized by Google

non ſic ſe facturum, ut promittit. Ille autē, qui promittit falſum, quod putat verum, nec in dolo jurat, nec mendaciter promittit. Ecce S. Pater aſſerit, Apoſtolum non fuiſſe mentitum. Sed cur? ſi mentalium reſtrictionum approbaſſet opinionem, aſſeruiſſet, Paulum, cùm lingua dixit, *Veniam ad vos*, ſciviſſe quidem ſe non eſſe venturum, habuiſſet tamen in mente hanc conditionalem poſitionem, *ſi potuero*, quæ priorem reſtringeret. At non init hanc viam Hieronymus, ſed ait tunc verè Paulum voluiſſe redire, non prævidiſſe impedimenta, & ideò ſanctè & veraciter, quod non erat facturus, promiſiſſe.

Quid ſit mendaciter promittere?

Conſiderata igitur Sacræ Scripturæ litera, & doctiſſima S. Hieronymi interpretatione, tam clarum & manifeſtum eſt, non fuiſse Paulum uſum Reſtrictione Mentali, ut videntur Adverſarii, qui hoc teſtimonio utuntur haplotete (ſeu ſinceritate) carere, & contra dictamen obludere: poſſunt enim ni fortè ſponte occurrere voluerint, propriis videre oculis Apoſtolum verba ſua contraxiſse Reſtrictione Vocali.

De Reſtrictionibus Vocalibus.

Sanè Transcendentales Reſtrictiones, de quibus diſputavi ſuo loco, quia ſubintelliguntur, omittuntur frequenter: at illas D. Paulus expreſsè ponit. Ad Corinthios ſcribit, ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, *Veniam autem cito ad vos, ſi Dominus voluerit*. Et cum Ephesiis valedicit, ait. Πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, τοῦ Θεοῦ θέλοντος. *Iterum autem revertar ad vos, Deo volente*. Verba ergo Pauli fuerunt conditionata, & à Divina voluntate pendentia. Eruntque ſemper vera reverſus, aut non reverſus fuerit: nam alterutrum fecerit, ſemper id fecerit, quod voluit Deus. Fruſtra ergo his locis utuntur Adverſarii, ut ſuas Mentales Reſtrictiones tueantur.

De Transcendentalibus.

1. Corinth. 4. 19.

Act. 18. 21.

An Paulus loquutus ſit conditionatè?

Conſultò interpoſui illa verba, *reverſus, aut non reverſus fuerit*; non enim omnia Pauli (ſicut nec Petri, & aliorum Apoſtolorum itinera) expreſsa ſunt in Sacris Literis: & negativum argumentum nil probat. Quam ob rem, ſicut S. Thomas tranſivit ad Americam, & tamen nulla eſt de hoc itinere mentio in Actibus Apoſtolorum, potuit Paulus ad multas Civitates veniſse & rediiſse, licet hoc ipſum in eodem libello non legatur. Et hinc informa repono Adverſariorum argumentū, & diluo. Sic inquiunt.

Argumentum negativum nil probat.

S. Thomas fuit in America.

Non omnia, quæ fecit S. Paulus leguntur in Actibus Apoſtolorum.

Corinthiis D. Paulus ſe reverſurum pollicetur. At non fuit poſteà ad eos reverſus. Ergo; quia nec volebat decipere, nec poterat decipi, dicendus eſt uſus fuiſſe oratione reſtricta.

Argumentum pro contraria ſententia.

Et omnes ego ſyllogiſmi iſtius Propoſitiones claudicare reſpondeo. Diſtinguo enim majorem: pollicetur ſimpliciter, & abſolutè, nego: pollicetur conditionatè (ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, *ſi Dominus voluerit*) concedo. Et addo hanc ipſam conditionem, quam expreſsè poſuit S. Doctor, intelligendam fuiſſe implicitè, etſi ſubticeretur. Conſono Authori Gloſſæ, qui 22. *qu.* 2. *cap. Beatus Paulus* ait [Et eſt argumentum hic, quod in omni voto, vel ſacramento, intelligantur hujuſmodi generales conditiones, *Si Deus voluerit*, *Si vixero*, *Si potero*. Et infra etiam *qu.* 2. *cap. nequis*. & 27. *qu.* 2. *§. cum ergo*. & *D. qui ſat. cog. leg. ult.* Et etiam hæc, *Si marito placuerit*. nimirùm, 33. *qu.* 5. *cap. noluit*.] Et additur in marg. 23. *qu.* 4. *cap. ſi non licet*. & *extrav. de divort. cap. gaudemus*. &c.

Transcendentales circumſtantiæ ſunt ſubintelligenda, etſi non exprimantur.

Et veniens ad Minorem, aſsero, eam ſive vera, ſive falſa dicatur, cum ſit conditionata, nullo modo poſse Adverſariis prodeſse. Paulus enim cum dixit, *Revertar, ſi voluerit Dominus*; ſuam voluntatem expoſuit, & de Divina nil omninò promiſit. Ergo, ſiquidem ideò non fuit ad Corinthios reverſus, quia id Deus non voluit, conditio à Paulo poſita, non fuit purificata, ergo promiſſioni non defuit.

Paulus loquitur conditionatè.

Præterea unde ſciunt Adverſarii, Paulum non rediiſse Corinthum? ab argumento negativo? Ergo nil dicunt ſolidi, ſi ſuam Minorem negativo ratiocinio ſuccollant, ego enim aſsevero, me non habere rationem, ob quam illam concedam, & habere multas & graves, ob quas eam negem. Nam Paulus, ut ſtaret promiſſis procurare debebat, & ſtare potuit, quoniam longo tempore poſt hujus Epiſtolæ ſcriptionem ſupervixit, & erat in perpetuo motu, quò reſpiciens 1. *ad Galat.* prædicationem ſuam *Curſum* appellat, ut ſtatim videbimus.

An fuerit ad Corinthios reverſus?

Cur Curſus ejus dicatur prædicatio?

Et denique ad conſequentiam tranſiens: omnes tres partes, quæ in illa ponuntur, condemno; nec enim mentitus Paulus fuit quoniam ſcribebat ut ſentiebat: nec eſt deceptus, hæc enim propoſitio *Revertar, ſi Dominus voluerit*, ſemper, ſi ipſi illuc revertendi erat animus, ſeu revertatur, ſeu nō revertatur, erit vera: nec tandem uſus eſt oratione reſtricta, nam ejus illa verba *Revertar ad vos*, per hæc, *ſi Deus voluerit*, non purè mentaliter, ſed realiter & vocaliter reſtringebantur.

Nec fallit, nec fallitur, nec mente reſtringit Apoſtolus.

Ad Confirmationem II.

EST primæ ſimilis: nam in ipſa tantummodo mutatur materia, & argumentandi forma remanet. Eorum argumentum ad hanc formam reduco.

An S. Paulus venerit in Hiſpaniam?

Si

Si S.Paulus fuiſſet concionatus in Hiſpania, id in ſua Hiſtoria S.Lucas recenſuiſſet. At nihil de ejus in Hiſpaniā adventu Sanctus Lucas ſcribit. Non ergo S. Paulus fuit concionatus in Hiſpania. At in Epiſtola ad Romanas ſcripta, bis in eadem Capite ſe profecturum in Hiſpaniam affirmat. Ergo, quia nec mentitus, nec falſus fuit, uſus fuit Reſtrictione Mentali.

Ad Roman. 15. 23. & 15. 28.

De Negativo Argumento. Quale ſit?

Ab argumento hic negativo ſumunt initium Adverſarii, quod licet ſemper ſit inerme, impræſentiarum nullas profectò vires habet. Ioannes Vaſæus *in ſuo Chronic. pag.* 241. de adventu D. Pauli in Hiſpaniā ſic inquit. [Cæterum, ut quod de hac re ſentio, dieam, ſubjiciens tamen ſemper quæcunque dixero, ſaniori, ac meliori judicio, neque mihi D.Paulus bis affirmaſse ſine cauſa videtur in eodem capite, ſe profecturum in Hiſpaniam, neque authores graves & Sancti hoc temerè de illo memoriæ proditum reliquiſſe. *At nuſquam in Hiſpania fuiſſe legitur in Actis Apoſtolorum. Ergo.* Sed Lucas hiſtoriam tantùm uſque ad quartum Neronis annum proſequutus eſt: Paulus verò Apoſtolus ultimo Neronis anno; hoc eſt, decimoquarto paſſus eſt; neque res illius geſtæ decem annorum Sacrarum Literarum Oraculis tradita ſunt; & tamen illum intereà fuiſſe ocioſum, credendum non eſt. Præſertim, cum D. Hieronymus literis mandaverit, eum poſt biennium, quo in libera manſit cuſtodia, dimiſſum à Nerone, ut Evangelium Chriſti, in Occidentis quoq; partibus prædicaret. Idem ferè ſcribit & Beda. Hæc altiùs repetenda duxi, quod plurimum ad Hiſpaniæ laudem pertinere cenſeam, ſi conſtet eam tanti Apoſtoli fuiſſe prædicatione ſanctificatam.] Ergo decennio illo, de quo nil prorſus habet Apoſtolorum hiſtoria, teſte Vaſæo, potuit in Hiſpaniam veniſſe, etiam ad Corinthū, & Epheſum rediiſſe potuit.

Non obiter, ſed ex conſideratione dicuntur, quæ pluries dicuntur.

Quo anno deſinit Apoſtolorū Hiſtoria?

Quæ decem ultimis ſuæ vitæ annis egit Apoſtolus, in ea non ſcribuntur

D. Paulum in Hiſpania Evāgelium prædicaviſſe aſſerūt

Et quid de Pauli ad Hiſpaniam adventu tenere poſſumus. Vaſæus *in Chron.* [Hoc quoque anno (nempe 67.) produnt Annales Hiſpanici B. Paulum Apoſtolum in Hiſpania prædicaſſe Evangelium Chriſti, & multos ad illius Fidem adduxiſſe.] Et S.Chryſoſtomus *homil.*7. *de laudib. Pauli* exclamat, *Poſtquam verò Romam ingreſſus eſt, ibique quanta cum modeſtia adnunciat veritatem? quanta cum libertate obſtruit ora impiorum? Verum nec ibi ſtare contentus, etiam in Hiſpaniam percurrit.* Conſonat S.Hieronymus, qui *cap.* 11. *Iſaiæ* dilucidans, ait. *Quod de unius Pauli Apoſtoli exempla intelligamus, qui per Pamphiliā, & Aſiam, & Macedoniam, & Achajam, & diverſas inſulas atque provincias, ad Italiā quoque, & ut ipſe ſcribit, ad Hiſpanias alienigenarum deportatus eſt navibus.* Et iterum *in cap.*5. *Amos* ſcribens, loquitur adhuc clariùs. *Vocatus à Domino,* inquit, *effuſus eſt ſuper faciem univerſæ terræ, ut prædicaret Evangelium de Hieroſolymis uſque ad Illyricum; & ædificaret, non ſuper alterius fundamentum, ubi jam fuerat prædicatum, ſed uſque ad Hiſpanias tenderet, & à Mari Rubro, immò ab Oceano uſque ad Oceanum curreret, imitans Dominum ſuum & Solem Iuſtitiæ.* Idem profectò affirmat S.Gregorius Papa *lib.* 31. *ca.* 37. *Moralium.* Et in libello, quem de ortu, vita, & obitu Sanctorum Patrum ſcripſit, eamdem ſententiam S. Iſidorus amplectitur, inquit enim. *Incipiens enim ab Hieroſolymis uſq; ad Illyricum & Italiam, Hiſpaniamque proceſſit, ac nomen Chriſti multarum manifeſtavit gentium populis, quibus non fuerat declaratum.* Idemque affirmat S.Thomas *in cap.*2. *Epiſtolæ ad Galatas.* ſcribit enim. *Vocat* (nimirum S.Paulus) *prædicationem ſuam* Curſum, *propter velocitatem doctrinæ ſuæ: quia in modico tēpore à Hieruſalē uſq; in Illyricū, & uſq; in Hiſpaniā prædicavit Evāgeliū.*

S. Ioannes Chryſoſtomus,

S.Hieronymus,

S. Gregorius Papa,

S. Iſidorus,

& S. Thomas.

Cur Curſus *D. Pauli prædicatio dicitur?*

Omnes hi Scriptores, tametſi D. Paulū Hiſpanis prædicaſſe aſſerant, nil in ſpecie recenſent, quod Apoſtolus in Hiſpania præſtiterit: at, quia ex Sophronio Hieroſolymitano Patriarchâ Iacobus Faber Stapulenſis. Philothei apud Hiſpanos Reguli, Probi & Xantippes ejus uxoris miraculoſam converſionem ediſſerit, operę pretium erit, ejus verba proponere, ſunt enim digniſsima lectu. Ea ſubjicio. [Sed dices. Profectuſ ne eſt aliquando Paulus Apoſtolus in Hiſpaniam? Credo quidem. Quod & Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus reliquit ſcriptum. Scribit enim, Italias, Gallias, & Hiſpanias tranſitu Beatiſſimi Pauli illuſtratas. Qui, ut refert, cum in domo Probi illuſtris cujuſdam viri hoſpitio ſuſceptus in Hiſpania fuiſset, & Xantippe uxor ejuſdem Probi, modeſtiam hoſpitis ſedulius in eum intenta admiraretur, Divina voluntate factū eſse, ut dum ſic intenta vultui peregrini inhæreret, appareret ante frontem Pauli quaſi literis aureis ſcriptum: *Paulus Apoſtolus prædicator Chriſti.* Quæ cum prænuncia fama multa de Apoſtolo audiſset, & diu deſideraſset vultum ſe poſse videre Apoſtoli, gaudio pariter reſoluta & ſtupore, cum lachrymis corruit ad pedes Apoſtoli. Edocta autem Myſteria Chriſti, cum viro, & familia Chriſto regenerata eſt, regno æternæ beatitudinis adinvento. Sed & traditur Philotheus, ejus regionis Princeps, Paulo adhæſiſſe, factus Chriſti confeſſor. O quam felices, qui cum æterno regnum permutant terrenum!]

Faber cap. 15.

Paulus ad Hiſpaniam venit.

Hoſpitio à Probo, viro illuſtri, recipitur.

Xantippe Probi uxor in Pauli vultu aureas literas legit.

Ipſa & Probus & tota eorum domus ad Fidē Orthodoxam convertitur.

Et cum ipſis Philotheus loci Regulus.

Con-

Poſt finem hiſtoria ſcripta à S. Luca, ſupervixit adhuc Apoſtolus decem annis.

Congratulor ergo Hiſpaniæ, quod tanti Apoſtoli concionibus fuerit ſanctificata. Et aſſero oppoſitum non poſſe colligi ex S. Lucæ ſilentio; quoniam, quæ decem ultimis ſuæ vitæ annis egit Gentium Apoſtolus, in nulla Hiſtoria recenſentur exactè. Et addo, hoc Pauli iter non præbuiſſe occaſionem ſufficientem ut aliqui dicere poſſent, eum uſum Reſtrictione Mentali. Nam ex hypotheſi, alias falſa, quod S. Paulus ingreſſus non fuerit in Hiſpaniā, illa verba, *Si proficiſcar in Hiſpaniam*, nam conditioni inſiſtunt, nil abſolutè pollicentur: & illa, quæ poſt pauca ponuntur, *Proficiſcar per vos in Hiſpaniam*, duplici præpediuntur conditione: alteram enim præbent illa priora verba, *ſi proficiſcar*, quæ modum præſcribunt, quo poſteriora intelligantur: alteram, doctrina de Reſtrictionibus Tranſcendentalibus, pluries à nobis poſita & dilucidata: conditio enim illa, *Si Dominus voluerit*, ſemper debet intelligi, illam dixerit, aut non dixerit Paulus. Cæterum, ſi in alia velimus eſſe Hypotheſi, & dicere ſuis Paulum concionibus Hiſpaniam condecoraſſe, ceſſat quæſtio, & omnis argumentandi via clauditur Adverſariis.

Semper, exprimantur, aut non, Tranſcendentales Conditiones ſubintelligi debent.

Gelaſii Papa de D. Pauli adventu in Hiſpaniam ſententia.

NON aſſentiris huic hypotheſi, quoniam irreverentia temeraria videtur, contradicere Gelaſii, doctiſſimi Pontificis, authoritati: ipſe enim, ut habetur 2 2. *qu.* 2. negat apertè Paulum in Hiſpaniā veniſſe: ſic enim ſcribit. (Beatus Paulus Apoſtolus, non ideò (quod abſit) fefelliſſe credendus eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius: quoniam quum ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum, diſpoſitione Divina majoribus occupatus ex cauſis implere non potuit quod promiſit. Quantum enim ipſius voluntatis interfuit, hoc pronunciavit, quod revera voluiſſet efficere. Quantum enim ad Divini ſecreta conſilii (quæ ut homo, omnia non potuit, licet ſpiritus Dei plenus, agnoſcere) ſuperna prætermiſit diſpoſitione præventus. Nec quia Beatus Petrus Apoſtolus pro affectu Divinæ reverentiæ ipſi Domino, *Non lavabis mihi pedes in æternum*, fefelliſse (quod abſit) aut in ſua putabitur minimè conſtitiſse ſententia, quia mox eidem Divinæ voluntati ceſserit, & quod ſe dixerat non eſse facturum, cauſis adſtrictus humanæ ſalutis paſsus eſt prona voluntate faciendum.]

Vnde Paulus à Peccato excuſetur?

Vnde etiam D. Petrus?

Quatuor proponuntur Quæſtiones, quæ ex literis Gelaſii oriuntur.

Oportet igitur verba præcedentia accuratè relegere, & videre PRIMO, *An ex illis ſuaderi apertè poſſit S. Paulum non veniſſe ad Hiſpaniam?* SECVNDO, *An ex ſuppoſitione quod non venerit, ut S. Paulus à mendacio excuſetur recurrendū ſit ad Mentalium Reſtrictionum effugium opinione Gelaſii?* TERTIO, *An Paulus omnia, quæ eſſet facturus, aut etiam paſſurus, præcognoſceret?* & QVARTO, *An quidpiam probet, & ad rem ſit, S. Petri illa hiſtoria, quæ à Gelaſio narratur.*

N. B. Gelaſius Papa cognomento *Scholaſticus*, ſiquidem erat ingenioſus & doctus, non potuit velut certum ſupponere, quod videbat ratione dubia & infirma probari.

Vt primum aſsererem (videlicet, D. Paulum non veniſſe in Hiſpaniam) ſufficeret Gelaſii authoritas; ſi quo ille ſenſu loquatur & ſcribat, neſcirem. Ipſe enim ſuam ſententiam, non ut certam & indubitatam, ſed ut veriſimilem tantum proponit; non enim aſſerit ſe habere poſitiva argumenta, ex quibus colligat D. Paulum in Hiſpania non fuiſse; ſed inſiſtit Actibus Apoſtolorum, in quibus non dicitur Paulum Hiſpanias concionibus ſuis ſanctificaſsè. Fortè non legerat S. Ioannem Chryſoſtomum, qui ante ſe ſcripſerat; nam Græci Patres ſerò ſunt verſi in Idioma Latinum; Hieronymum autem & alios vidiſse poterat, qui Paulum aſserunt in Hiſpanias veniſse. [Dixi Gelaſium Chryſoſtomo juniorem eſse, nam fuit Theologus è reliquiis Diſcipulorum S. Auguſtini, & creatus eſt Summus Pontifex anno Domini 492. moriturus anno 496. cum tamen S. Ioannes Chryſoſtomus anno 398. mortuo Nectario promotus fuerit ad Cōſtantinopolitanum Patriarchatum.]

Quo anno ille, & quo S. Chryſoſtomus floruerit?

Gelaſius Papa, non admiſit Reſtrictiones Mentales.

Ad ſecundum reſpondeo de Reſtrictionibus mentalibus nihil prorſus ſciviſſe Gelaſium: illa enim Pauli verba *Proficiſcar in Hiſpaniam* non contrahit reſtringitve per purè intellectualem aliquam cogitationem, ſed per Tranſcendentales conditiones, quæ in omni aſſertione de futuro ſubintelligi debent: quoniam, ut ait Hiſpanus, *El hombre propone, y Dios diſpone*. Paulus igitur, ut ſine mendacio verba illa *Proficiſcar in Hiſpaniam*, diceret, debuit tunc, cùm illa ſcribebat, habere intentionem proficiſcendi in Hiſpaniam. Et debuit poſteà, quantum ex ſe eſſet; dare operam ut verba, quæ ſcripſit vera redderet. Si tamen poſteà, Deo ſic diſponente, impediretur ab extrinſeco; aut mutatis circumſtantiis deberet mutare dictamen, hoc contra promiſſionem aut affirmationem non militat, non enim Paulus erat atheus & fatuus, ita ut diceret, *Proficiſcar in Hiſpaniam; etſi aliter diſponat Deus; etſi à cauſa extrinſeca potentiore præpediar; etſi mutatis circumſtantiis, ratio præcipiat, ut non vadam*, ſed quia erat vir Sanctus, religioſus & prudens, ſe totum Divino reſignabat imperio; *Proficiſcar in Hiſpaniam; ſi Deus voluerit; ſi nec Nero, aut alius Tyrannus me intercipiat; ſi non mutentur circumſtantiæ, ita ut Dei ſervi-*

Homo proponit, & Deus diſponit, *eſt ſanctiſſimum Hiſpanorum adagium.*

Quo ſenſu Apoſtolus locutus fuerit?

tium

Digitized by Google

tium aliud mihi praſcribat.

Sancti, etſi divinitùs illuminati, non omnia praſciunt.

Ad tertium jam reſpondit Gelaſius dicens, (*Paulus*) *ut homo omnia non potuit, licèt Spiritus Dei plenus, agnoſcere.* Non omnia poſſibilia, nec omnia futura conditionata, immò nec omnia futura abſoluta cognoſcunt & vident in Verbo Sancti glorificati. Non ergo habuit in via Beatus Apoſtolus rerum ſcientiam, qualem & quantam in Cælo Empyreo nullus habet.

Quæ praſcivit Paulus?

Præcognovit in terris, quæ Deus revelare ipſi voluit, & hæc ipſa quanta claritate & diſtinctione Deus voluit. Vnde ipſe ait. *Et nunc ecce ego vinctus ſpiritu vado in Hieruſalem. Quæ in ea concurſura (ſint) mihi, non noſcens. Niſi quòd Spiritusſanctus per civitatem proteſtatur mihi dicens, quoniam vincula me & tribulationes manent. Sed nullius rationem facio.* &c.

Act. 20. 22.

An ſit eadem hiſtoria Petri, quæ à Gelaſio inſinuatur?

Ad quartum dico opportunè Gelaſium Petri hiſtoriam adducere, ut oſtendat, Paulum, poſtquam verba illa ſcripſerat, *Proficiſcar in Hiſpaniam*, ſine mendacio potuiſſe non proficiſci ad illam, non ſolùm, ſi à Nerone caperetur, ſed ſi mutatis notitiis deberet mutare dictamen: quoniam Petri & Pauli hiſtoriæ, ut illa accidit, & hanc putat accidiſſe Gelaſius, ſunt analogæ. Illas ergo breviter ediſſeramus.

Ioann. 13. 4.

Surgit à cœna Dominus, ut Hiſtoriographus Sacer enarrat, deponit veſtimenta ſua, accipit linteum, ſe præcingit, & incipit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo. Venit ad Petrum, & ille ſuffuſus rubore exclamat, *Domine! Tu mihi lavas pedes?* Et poſteà ideas ſuas recognoſcens, & Chriſtum eſſe ſuum Magiſtrum & Dominum, & ſe diſcipulum & ſervum ſciens turpe putat, ſi ſuos à Chriſto pedes lavari & abſtergi permittat: & ideò adhuc altiori voce intonat, *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Et, quia ſanctus erat, in æternum in illa reſolutione permaneret, ſi in priori dictamine perſeveraret. At, ubi audivit Chriſtum dicentem *Si non lavero te, non habebis partem mecum,* novo ſuffuſus lumine myſterium penetrat, & totum ſe Divinæ voluntati ſubjiciens, ait, *Domine: non tantùm pedes meos, ſed & manus, & caput.*

Cur ſub initiū noluerit S. Petrus, & voluerit poſteà permittere, ut Chriſtus pedes ſuos lavaret?

Mutatis circumſtantiarū notitiis prudēntum eſt mutare dictamen.

Cur Petri verba ſiquidem falſa fuerunt, malitiam non contineant mēdacii?

Et modò interrogo. Fuerunt-ne vera verba illa Petri, *Non lavabis mihi pedes in æternum*? &, ſi fuerunt falſa, cur non fuerunt mendacia?

Falſa profectò fuerunt; nam aliter factum eſt, quàm illa ſonabant; at mendacia non fuerunt. Et, ut id bene intelligas adnotato, duo in promiſſione v.gr. aut quacumque alia propoſitione de futuro, poſſe conſiderari: nempe, dicentis animus, quando illa dicitur, & etiam ejuſdem animus quando redditur falſa; hoc eſt, quando id quod dixerat aut promiſerat, non vult pręſtare. Et ad Petrum redeundo, ejus verba aſſero mendacia nullo modo fuiſſe; nec quando dicta, nec quando ſunt reddita falſa. Non quando dicta: quia tunc dixit Petrus, quod habebat in animo. Non quando falſa reddita; quia tunc operatus eſt Petrus ſecundum dictamen, quod habebat. Erat autem diverſum à priori: quoniam mutatis circumſtantiis illud neceſſariò mutaverat.

Sancti Pauli verba, ejus correſpondebant intentione, & conditione innitebantur.

Et hinc ad Pauli rediens verba ſic inquam. Illa *Proficiſcar in Hiſpaniam*, in Gelaſii opinione ſunt falſa, & tamen mendacia non ſunt. Nec enim mendacii labe incriminari debent, quando ſcripta; nec quando ſunt reddita falſa. Non quando ſcripta, tunc enim Paulus ſcripſit, quod habebat in animo, reverà enim volebat proficiſci in Hiſpaniam. Non quando falſa reddita (quando mutato dictamine in Hiſpaniam non ivit) quoniam mutatis circumſtantiis, debuerunt univerſa mutari. Illa aſſertio aut promiſſio, erat conditionata: huic enim conditioni inſiſtebat, *ſi Deus voluerit.* Quamdiu putavit Deum velle, ut iret, ire voluit: ſi deſtinato tempore hoc dictamen manſiſſet, revera in Hiſpaniam iviſſet: ſuperveniente autem revelatione de conſilio Divino, ubi percepit *ſe diſpoſitione Divina, majoribus occupari, & implere non poſſe, quod promiſit,* dictamen debuit neceſſariò mutare. Et ſic diſcurrebat Gelaſius; at nos non indigemus hoc diſcurſu, tenemus enim Paulum prædicaſſe in Hiſpania.

Authores, qui aut negāt, aut in dubium vertunt adventū D. Pauli in Hiſpaniam.

VT nihil maneat inconcuſſum audiamus adhuc aliquos, qui nolunt D. Paulum Hiſpaniam ſua præſentia honoraſſe. Hi S. Hieronymum producunt, qui tametſi *in Epiſt. ad Epheſ. cap. 3.* ſatis ambiguè ſcribat, & nil proſſus determinet, in aliis locis clariùs loquitur: quoniam in erudita, ſcripta contra Helvidium Epiſtola, aſſerit, D. Paulum, antequam profectionem in Hiſpaniam animo deſtinatam ſuſciperet, à Nerone interceptum, & tandem coronatum martyrio. Et præterea D. Thomam adlegant, qui in Commentario, quo caput xv. Epiſtolæ ad Romanos illuſtrat, tantum Gelaſii authoritati defert, ut nil prorſus definiat.

Quid ſenſerit S. Hieronymus?

Sed cur producuntur loci Scriptorum dubii & obſcuri, inquam ego, contra manifeſtos & claros. Quæſtio enim, ſi teſtimonia conferantur, eſt duplex, videlicet, *An aliquando, an etiam bis, S. Paulus venerit in Hiſpaniam?* Priorem duobus in locis [videlicet in cap. 11. Iſaiæ, & cap. 5.

Amos

ſmos] Sanctus Hieronymus aſſerendo decidit: & de ſecundo adventu in cap. 3. ad Epheſ. anceps hæret; illumque in Epiſt. contra Helvid. negavit.

Quid Angelicus Doctor?

Addo, fruſtra etiam contra Hiſpanorum conſolationem citari D. Thomam: ſufficit enim nobis eum *in cap. 2. ad Galat.* mentem ſuam aperuiſſe: potuit enim habere rationes, ob quas *in cap. 15. ad Roman.* nil voluerit decidere, & potuit prudenter ibi hærere, ne negando contra ſuam ſententiam loqueretur; & aſſerendo diceretur Papæ Gelaſio contradicere, qui ab Adverſariis citabatur.

℞. AD PROB. XVI.

De Lazari morte & reſurrectione. *Verbum* Dormio, *quod æquivocum eſt, dilucidatur. Quo modo Chriſti verba*, Lazarus dormit, *non jam per mentem, ſed per circumſtantias externas reſtringantur?*

De ſignificatione verbi Dormio.

VErbum *dormio* non ſolum in Sacra Scriptura ſed etiam apud Authores profanos eſt æquivocum: ſignificat enim *ſomno fruor*, & *morior*. Primam verbi acceptionem in multis locis reperimus. Ruth 3. 13. *Dormi uſque ad mane.* Et 1. Reg. 3. 5. *Revertere & dormi. &c. vade & dormi.* Et Geneſ. 30. 15. *Dormiat tecum hac nocte.* Et 1. Reg. 3. 3. *Samuel dormiebat in templo.* & 26. 5 *In quo dormiebat Saul.* Cæterum altera acceptio ita illis Scriptoribus placuit ut pro *Mortuus fuit*, ſæpe ponant, *Dormivit cum patribus ſuis.* Ita 3. Reg. 11. 45. & 14. 20. 31. & 18. 5. 24. & 16. 6. 28. & 22. 40. 51. & 4 Reg. 8. 24. & 10. 35. & 13. 9. 13. & 14. 16. 22. 29. & 15. 7. 21. 38. & 16. 20. & 20. 21. & 21. 18. & 24. 5. & 2. Paral 9. 31. & 12. 16. & 14. 1. & 16. 13. & 21. 1. & 26. 2. 23. & 27. 9. & 28. 27. & 32. 33. & 33. 20.

Dormire *ſumi ſolet pro* Mori.

Unde Chriſti verba reſtringantur?

Ergo, cùm dixit Chriſtus, *Lazarus amicus noſter dormit*, uſus eſt verbo æquivoco, quod in dicentis ore mortem, & in audientium auribus ſomnum ſignificavit. Et primò Chriſtus, exponens quo ſenſu loqueretur, abſtulit homonymiam: & tametſi nil prorſus addidiſſet, ipſamet rei veritas vocem ambiguam poterat ad veram acceptionem contrahere.

℞. AD PROB. XVII. & XVIII.

De Chriſti authoritate; & de Ultimi Iudicii die. *An Dominus noſter Ieſus-Chriſtus vivorum & mortuorum Iudex ſit? An quando futura ſit illa dies bene cognoverit? cur ergo ſe illam neſcire dixit?*

De Chriſti Scientia. *Habet Divinam & Increatam: habet etiam Beatificam, Infuſam; Adquiſitam, & Experimentalem. An, & quomodo Sapientia & Gratia apud Deum & homines creverit, aut non creverit?*

DOmini noſtri Ieſu-Chriſti, de quibus nunc diſſerimus, verba ſunt hec Περὶ γὰρ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος. *De autem die illa & hora nemo ſcit, neque Angeli Cælorum, ſi non Pater meus ſolus.* Et quia *Angelorum* nomine etiam Dæmones ſoleant intelligi, ne quis aut Beatos Spiritus, aut ipſum ſaltem Chriſtum ab hac Regula Generali ſubtraheret, Marci 13. 32 ſic ſtatuit. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ οὐδὲ ὁ υἱὸς εἰ μὴ ὁ πατήρ. *De autem die illa & hora nemo ſcit, neq. Angeli qui in Cælo, neque* [a] *Filius; ſi non* [b] *Pater*. Quæ verba S. Thomas *3. part. quæſt. 10. art. 2.* & Theologi ibid. dilucidant.

Matth. 24. 36.

a] Sicut *quæ* apud Latinos eſt conjunctio poſtpoſitiva, ſic apud Græcos τε. unde οὐδὲ ponitur pro οὔτε, & eſt *neque*.

Marc. 13. 32.

b] εἰ μὴ redditur Hiſpanicè *ſino*, Latinus verò dicit *niſi*.

VT hunc Textum percalleas adnotato ab univerſis Patribus & Iunioribus, qui hunc locum Evangelii expoſuerunt, in Chriſto duas eſſe Naturas (Divinam & Humanam) ſupponi: ut enim nos per Athanaſium docet Apoſtolica Eccleſia, *ſicut Anima rationalis & caro, unus eſt Homo, ita Deus & Homo unus eſt Chriſtus*. Non quæri, *an æternum Patris Verbum hoc eſt, an Chriſtus, quà Deus, diem illam ſciat*; Eſt enim Sapientia Aeterni Patris, & omnia, quæ Pater, intelligit. Adeoque inferto, totam hanc controverſiam, Chriſtum Dominum quà Hominis filium concernere; & interrogare, *An ipſe reverà ſciverit, quando illa Iudicii Ultimi dies futura erat?*

S. Athanaſius in Symbol.

Prima Expoſitio, ad energiam Linguæ Hebraica recurrens.

IVbent aliqui, ut linguam eam, qua Chriſtus Dominus utebatur, conſideremus; multa enim in Verſione omittuntur; quia Græca & Latina gratiis nonnullis carent, quibus Linguæ aliæ ſuos Diſcur-

Quaenam lingua Chriſto fuit vernacula?

Haploſes. O ſcur-

Quanam, & qualis ſit Lingua Syra, quã aliqui Syro-Chaldaicam nominant?

ſcurſus exornant. Et quidem certum eſt, Chriſtum non Græcè ſuis Diſcipulis, ſed Syriacè loquutum eſſe. Eſt autem lingua Syra aut Hebraica in Chaldæam, aut Chaldæa in Hebraicam degenerans. Et licèt non habeat formaliter Syra omnes Hebraicæ linguæ charites, habet virtute: & ideò exponi debet ad rigorem Hebraicum. Eſt autem in Sancta Hebræorum lingua quidam loquendi Modus, quē ipſi vocant, *Hiphil*, qui ſignificat *aliquem prædeterminare ad operandum: facere, ut aliquis aliquid operetur.* [Et videtur oſtendere eſſe veram Patrum Dominicanorum Opinionem: ſi enim Phyſicæ non ſunt poſſibiles Prædeterminationes, cur Adamus (hunc Linguæ Sanctæ Inventorem cognoſcimus) in omni Verborum inflexione Prædeterminativæ Vocis Regulas ſanta providentia compoſuit.] ſic LABAN, *albus fuit*, LIBBIN, *dealbavit*, HILBIN, *fecit dealbare*. Et ſic IADA, aut JIDIA, *ſcivit*, in Hiphil vel, HIDIA, *ſcire fecit*, *docuit, notificavit*. Pronuncio igitur Dominum loquutum fuiſſe in Hiphil, & face hac manu ductus Evangeliſtarum Textum ſic interpretor, *Diem autem illam horamque* (in qua futurum eſt Mundi univerſi excidium) *neque Cæleſtes Angeli, neque Filius ſciri faciunt, ſed Pater ſolus.* Quæ verba, ſic intellecta, ſunt facilia, Pater enim ubi Chriſtum conſtituit Iudicem vivorum & mortuorum, diem & horam Iudicii finalis ei præſcripſit; & illam Chriſtus, licet ſciat (Angelus [a] ſciat aut neſciat) neminem ſcire facit.

De voce Hebræorum Hiphil.

Eſt Prædeterminativa. Et videtur oſtendere, veram eſſe doctrinam de Phyſicis Prædeterminationibus.

Hæc Prædeterminatio, quæ Voce *Hiphil* exprimitur, quia multifariam ſolet ſumi, ſecundum contextus exigentiam exponitur: & eſt (1) Realis, vel Moralis, (2) ad Actum Primum, aut ad Secundum pertinet, (3) Debitumque aut meram Potentiam importat. Sanè, Petrum, ut hinc illuc tranſeat, prædetermino in actu ſecundo, ſi confero, ſi conduco, ſi tranſitum ſuadeo: & in primo, ſi ad illum prædeterminandum Potentiam, Poteſtatem, aut Debitum habeo: quæ omnia valdè diverſa ſunt, ſi accuratè expendantur. Quam ob rem *Scire* in ſignificatione vocis *Hiphil* dicetur, qui rem docet, qui rem manifeſtat, qui poteſt aut debet rem manifeſtare: & *Non ſcire*, qui non poteſt, aut non debet illam manifeſtare. Et hæc ſtando Textus linguæ Hebrææ erit facilis & expedita Interpretatio.

Quot modis Cauſa Inferior à Superiori poſſit prædeterminari?

Ioannes Baptiſta Ionas ex Latino ſic vertit.

על־היום &c.

Quæ tamen verba jubet vocalibus illis proferri.

Al-hajom eno jaaubiett gam-lemal. ke-haſamáim, ke-im leab lebad.

Voluit per paſſivam loqui, ut ſenſus ſit, *Super diem illum & ſuper horam illam nil ſcitur ad virum uſque ad Angelos Cælorum niſi ad Patrem ſolum.* Melius autem vertiſſet dicens

De Ioannis Baptiſtæ Ionæ verſione.

Verbum *Iadah*, in Benoni habet *Iodeh* Qui ſcit, & in Pahul *Iaduh*, Qui ſcitur.

על־היום &c.

Super diem illum & horam illam nemo eſt ſcire faciens, à viro uſque ad Angelos Cælorum, niſi Pater ſolus.

Benoni in Hiphil eſt Maidiah, *Qui ſcire facit.*

ETiam hæc eloquii gratia reperitur in quocumq; alio idiomate, aliàs enim voces realiter, & aliàs accipiuntur moraliter. Qui enim eſt cœcus, realiter non videt: & qui prudens, multa non videt virtualiter, quoniam ubi ea maximè videt, ita ſe habet, ac ſi careret oculis, & illa neſciret. Et quidem, ut nil de Græcis dicam, hoc paſſim ſenſu Authores Latini ſcripſerunt. Apud Plautum *in Bacchid. ſcen. 5. act. 4.* ſervus quidam. *Neſcio etiam id quod ſcio. Oblitus ſum omnia. Scio me eſſe ſervum.* Quæ verba hoc poſſum Scholio illuſtrare. [Neſcio civiliter, non enim poſſum dicere, etiam id quod maximè ſcio. Habeo ab impoſita tacendi lege, quod oblitus ſim omnium. Eſſe me ſervum ſcio: meamque linguam à Domini voluntate pendere; cætera neſcio.] Habet idem Plautus in Milit. ſcen. 6. act. 2. *Linguam comprime poſthac: etiam illud quod ſcies, neſciveris.* Et in Terentii Eunuch: *Tu pol ſi ſapis, quod ſcis, neſcias.* Et rurſus in Heauton. *Tu neſcis, quod ſcis, Dromo, ſi ſapit.* D. *Mutum dices.* Donatus admonet eſſe Proverbium, *Quod ſcis, neſcis,* quo ſumma taciturnitas, certaque in ſecreto obſervando fides ſignificatur: dum videlicet, quæ ſcis, ita cõtines, taces, ac diſſimulas, ac ſi planè neſcires. Eſt ſimile Dialecticorum ludis, in quibus è ſenſu Reali ad Morale tranſitur, ut cum dico, *Audit ille, & non audit; Eſt, & non eſt, Dat, & non dat: Operatur, & non operatur; Scribit, & non ſcribit.* Vnde exclamat Martialis,

Aliqua, quæ ſciuntur realiter, neſciuntur moraliter.

Non ſunt contradictoria Eſt, & Non eſt, ſi in uno ſenſu altera, & in alio altera Propoſitio accipiatur.

Non ſcribit, cujus carmina nemo legit.

Hinc patet, quo ſenſu ſe neſcire horam, & diem Extremi Iudicii Chriſtus dixerit, etſi illam & hunc exactè noverit. Quoniã dicebat ſe neſcire, quod non poterat facere, ut alii ſcirent: quod debebat tacere, quod non poterat dicere. Sic eum locum intelligunt Patres & Doctores communiter. P. Ioannes de Sylveira *in Evang. tom. 4. libr. 5. cap. 26. pag. 443. b. num.* 10. [Communis Dubitatio. Quomodo dicitur, quòd neque Filius, cum Chriſtus Dominus ut Deus (per increatam) & ut homo per infuſam ſcientiam optimè ſciat, articulum

N. B. Videtur P. Sylveira ad vocẽ Hiphil, & Expoſitionem præcedentem redire.

culum diei Iudicii. Communis etiam ſolutio Chriſoſtomi, Origenis, Bedæ cum D. Auguſtino *lib.83. Quæſt.qu.61.* eſt *Neque Filius ſcit ad revelandum, atque dicendum.* In Divino Magiſtro ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei: tamen cum ipſe non aperit ac explanat, ea quæ cognoſcit, ac apprehendit, de ipſomet dicitur, quod neque ipſe ſciat. &c.] & meritò, non enim ſcit in *Hiphil.* quoniam non facit ſcire, non ſcit, ut manifeſtet & dicat. Non ſcit humanitùs, juxta illud,

Vbi inquit Scholaſticus, Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum ſciat alter.

Aut Politicus. Si ſciat hoc alter, ſcire tuũ nihil eſt.

Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum ſciat alter.

Non ſcit virtualiter, ſi enim quæ norit, non revelat, ita aliorum reſpectu ſe habet, ac ſi illa non ſciret.

An diem Iudicii ultimi Patriarchæ Religionum cognoſcant?

a] Nolui Angelis glorificatis ultimi diei cognitionem abſolute negare: nam qui ſic diſponente Deo, *non facimus, ut ſciamus*, fortè ſciunt: nam, ut à Sanctorum Hominum revelationibus, piè credendis, didicimus, non ſolùm ſingulis perſonis & provinciis; ſed ſingulis etiam Ordinibus & Sanctorum Monachorum Communitatibus Angeli præficiuntur; & ideò illis non debemus negare, quæ Religionum Patriarchis Viri Docti concedunt. Et tamen Magnis illis Eccleſiaſticorum Ordinum Fundatoribus & Inſtitutoribus illuſtres nonnulli Theologi notitiam de qua diſputamus accenſent. Et in particulari S. Ignatio P. Ioannes de Ionghe in Theſib. 4 Iulii 1640. propugnatis Lovanii:nã poſt ſeptimam num. 1. ſcribit. *Qua in raptu Manreſano de ortu Societatis & progreſſu probabiliter percepit* [b] *Ignatius, nunc certiùs copioſiuſque in videt in Patre, in Filio enim, per quem Deus fecit & ſecula, videt ſeculorũ omnium decurſum, per quæ procedet Societas.*

An, & quomodo in Divinis Revelationibus ſit Probabilitas?

b] Illud *probabiliter percepit*: non eſt percepit cognitione probabili, ſed probabile nobis eſt eum percepiſſe cognitione certa, qualem Sancti conſequuntur in ecſtaſi.

Secunda Expoſitio, intra terminos Idiomatis Latini ſe continens.

De Rationalibus Chriſti Potentiis. De Chriſti Scientia. Quotuplex illa fuerit; & quid per ſingulas cognoverit, & intellexerit?

De Scientia Animæ Chriſti.

SED quia non omnes Theologi Orientalium Linguarum eruditione delectantur, nec omnes exactè intelligunt Virtualitates, demus adhuc aliam ejuſdem Textus expoſitionem, quæ maneat intra terminos Linguæ Latinæ.

Quot, & quæ Scientiæ in Chriſto ſint?

Porrò in Chriſto duplex eſt Intellectus & duplex Voluntas: habet enim quà *Deus* intellectum & voluntatem perfectionis ſupernaturalis infinitæ & æternæ: & quà homo habet intellectum, & voluntatem naturales. Et hinc patet Dominum Noſtrum Ieſum-Chriſtum habere duplicem rerum intellectionem; videlicet Divinam & Humanam: illam infinitè perfectam, hanc finitè. Scientia in Chriſto Humana adhuc eſt duplex: infuſa & adquiſita; illa eſt, quam *Deus* ejus Sanctiſſimo intellectui congenuit: hæc, quam ipſe per experientiam adquiſivit. Nam & in hominibus

An eliciendo ſupernaturales actus, novos adhuc habitus, ab infuſis diſtinctos, adquiramus?

concedere ſolent Theologi, Fidei, Spei, & Charitatis habitus, ab infuſis diſtinctos: quos eſſe ſupernaturales aſſerunt, ſed per actuum frequentationem adquiſitos. Nolo in ſingulari de ſingulis his Chriſti ſcientiis diſputatione uberiori diſcurrere, id enim in proprio loco præſtiti; ſufficit enim mihi impræſentiarum illas eſſe, cognoſcere, ut hanc poſſem ediſſerere difficultatem. Conſidera Concluſiones ſequentes.

De Intellectu naturali Chriſti.

PRIMA. *Anima Chriſti habet intellectum à Divino diſtinctum.* Eſt etiam de Fide contra Monothelitas & Eutychetem, quorum illi negabant in Chriſto intellectum humanum, hic humanam animam. Sanè Monothelitæ negabant intellectum humanum, quia ſicut ab Intellectu ad Voluntatem, ſic à Voluntate ad Intellectum argumentum deducitur, & ipſos Humanam in Chriſto Voluntatem negaſſe certum eſt. Eutyches homo Peripateticus, doctrina de Elementorum in Mixto confuſione præventus, Divinam, & Humanam naturam confundendo, fingebat tertiam ab utraq; diſtinctam. Et hunc errorem condemnavit Athanaſius in Symbolo dicens, *Qui licet Deus ſit & Homo, non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus. Vnus autem non converſione Divinitatis in carnem, ſed adſumptione Humanitatis in Deum. Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate Perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & Caro unus eſt Homo; ita Deus & Homo unus eſt Chriſtus.*

An reverà illã habeat?

Hæreſis Monothelitarum.

An Eutichetis error prodierit ex doctrina Ariſtotelis.

An Chriſti Anima per increatum intellectionem intelligat?

Corollarium. *Anima Chriſti non intelligit per Scientiam Increatam*, [Attende, quæſo; & ne rem manifeſtam confundas: aſſero enim ſicut Naturæ Divinæ (Deitati) ſic & Humanæ (Humanitati) ſuum proprium intellectum competere. Vnde tametſi Chriſtus per Scientiam Increatam & Creatam intelligat, non tamen intelligit per Creatam Divinitas, aut per Increatam Humanitas] Ita D. Thomas *3 p. qu.9.* & etiam *qu.9. de Verit. art.1.* & iterum *in 3.diſt.14.* & cæteri Scholaſtici *ib.* eſt contra aliquos Veteres, & contra Hugonem de S. Victore *tom. 3 de Sapientia Chriſti*, Ioannem de Ripa citatum à Capreolo *in 3.diſt.14.qu.1.art.2* & alios qui ab Ariminenſi *in 2.diſt.7.qu.2.art.1. §.Contra ſecundam* allegantur, præcipuè.

An, & quomodo cognoſcat creaturas, futuras?

SECVNDA. *Anima Chriſti per viſionem beatificam cognoſcit in Verbo omnes creaturas abſolutè futuras ſecundum ſingularum ſpecies, non verò determinatè ſecundum conſtitutionem & diſtinctionem individualem ſingularum. Cognoſcit tamen actus hominũ liberos, non ſolùm univerſim, ſed determinatim, & ſecundum omnes, etiam minutiſſimas, circumſtantias: quia de ſingulis exac-*

An, & quomodo actus hominum futuros liberos?

tiſſimè & ſanctiſſimè judicaturus eſt.

Ecce ratio, ob quam hanc Chriſto cognitionem, tantam, & tam certam, & expreſſam accenſeo, ſumitur à perfectione Iudicii; non enim perfectè judicaret, quæ imperfectè cognoſceret. Ergo de objectis, quæ ad Iudicium non pertinent, paulò aliter ſtatuere debemus. Superſedeamus igitur à poſsibilium creaturarum cognitione, illæ enim ad Tribunal non venient, & hanc ob rem, non eſt cur omnes ſcire debeat Chriſti Anima, ut paulò antè notavi.

An & conditionatos?

Et idem prorſus dixero de futuris liberis conditionatis; quoniam cognovit aliqua, non autem omnia; aliàs enim infinita cognoſceret. Nego Chriſtum omnia futura abſoluta cognoſcere, quoniã actus Hominum & Angelorum tota æternitate futuri ſunt ſyncategorematicè infiniti, hoc eſt, indefiniti. Ita Bonaventura, Richardus, Scotus, Gabriel, Almainus & apud eum Henricus. Hanc etiam concluſionem tenet Amicus *diſp.19.cit.ſect.2.pag.187.a.num.24.* Et ex D. Thoma Salas *in 1.2.tom.1.tr.2.diſp.4.ſect.7.* illam judicat probabiliorem.

Quid dicendū ſit de actibus poſt diem Iudicii tota æternitate futuris?

Dices. Chriſti perfectioni & dignitati derogat hæc Opinio: quia ad Chriſti Majeſtatem & gloriam pertinet, ut quæ in Empyreo tota æternitate ſint agenda, cognoſcat. Reſpondeo in Chriſto duo eſſe conſideranda; alterum Vnionem Hypoſtaticam, alterum Iudicis Dignitatem. Ratione primæ habuit prærogativas, quas Deus illi voluit conferre; ratione poſterioris, illas habere debuit, ſine quibus non poſſet exactam pronunciare ſententiam. Ita Amicus, qui *loc.cit.* ſic inquit [Cogitationes (& idem dicito de volitionibus) quoad ſpeciem omnes in Verbo cognoſcuntur à Chriſto eadem cognitione, qua cognoſcitur Deus ipſe; quia omnes iſtæ ſunt finitæ. Cogitationes verò, Volitioneſque quoad numerum uſque ad diem Iudicii exituræ, omnes pariter in Verbo cognoſcuntur à Chriſto; quia omnes ſunt finitæ, & actu judicandæ à Chriſto; proinde actu omnes cognoſci debent antequam judicentur, ut ſua cuique pœna, vel præmium adſignetur, reliquæ autem in æternum futuræ, habitu tantùm ſimul omnes cognoſcuntur per ſcientiam Infuſam; actu verò, quas & quot Chriſtus ipſe cognoſcere voluerit, ſemper tamen finitas.]

Sicut de Cogitationibus, ſic de Volitionibus eſt ſtatuendum

De cognitione Chriſti.

An-ne in Verbo per Viſionem Beatificam cognovit dum in Mũdo erat, aut etiãnum in Empyreo cognoſcit diem horamque Generalis Iudicii?

Reſpondeo ex tribus Capitibus poſſe Quæſtionis ſolutionem deſumi: videlicet, à voluntate Dei, à voluntate Chriſti, & à Iudicii Sanctiſsimi neceſsitate. Sequentia Ratiocinia conſidera.

De voluntate Dei.

Primum. *Per Beatificam Viſionem Chriſtus Dominus non omnia individua cognovit, ſed illa tantùm, quæ Deus illi voluit communicare. At Deus voluit, ut diem, & horam Iudicii Finalis cognoſceret. Ergo illum, & illam cognovit & cognoſcit.*

De Voluntate Chriſti.

Secundum. *Chriſtus Dominus habuit ſemper cognitiones, quas voluit. Sed illam diem, & illam horam voluit cognoſcere. Vtriuſque ergo exactam cognitionem habuit.*

De Iudicis univerſorum Dignitate.

Tertium. *Iudex univerſorum Chriſtus eſt. Habuit igitur, habet, & habebit notitiam omnium rerum, & circumſtantiarum ſine quarum cognitione perfectà non poterit juſtè & exactè judicare. At ſcire momentum quo ſinguli actus (boni aut mali) ſunt facti; & cognoſcere tempus, quo erit celebrandum Iudicium, eſt ad ſanctè pronunciandam ſententiam neceſſarium. Chriſtus ergo diem & horam Iudicii cognoſcebat, dum inter nos agebat, & modò cognoſcit in Empyreo.*

Relegamus attentè hæc ratiocinia, & in ſingulis, nam Major eſt indubitata, Minorem accuratè conſpiciamus.

Decreta Dei, niſi per revelationem innoteſcant, ab hominibus ignorantur.

Oculos ad primum converto; & quia Minor neceſſaria non eſt, & Textus ex Marc.13.32.adductus eſſe falſam inſinuat, aſſero illo primo ratiocinio (niſi fortè alia addantur) nil omninò pro vel contra probari.

De voluntate Chriſti.

Idem dicendum erit de ſecundi Minori: quoniam, ſi Chriſtus illam voluiſſet diem cognoſcere, cognoviſſet. At *loc.cit.* teſtatur, ſe illam diem non cognoſcere. Ergo illam ſcire & cognoſcere, hoc teſtimonio non probatur.

De Temporis & Loci circumſtantiis.

Tota ergo difficultas ad tertium Ratiocinium reducitur. In illo primum Antecedens & prima Conſequentia certa ſunt: at Minor, quæ Tempus concernit, non paucas pariter difficultates.

An ſint Morales?

Et primò circumſtantia Temporis, ſicut etiam Loci, non ſemper addit actui moralitatem. Ergo, etſi dicamus ratione ſui muneris (hoc eſt authoritatis Iudicialis) debere Chriſtũ humanorum actuum circumſtantias addentes bonitatem, aut malitiam cognoſcere: non tamen cogemur dicere Chriſtum Dominum circumſtantiarum, quæ ad Iudicium non pertinent (quales ſunt, Tempus & Locus, quando Moralitatem nullã addunt) ob rationem ſui muneris exactam cognitionem habere.

Poteſt & ſolet apud nos illa ſa Iuſtitia hac vel alia die ſententia pronuntiari.

Secundò, hic, apud nos, non eſt neceſſarium, ut Iudex ſciat quando ſententiam pronunciaturus eſt; poſtquam enim totum proceſſum bene didicit, juberi poterit, ut tali, aut tali die ſedeat pro tribunali. Ratio igitur, quæ ex

Iu-

Judicis munere deducitur, ut diem Iudicii ſciri à Chriſto probetur, non eſt efficax. Tertiò, non repugnat inter ultimi hominis mortem, momentumque judicii univerſalis intereſſe unam horam, intereſſe unum diem, unum menſem, aut annum. At quantum tempus intercerit, aut non intercerit ex officio Iudicis inferri nequit: unde, qui nullum, parvum, vel magnum aſſerat, ſuam debebit ſententiam ex alio fundamento probare. Potuit ergo Chriſtus eſſe perfectiſſimus Iudex & tamen diem, horamque Vltimi Iudicii ignorare. Probatur Minor: quia cum nullum meritum, aut demeritum poſt mortem ſit, eodem omninò judicio una hora, anno, aut ſæculo poſt mortem homines venient abſolvendi aut condemnandi.

Poſt mortem nemo mereri aut demereri poteſt.

Ergo Chriſtum revera cognoviſſe, quando erat futurus dies Iudicii, neque ex Scientiæ Beatificæ claritate, nec ex ſupremi Iudicis dignitate, ſufficienter probatur. Ergo vel dicendum eſt Chriſtum Dominum revera neſciviſſe illum diem, vel alia adducenda erit ratio.

De Scientia infuſa Chriſti.

An cognoſcat liberas Angelorum & Hominum cogitationes?

Tertia. *Præter ſcientiam Beatificam habet infuſam Chriſtus, qua cognoſcit habitu & ſpecie (non tamen omnes actu, & individuo) internas Angelorum, & hominum cogitationes tota æternitate futuras.* Eſt communis. Vide D.Thomam *3.p.qu.11. art. 1.ad 3.* ubi teſte Cajetano oppoſitam ſententiam, quæ aſſerebat eas à Chriſto non Infuſa ſed Beatifica Scientia cognoſci, quā *in 3.diſt.14.qu.1.art.3. ad 1. quæſtiunc.* & iterum *qu.20. de Veritate. art.6.* habuerat, retractavit. Docent etiam Concluſionem hanc noſtram ex Iunioribus Cajetanus, & Medina *ibid.* Marſilius *in 3.qu.2.art.2. in 3. part.concl.2.* Suarius *in 3.par.diſp.27.ſect.2.* Vaſquez *diſp.53.cap.2.* Amicus *tom.cit.6. diſp.20.ſect.1.pag.190.b.nu.29.* & alii.

An diem Iudicii?

Corollarium. *Infuſa igitur Scientia cognitione Iudicii ultimi diem, actu & in individuo non cognoſcebat Dominus noſter Jeſus-Chriſtus.* Ergo pergendum eſt ulteriùs; & qui Chriſto Domino negare hanc ſcientiam velint, ex alio tenebuntur capite ſuam ſententiam firmare.

Scientia Adquiſita duplex eſt: Memorativa, & Diſcurſiva.

An eam habuerit Chriſtus?

Qvarta. *Adhuc concedenda in Chriſto eſt ſcientia Adquiſita. Et eſt duplex Memorativa & Diſcurſiva.* Per priorem, quæ fuerat paſſus, cognoſcebat: unde ad Hebr. 5. *Didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam.* Et hæc eſt, quam Theologi *Experimentalem* appellant. Per poſteriorem Vniverſalia præmittendo inferebat Conſequentias legitimas.

De Chriſti Scientia Experimentali.

Multa hic poſſent & proponi & decidi, quæ tamen non ſunt ad hujus Quæſtionis Reſolutionem neceſſaria, & ideò ab eis meritò ſuperſedebimus, committendo Theologis, ut examinent, An hæ duæ Adquiſitæ ſcientiæ (Diſcurſiva, & Experimentalis) realiter diſtinguantur? An utraque, an altera, & utra? an neutra ſit infuſa divinitùs? quæ enim à nobis adquiruntur labore, potuerunt Adamo, Salomoni, & Chriſto infundi.

De harum Scientiarum in Chriſto diſtinctione.

Qvinta. *In Adquiſita Scientia Chriſtus proficiebat paulatim.* Et hanc Concluſionem me docet S. Lucas, qui in Sacræ Hiſtoriæ ſecundo ſic ſcribit. Καὶ ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia, apud Deum & homines.* Quæ verba S. Athanaſius *libr.4.contr. arian. in fin.* & Cyrillus Alexandrinus *in Theſaur.libr.10. c. 7.* Scholiis opportunis dilucidant. Ille enim Chriſti Intellectum, ſicut ætate, ſic ſcientia realiter creviſſe fatetur: inquit enim. [Non Sapientia quatenus ipſe ſapientia eſt, progreſſus fecit, ſed humanitas in ſapientia profecit, tranſcendens paulatim humanam Naturam; Deificata nimirum & organum Sapientiæ facta ut per eam ſuam energiam exerceret, ſapientiaque inde eluceret, omnibuſque innoteſceret.] At hic augmentum abſolutum ſcientiæ in Chriſto negat, relativum concedit: putat enim Chriſti ſcientiam quoad ſe nullo modo creviſſe, ſed viſam eſſe creſcere quoad nos, ut ſeſe humanæ conditionis imperfectioni attemperaret. Verba Sancti Patris ſunt hæc. [Naturalis quædam (*) lex facit, ut non ſubito, nec in brevi tempore, ſed paulatim ſecundum profectum corporis, in ſapientia etiam, omniq; virtute homo proficiat. Verbum igitur Dei, quod factum Caro deſcribitur, quamvis Sapientia, & virtus perfecta Patris ſit, tamen, quoniam vere factum hominem oportebat oſtendere, non præter naturam hominum, ſed ſecundum naturam, paulatim creſcente corpore, paulatim quoque Sapientior videbatur. [†] Occultam igitur Sapientiam Suam paulatim revelabat, legem (*) naturæ noſtræ ſequutus.] Et hanc mordicus tenet ſententiam, illam enim multis in locis ſupponit aut reponit: & paulò poſt, expoſiturus modum, quo Natura aſſumpta in ſcientia diceretur proficere, [Aſſumpſit, *inquit*, Sapientia Dei, hoc eſt filius Dei noſtram naturam, paulatimque tum verbis, tum factis Deificationem aſſumpti hominis revelans proficere ipſum revelando faciebat; & ſic ipſa natura proficiebat in Sapientia, in qua erat Deificata.]

Luc. 2. 25.

An Dominus in Scientia ætate & labore profecerit?

Prout homo erat, profecit, non prout Deus.

*] Naturalis legis *nomine intelligit neceſſitatem: non ergo Moralem aliquam legem ſed realem Sanctus Doctor intelligit.*

†] Nota illud *videbatur.* Ergo ſemper fuit æquè ſapiens, ſed in noſtris oculis ætate ſapientiam creſcere apparebat.

Suam facit Meus Bernardus Opinio-

nem

Digitized by Google

Quo pueri homines modo in ſcientia proficimus?

nem Cyrilli, qui *homil.* 2. *ſuper Miſſus eſt. num.* 10. (*tom.* 2. *pag.* 12. *a. juxta Merloni Horſtii editionem*) ſic perorat [Nec te moveat, quod de illo legis in alio loco: *Ieſus autem proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Nam quod de ſapientia, & gratia hic dictum eſt, non *ſecundum quod erat*, ſed *ſecundum quod apparebat*, intelligendum eſt; non quia videlicet aliquid ei novum accideret, quod ante non haberet, ſed quod accidere videretur, quando volebat ipſe ut videretur. Tu homo cum proficis, non quando, & quantum vis proficis, ſed te neſciente tuus moderatur profectus, tua vita diſponitur. At verò puer Ieſus, qui diſponit tuam, ipſe diſponebat, & ſuam & quando volebat, & quibus volebat ſapiens apparebat; quando, & quibus volebat ſapientior; quando, & quibus volebat, ſapientiſſimus; quamquam in ſe nunquam eſſet niſi ſapientiſſimus. Similiter, & cum ſemper omni gratia plenus fuiſſet, ſive quam apud Deum, quam apud homines habere deberet, pro ſuo tamen arbitrio, eam nunc plus nunc minùs oſtentabat, prout cernentium, vel meritis congruere, vel ſaluti expedire ſciebat. Conſtat ergo, quia ſemper Ieſus virilem animum habuit, & ſi ſemper in corpore vir non apparuit. Cur denique dubito virum fuiſſe in utero, quem inibi Deum fuiſſe non ambigo? Minus quippe eſt eſſe virum, quam eſſe Deum. &c.]

Quomodo profecerit Chriſtus?

An, & quomodo in gratia?

Interèm eamdem Chriſti ſcientiam quoad ſe & quoad nos, nec non quoad internam notitiam, & quoad externam experientiam diſtinguendo, nec Cyrillus, nec Bernardus, nec ullus unquam Pater negat, Chriſti Adquiſitam ſcientiam, quæ *Experimentalis* paſſim dicitur, realiter in Chriſto creviſſe; verum enim erat dicere, per novas experientias, novas notitias experimentales, Dominum adquiſiviſſe.

De Experimentali Chriſti Domini Scientia.

Corollarium. *Chriſtus igitur Scientia adquiſita Iudicii Extremi diem non cognoſcebat.* Et oſtenditur. Quoniam, vel hanc notitiam per Diſcurſivam, vel per Experimentalem ſcientiam adquiſierat. Non per Diſcurſivam, nullæ enim poſſunt Præmiſſæ neceſſariæ ſupponi, ex quibus inferri certò poſſit, *Ergo erit Iudicium Finale tali die.* Quia cùm hæc determinatio à libera Dei voluntate dependeat, quæ Chriſtus Act. 1.7. dicebat Apoſtolis poterunt etiam ipſimet Chriſto, quà homini, Scientia Adquiſita prædito dici, οὐχ' ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους καὶ καιροὺς οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. &c. *Non veſtrum eſt noſſe tempora vel opportunitates* (*momenta*) *quæ Pater poſuit in propria authoritate* (*libera poteſtate*.) Et non per Experimentalem, quia hæc contemplatur præterita, futura autem nullo modo pertingit.

De Adquiſita Scientia objectio.
An in illa clauſa ſit dies Iudicii?

Decreta Dei libera non poſſunt à ratione probari.

Iubes me hærere hic; putas enim hoc ipſo teſtimonio probari Chriſtum Dominum, quà hominem per infuſam ſcientiam diem & horam Extremi Iudicii cognoviſſe: & ſic diſcurris. [Cur non revelatur Apoſtolis, quando futura erit illa dies? Reſpondet Chriſtus, *Non eſt veſtrum.* Ergo, quia ipſorum non intererat, non revelabatur. Ergo, ſi illorum intereſſuiſſet (ſi hæc notitia inter eas, quæ neceſſariæ illis erant, numeraretur) illud, quod curioſè petebant, interrogabantque, providè revelaretur. At Chriſto dicebat Deus, *Veſtrum eſt noſſe tempora, & opportunitates* (*momenta*) *quæ Pater poſuit in propria authoritate.* Et cur? Quia deberis de omnibus hominum actibus, & illorum circūſtantiis vel minimis exactam pronunciare ſententiam, quæ præſupponit cognitionem exactam. Erat ergo neceſſarium, ut Chriſtus, quot & quouſque actus meritorii & demeritorii ſint ab hominibus eliciendi cognoſceret. At illorum numerum Iudicii ultimi dies terminat & determinat. Ex ratione ergo, qua Apoſtolos illam diem neſciviſſe ſuadetur, eamdem Chriſtum ignorare non potuiſſe probatur.] Ego autem hanc rationem eſſe omninò neceſſariā non video; quoniam, ut ſuperiùs expoſui, ſæpè Temporis & Loci circumſtantiæ nullam addunt moralitatem. Non ergo neceſſarium erat, ut Chriſtus tempus omniū actuum humanorum cognoſceret, duo enim actus, aliàs per omnia æquales, etſi differant tempore, ſi illis tempus nullam moralitatem addit, judicabuntur eodem modo. Superflua ergo erit in caſu Temporis circumſtantiæ cognitio, vel conſideratio. Et de cognitione diei Iudicii, ſiquidem ſe illam habere negat Chriſtus, ne eam ipſi concede niſi in ſenſu, in quo aliquid attribuit Sacra Pagina Chriſto, ex quo diem illam cognoviſſe neceſſariò inferatur.

An, & cur, non debuerint Apoſtoli ſcire, quādo futura erat dies Iudicii?

An eadem ratio, qua illam diem ab Apoſtolis neſcirì probat, oſtendat à Chriſto non poſſe ignorari?

Non ſemper Tempus addit moralitatem.

Marc. 13.32.

Quo ſenſu Chriſtus Iudicii diem cognoſcere dicendus ſit?

Viam interim, quam aperuit hæc Concluſio adquiſita & experimentales notitias à divinitùs infuſis diſtinguendo, paſſim ingrediuntur Recentiores Subſcribentes Mellifluo meo Doctori, qui *Syntagmate de gradibus Humilit. cap.* 3. *num.* 10. ſic inquit.

[Non debet abſurdum videri, ſi dicitur Chriſtum non quidem aliquid ſcire cæpiſſe quod aliquando neſciverit, ſcire tamen alio modo miſericordiam ab æterno per Divinitatem, & aliter in tempore didiciſſe per carnem. Vide, ne ſimili locutionis mo-

De Chriſti Scientia Experimentali.

Digitized by Google

Matth. 13. d.

modo aliud dicam, ſit: quod Dominus requirentibus Diſcipulis de die ultimo ſe neſcire reſpondit ! Nam quomodo diem ultimum ille neſciebat, in quo omnes Sapientiæ, & Scientiæ theſauri ſunt abſconditi? Cur ergo ſe ſcire negabat, quod certum eſt, quia neſcire non poterat? Numquid fortè mendaciter eos voluit celare, quod utiliter non valuit (*) innoteſcere? Abſit. Sicut nihil ignorare poterat eum Sapientia ſit, ſic nec mentiri, cùm Veritas ſit. Sed volens Diſcipulos ab inutilis inquiſitionis curioſitate compeſcere, quod inquirebant, ſe ſcire negavit, non omnimodò quidem, ſed tali quodammodò, quo negare veraciter potuit.] Et tu nota illud *omnimodò*, & illud *quodammodò*; hæc enim Propoſitio, *Ego rem talem neſcio*, non afficitur modo univerſali ut æquivaleat huic, *Ego rem talem nullo profectò modo ſcio*; ſed afficitur modo particulari, ut ſit, *Ego rem talem aliquo ſanè modo neſcio*. Et talis profectò neſcientia Chriſto quà homini, non autem quà Deo potuit competere. [Nam etſi ſuæ Divinitatis intuitu æquè omnia præterita, ſcilicet præſentia, atque futura perluſtrando, diem quoque illum palam habebat, non tamen ullis carnis ſuæ ſenſibus experiendo agnoverat. (*) Alioquin jam ſpiritu Oris ſui Antichriſtum interfecerat, jam auribus ſui corporis Archangelum vociferantem, & tubam ſonantem, in quo ſtrepitu mortui ſuſcitandi ſunt, audierat: jam oculi ſuæ carnis oves hædoſque, qui ab invicem ſegregandi ſunt, perſpexerat.]

Coloſſ. 2. a.

*] Videtur hic verbum *innoteſco* ſumi activè.

An hæc propoſitio, Ego neſcio, univerſalis, an particulari modo afficiatur?

*] Nota illud *experiendo*, ut diſcas, quo Sanctus Pater modo loquitur de Scientia Experimentali.

Et mox, ut clariùs & liquidius oſtendat, neſcientiam illam (ſcientiæ illam carentiam) non quà Deum, ſed quà hominem, Chriſtum concernere, ſubjungit. [Denique ut intelligas quod illa tantum cognitione vigilanter reſpondent, non ait, *Nec ego ſcio*, ſed *Nec ipſe*, inquit, *filius hominis ſcit*. Quid eſt *Filius hominis*, niſi nomen aſſumptæ Carnis? Quo ſiquidem nomine intelligi datur, quia dicens *ſe aliquid neſcire*, non juxta quod Deus ſit, ſed ſecundum hominem loquitur. Alias quippe loquens de ſe ſecundum ſuam Divinitatem, non *filius*, vel *filium hominis*, ſed *Ego*, vel *me* ponere ſæpiùs conſuevit, ut, *Amen dico vobis antequã Abrahã fieret Ego ſum*. Ibi *Ego ſum*, ait, *Non filius hominis eſt*. Nec dubiũ quin de illa eſſẽtia diceret, qua ante Abraham, & ex Abraham factus eſt. Alibi quoque hominum de ſe opinionem à Diſcipulis inquirens, *Quem dicunt*, inquit, *homines eſſe* non *me*, ſed *filium hominis*? Rurſus eoſdem interrogans, quid de ſe ipſi quoque ſentirent, *Vos autem*: non *quem filium hominis*, ſed *quem me*, ait, *eſſe dicitis*: Carnalis videlicet populi ſententiam de carne inquirens nomen *carnis*, quod propriè eſt *filius hominis*, poſuit: ſpirituales verò Diſcipulos de ſua Divinitaté interrogans, non *filium hominis*, ſed ſignanter *me* dixit: Quod denique Petrus intelligens, quid per hoc dixerat, *me*: requiſiti fuiſſent, ſua reſponſione aperuit: *Tu es*, inquiens, *non Ieſu Filius Virginis*, ſed *Chriſtus Filius Dei vivi*. Quod utique ſi reſpondiſſet, nihilominus Veritatem dixiſſet: ſed in verbis interrogationis ſenſum interrogantis prudenter advertens, competenter, proprieque ad interrogata reſpondit dicens. *Tu es Chriſtus Filius Dei*.

Quomodo harum vocum, Filius Dei, & Filius hominis differat ſignificatio?

Ioann. 8. c.

Matth. 16. c.

*Quid interrogaverit Chriſtus, cùm diceb*at, Quem dicunt homines eſſe filium hominis?

Matth. 16. c.

DICES, niſi evinci ex Bernardo: tum quia ipſe non bene diſcurrit; producit enim verba, quæ in Sacra Pagina non reperiuntur: tum quia totam hanc ipſe doctrinam recantavit; ut vidére eſt in nota, quæ huic eidem Syntagmati in Libris impreſſis adjungitur: illamque uberioris doctrinæ gratia apponis. *In hoc Opuſculo*, inquit S. Bernardus, *cum illud de Evangelio quod Dominus ait*, diem ultimi Iudicii ſe neſcire. *ad aliquam ſententiam confirmandam atq; corroborandam proferrem in medium, improvidè quidem appoſui, quod in Evangelio ſcriptum non eſſe poſtea deprehẽdi. Nam cum Textus habeat tantummodò*, Neque Filius ſcit, *Ego deceptus magis, quàm* (1) *fallere volens: litera quippe immemor, ſed non ſenſus*, Nec ipſe, *inquam*, Filius hominis ſcit. *Unde etiam ordiens ſequentem Diſputationem ex eo, quod non veraciter poſui, veram conatus ſum approbare Aſſertionem.* (2) *Sed, quia talem errorem meũ multò poſt, quàm à me idem Libellus editus, & à pluribus jam trãſcriptus fuit, deprehẽdi, cum non potui per tot jam Libellos ſparſum perſequi* (3) *mendacium, neceſſarium credidi confugere ad Confeſſionis remedium.*

An admittenda ſit hæc Melliflui Doctoris authoritas?

1) Illud *magis* non comparativè, ſed adverſative tantum ponitur: eſt enim ſenſus, *Ego deceptus, & nullo prorſus modo fallere volens*, &c.

2) Supponit, & ſcitè Sanctus Doctor, inferri poſſe vera ex falſis.

3) Hic vocem *Mendacium* materialiter ſumit pro errore; nam formaliter importat fraudem, & deceptionẽ. *Non male errat, qui ſenſũ exprimit, etſi alia verba prædicat.*

RESPONDEO AD PRIMUM, verba illa, quæ à Bernardo citantur, ſi non formaliter virtute in illo Sacræ Paginæ loco inveniri: dixit enim expreſsè Sanctus Pater, quæ Chriſtus dixerat apud Marcum implicitè. Verba Evangelii ſunt, *De autem die illo & hora nemo ſcit, neque Angeli, qui in Cælo; neque Filius, ſi non Pater* (4). Et quis eſt iſte Filius, qui diem iſtum non ſcit? Dixerat paulò antè, *Et tunc videbunt τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*, Filium hominis *venientem in nubibus Cæli, cum efficacia multa, & gloria*. Et, quia apud Matthæum 24. 36. eadem hiſtoria recenſetur, ne ulla adlucinatio ſubrepat, admonemur ſæpiſſimè, non ibi de Verbo Æterni cognitione, ſed Filii

4) Iam paulò antè monui illud Græcorũ εἰ μὴ bene ab Hiſpanis reddi, dicunt enim *ſi no*, verti à Latinis, qui *niſi* ſolent dicere, & non *ſi non*.

hu-

humana notitia Concluſionem ſtatui. Sic *num.* 26. ſcribit Divinus Hiſtoriographus. *Sicut enim fulgur exit ab Orientibus, & apparet uſque Occidentes, ita erit* καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, *& præſentia (adventus) Filii hominis.* &c. Et num. 30. *Et tunc apparebit ſignum* τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου *Filii hominis in Cælo.* & immediatè poſt *Et videbunt* τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, *Filium hominis venientem in nubibus Cæli cum efficacia & gloria multa.* Et num. 39. *Ita erit & præſentia (adventus)* τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου *Filii hominis*, &c. Et ſunt multi alii loci ſimiles in Evangelio. De Filio ergo hominis ibi erat ſermo, & de ipſo & non Æterno Verbo verba illa intelliguntur. Non ergo mutavit ſenſum loci citati Melleus Doctor, ſed clariorem eum reddidit, illud verbulum addens. Vnde ſe meritò fuiſſe *immemorem literæ, ſed non ſenſus aſſerit.*

An Chriſtus quà filius hominis ſit Iudex?

Et quidem, ſi benè conſideretur, admitti debet Bernardi interpretatio, quia tametſi Dominus Noſter Ieſus Chriſtus vivos & mortuos judicaturus ſit, non habuit hanc dignitatem, ex eo quod fuerit Filius hominis, ſed ex ſpeciali privilegio ab Æterno Patre ſibi conceſſo. Conſtat illud priùs ex Evangelio Ioannis, ubi Nicodemo Dominus noſter Ieſus Chriſtus: *Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum.* Et hoc poſteriùs etiam ex eodem Evangelio, ubi etiam Dominus ait; *Neque enim Pater judicat quemquam, ſed judicium omne dedit Filio: ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui miſit illum.* [Et hic obiter nota, in Græco legi οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, *Neq; enim Pater judicat neminem* Hiſp. *Porque el Padre no juzga a ninguno.* Et ibi, ut vides, duæ negationes non affirmant, ſed fortiùs negant.]

Ioann. 3. b.

Ioann. 5. 22.

An ſemper duæ negationes affirment?

Quo faciliùs modo & breviùs commiſſam Bernardus potuerit adlucinationem retractare?

Respondeo ad secundum, faciliùs, & breviùs ſe expedire potuiſſe meum Mellifluum Doctorem, ſi dixiſſet, *Clarioris intelligentiæ gratia illud* hominis *in Marci teſtimonio, quod produco, ponatur in parentheſi hoc modo*, De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli, qui in Cælo, neque Filius (*hominis*) niſi Pater: *illa enim vox* hominis *interſeritur, ut nomen* Filius, *quod poſſet æquivocè ſumi, ad veram ſignificationem reſtringatur.*

De Mendacio.

Et denique Respondeo ad Tertium illum Bernardi errorem non fuiſſe reverà mendacium, ſed adlucinationem; nemo enim, ſi vox *mendacium* in ſignificatione rigoroſa accipiatur, niſi realiter aut moraliter ſciens ſe falſum dicere, mentiri poteſt.

De Chriſti ſcientia naturali.

Sexta. *Præter ſupernaturales cognitiones & ſcientias, quæ Chriſto ſunt conceſſa divinitùs, habuit ille naturales eaſq; perfectiſſimas rerum notitias.* Et quid ille per Naturalem cognitionem potuit intelligere & adſequi? Reſpondeo. *Luminis naturalis virtute cognovit Chriſtus Dominus (1) bonos & malos ſub Iuſtiſſimo Deo judicari debere (2) at, nec futurum eſſe ſolenne aliquod Iudicium, in quo omnes ſimul judicarentur, (3) nec ex ſuppoſitione, quod tale eſſet inſtituendum Iudicium, diem, quo celebrandum illud erat, per diſcurſum naturalem cognovit.* Supponit, & benè, in Chriſto perfectiſſimum fuiſſe Intellectum, Concluſio, & tres continet partes, quas breviter dilucidabo.

Quid Chriſtus Dominus cognoverit naturali diſcurſu?

Præmia virtutes, & ſcelera ſupplicia eſſe digna, ratione naturali innoteſcit.

Prima aſſerit ad Divini Iudicii notitiã Chriſtum naturali potuiſſe pervenire diſcurſu: videtur enim indecens, ut ſub Deo juſto nulla ſint virtutibus præmia, nulla peccatis ſupplicia deſtinata. Hanc doctrinam, quæ eſt æternæ veritatis, Troes ſolo lumine naturali adſequuti, ad Libyæ oras adpulſi, & contra omnem rationem & jus armis invaſi, exclamabant.

Quod genus hoc hominum? quæ ve hunc tam barbara morem
Permittit Patria? hoſpitio prohibemur arena!
Bella cient, primaq; vetant conſiſtere terra!
Si genus humanum & mortalia temnitis arma.
At ſperate Deos memores fandi, atq; nefandi.

Virg. Æneid. 1

Ad Deum contra Libyeos Trojani provocant.

Eſſe igitur præmia pro bonis, & ſupplicia pro malis, eſt tam manifeſta veritas, ut innoteſcat lumine naturali.

An omnes judicandi ſint ſimul?

Secunda Concluſionis pars eſt etiam certa: nam Iudicium eſt duplex; particulare & generale. Et ſicut illud naturaliter cognoſci poteſt, hoc ſuperat diſcurſus naturalis virtutem. Quoniam, futurum eſſe, ut omnes ſimul, eodem tempore, & loco judicentur, à Divina voluntate provenit: ſic enim Deus decrevit, quia voluit & potuiſſet aliter, ſi voluiſſet diſponere: & Divina Decreta diſcurſui naturali non ſubjacent.

An ſciri poſſit illa Iudicii ultimi dies?

Tertiaque eodem modo probatur, nam ex ſuppoſitione, quod Iudicium illud ſolenne aliquando futurum ſit nulla ratio naturalis ſuccurret, propter quam tali die debeat, & alio non poſſit celebrari.

Chriſtus igitur Apoſtolorum curioſitatẽ reſpondendo, ſic dixit. *De die autem illa & hora, nemo (nulla creatura) ſcit (notitia ſua eſſentia propria, & connaturali cognoſcit) hoc enim neque Angeli, qui ſunt in Cælo, ſciunt angelitùs; (hoc eſt, cognitione Na-*

turæ

Digitized by Google

tura Angelica connaturali) neque Filius (nempe,hominis) cognitione videlicet Natura Humana connaturali) ſolus enim Pater rem hanc cognoſcit infinita & æterna notitia, Divinitati ſua connaturali. Agebat ergo Chriſtua de connaturali cognitione; & ſi accipiantur hoc ſenſu Chriſti Domini verba,ſine ulla Mentali Reſtrictione verificantur.

An D.N. Ieſus-Chriſtus reverà cognoverit, quando Iudicii Vniverſalis dies futurus eſt?

QVid tandem reſoluturi ſumus? Nec ex Viſione Beatifica, neque ex Scientia infuſa, nec ex Experimentali aut Adquiſita, nec ex Naturali, nec ex Dignitate Redemptoris aut Iudicis,per neceſſariam Conſequentiam deducitur, Chriſtum Dominum cognoviſſe, quando Vniverſalis Iudicii dies futurus ſit. Ergo-ne poterimus, aut debebimus dicere, reverà illum hac caruiſſe notitia? Reſpondeo, Veteres cautè fuiſſe loquutos, noſtro autem ævo fuiſſe Catholicos aliquos, qui ex his locis intulerint, Chriſtum Dominum reverà neſciviſſe illum diem,at ipſi authoritate publica damnati ſunt, ut P. Franciſcus Amicua *tom 6. diſp.24.ſect.4.pag.*237 *a.num* 114.teſtatur dicens (*Iſti*, ut Chriſti blaſphemi, coacti ſunt ab Inquiſitoribus hunc errorem retractare: de quibus mentionem facit Medina 3.*part.quaſt.*15.*art.*3.&c.)Contra hos autem ut certam & indubitatam hanc debemus Concluſionem proponere,

An reverà Chriſtus, quãdo futurus ſit dies Iudicii neſciverit?

Videlicet. *Quando futurus eſt Iudicii ultimi dies, ſemper cognovit Dominus noſter Ieſus-Chriſtus.* Ad hujus autem concluſionis intelligentiam debemus à Neſcientia Ignorantiam diſtinguere; licèt enim utraque ſit cognitionis carentia, altera in Privatione,& altera in Defectu cõſiſtit. Neſcientiam enim carentiam ſcientiæ indebitæ, & Ignorantiam carentiam ſcientiæ debitæ, Theologi, qui diſtinctè loqui volunt, definiunt. Porrò Neſcientia imperfectionem non importat, & in Chriſti Anima etiamnum reperitur; nam, ut alia prætercam, per Viſionem beatificam non cognoſcit omnes creaturas poſſibiles.Ita D. Thomas 3.*part.quaſt.*10.*art.*2.*ad* 2.& *in* 3.*diſt.*14.*quaſt.*1.*art.* 2. *ad* 2. P.Franciſcus Amicus *tom.6.diſp.*19.*ſect.*2. *pag.*186.*b.num.*18.ubi Cajetanum,Argentinam & Capreolum adlegat. Ignorantia autem, quia imperfectionem dicit, non poteſt Chriſto affingi.

Quomodo Neſcientia ab Ignorantia diſtinguatur?

Vtra in Anima Chriſti reperiatur?

An hæc omnia poſſibilia cognoverit?

Dices. Potuit Verbum adſumere naturam irrationalem incapacem omnis ſcientiæ, & rationalem omni ſcientia ſpoliatam,tam actuali,quàm habituali. Ergo potuit adſumere Animam, quæ de Iudicii extremi die nullam cognitionem haberet. Conſequentia eſt legitima: nam ex Vniverſali ad Particularem, Diſcurſum Logica ſecurè manoducit. Et antecedens continet verba formalia,quæ Amicus *tom. cit.diſp.*24.*ſect.*4.*num.* 114. *pag.* 237. ſcribit.

An Deus potuerit naturã irrationalem; an neſcientem adſumere?

Reſpondeo, diſtinguendo antecedens. Quoniam,ſi Deus non conſtituiſſet Chriſtum vivorum & defunctorum Iudicem, tunc,quia in illo diei Iudicii cognitio non eſſet neceſſaria,non eſſet debita; &,ſi non eſſet debita,nec imperfectionem involveret. Ergo in tali caſu potuiſſet Chriſtua tali ſcientia carere. Verùm enim verò,cùm fuerit à Deo univerſorum Iudex denominatus, omnes locorum, & temporum debuit circumſtantias in individuo perfectè & exactè cognoſcere. Talis ergo in Chriſto cognitionis carentia fuiſſet verè ignorantia; non poteſt ergo illi concedi. Eſt igitur certum & indubitatum Chriſtum cognoviſſe illum diem. Non adquieſcis, ut enim concedat, Morales Temporis & Loci circumſtantias, (eas videlicet, quæ humanis actibus addunt moralitatem,) debere à Chriſto vivorum & mortuorum Iudice, in ipſa Iudicii hora neceſſariò cognoſci, non enim aliàs poſſet juſtiſſimam ſententiam proferre; non tamen ex dignitate Iudicis, aia, ſequi debuiſſe Chriſtum multis ante Iudicii diem ſæculis eaſdem morales circumſtantias cognoſcere, nec præſcire præcisè diem, quo ſententiam pronunciaturus eſt; nam hæc temporis & loci circumſtantia realis eſt,& non poteſt alterare judicium.

Chriſtus eſt Iudex omniũ. Ergo debet ſcire quo, & quot ſint actus hominum liberi, de quibus debet ferre judicium.

Temporis & Loci circumſtãtia aliquãdo Mores concernit, & aliquando non concernit.

Reſpondeo eſſe vera, quæ doctiſſimè objicis,& tamen me,jam poſitam, retinere ſententiam. Dico igitur, *Chriſtum Dominum ab Incarnationis momento illam diem,de quo diſputatur, ſciviſſe.* Et oſtendo clariſſimè. Veterea enim Patres ſunt noſtri Magiſtri, quorum ore nobis loquitur Deus,quos,ubi conſentiunt, velut illuminatos ab Spirituſancto audire & vereri debemus. At univerſi diem illum Chriſtum noviſſe aſſerunt. Ergo hæc eſt doctrina, quam tenet Catholica Eccleſia. Probatur Minor. Quoniam in hujus loci expoſitione,nemo docet, Chriſtum reverà illum diem ignoraſſe, ſed quærit ſenſum, in quo ſtante cognitione, ſine fallacia aut mendacio potuerit Chriſtus dicere, illud ſe, quod optimè cognoſcebat, neſcire. Scivit igitur,non quia ſic debuit, & aliter fieri non potuit; ſed quia ſanctiſſimam Chriſti Animam ad ſuam majorem

Rebonitur vera concluſio.

Magiſtri Eccleſia, qui?

gloriam, ſicut nobiliſſimis prærogativis exornare Deus voluit, ſic & illuminare multarum rerum ſecretarum notitiis.

Qua Scientia ignoraverit Iudicii diem?

Sed ad quam ex Chriſti Scientiis pertinet hæc notitia? Reſpondeo. Quando futurus eſt dies extremi Iudicii, ſcientia Chriſtus Naturali neſciebat, neſciebat etiam Experimentali & Adquiſita: ſciebat Infuſa, ex mera dignatione Divina: ſciebat etiam Beatifica, per hanc enim ſcientiam Infuſam, & omnia illius objecta cognoſcebat. Ergo, ſiquidem uno & altero, aut etiam pluribus modis, ignorabat Dominus illum diem, ſine mendacio potuit, eumdem ſe neſcire, proferre.

Illuſtriſſimi D. Acacii March de Velaſco Expoſitio.

Qualis Doctor Acacius ſit?

Libenter hunc Authorem lego, & libenter eum cito; eſt enim eruditus & doctus, & *tom.* 1. *Reſol.* 325. *pag.* 640. *verb.* Falſos Teſtimonios. *num.* 6. hanc Quæſtionem decidit.

Univerſales circumſtantia qua in omni interrogatione, ab Amicis facta, ſubintelligi debent.

Et, ut illum intelligas, & ejus adſequaris ſententiam, adnotato, & ſuppone, Apoſtolos illam Chriſto Difficultatem propoſuiſſe, ut diſcipulos & ut amicos. Ergo in eorum verbis ſubintelligi debent Tranſcendentales illæ Reſtrictiones, quæ in omni amica interrogatione reperiuntur, videlicet, *ſi potes, ſi licet, ſi expedit.* Ergo illa Interrogatio, *Quando erit Iudicii ultimi dies?* per limitationes generales reſtricta æquipollebit huic, *Dic nobis, ſi poſſis, ſi liceat tibi, & ſi nobis expediat, quando erit illa dies?* Chriſtus autem, ſi agamus de potentia reali, illam diem realiter cognoſcebat, & illud *quando* revelare realiter poterat, ſi vellet. At non licebat illi hoc ipſum *quando* revelare, nam Pater id volebat neſciri ab hominibus. Et non expediebat Apoſtolis illud tunc diſcere. (Summa enim providentia Deus fecit, ut mortis & judicii diem ignoraremus; juvenis enim, qui ſe ſciret perventurum ad ætatẽ decrepitam, in adoleſcentia temerè laſciviret; & qui ante diem ſe moriturum cognoſceret, tabeſceret, & mœrore profundiſſimo conſumeretur.) Ergo Chriſti Reſponſio videlicet, *Non ſcio illam diem*, per Interrogationem præcedentem reſtricta, reddit hunc ſenſum, *Etſi illam Ego diem realiter ſciam, non tamen ita eam ſcio, ut licitè & utiliter illam poſſim vobis ſignificare.*

Et hanc eſſe Acacii ſententiam ſic perſuadeo. Loco ille citato, interrogat, Quid ille debeat facere, qui crimen proximi (verum quidem, ſed ſecretum) ſine neceſſitate aut utilitate, aut etiam ex odio & malevolentia revelavit? Et quattuor Opiniones proponit. Prima eſt D. Thomæ, 2.2. *quaſt.* 66. *art.* 2. *ad* 2. aſſerentis ſufficienter ſatisfacere, ſi fateatur ſe male dixiſſe & injuſtè infamaſſe ſuum proximum. Secundamque ſententiam, quæ eſt mera primæ explicatio, ſtatim proponit his verbis.

De eo, qui crimen verum, ſed ſecretum detexit.

El ſegundo modo, que contenta al Maeſtro Bañez es dezir, lo iniquamente no ſabiendo coſa mala de Fulano, por aborrecimiento, o por vengarme, dixe de el aquella falta: o lo dixe ſin ſaberlo: pero lo cierto es, que no ha cometido tal peccado: y aſſi le vuelvo la honra, o la fama, que le quitè. Y *pudo bien dezir, que lo dixo no ſabiendolo, pues no lo ſabia para revelarlo a otros, pues era peccado occulto; de la manera, que dixo Chriſto N. S. por S. Mattheo,* 13. Se ignorare diem Iudicii. &c.

De Chriſto Domino.

Ergo ad hujus celeberrimi Doctoris mentem, omnia illa, quæ licitè & utiliter dicere homo non poteſt, virtualiter & moraliter neſcit. Cumque Dominus noſter Ieſus-Chriſtus non revelandi Iudicii ultimi diem habuerit præceptum; & illa ipſa revelatio fuerit futura Apoſtolis inutilis, aut veriùs nociva, meritò ſe illam diem neſcire dixit: videlicet, ut revelaret. Et hæc valde ſecura & congrua difficilis loci Dilucidatio.

Non ſciebat illam diem ut revelaret.

Dices ex hac Acacii expoſitione & aliis ſimilibus ſequi admitti & propugnari mentales Reſtrictiones ab illis ipſis, qui illas impugnant & rejiciunt. Chriſtus enim, ſi uſus fuiſſet mentali Reſtrictione eodem modo & eiſdem prorſus verbis reſpondiſſet quo & quibus reſpondet teſte Acacio. Dixiſſet enim labio *quando futurus Iudicii dies eſt, Filius hominis neſcit*, & ſubjunxiſſet mente videlicet *ut vobis revelet.*

Retorquetur Acacii doctrina ad favorem Reſtrictionum Mentalium.

Hæc inſtantia Reſtrictiones ſenſibiles & mentales confundit; nemo enim prudens negabit Reſtrictiones, ſed tantummodo illas quæ in puro intellectu conſiſtunt. Porrò ſi Chriſto Deus præcepit, ut nemini diceret, quando futurus erat dies Iudicii, tametſi aliunde id ſciret Chriſtus, non ſciebat ut revelaret; hæc autem Reſtrictio à præcepto proveniebat, non autem ab intellectu ipſius Chriſti, & quia doctrinam hanc firmat Evangelium, quod hodierna die in Eccleſia cantatur, lineas ſubſequentes ſcribo.

Quanam Reſtrictiones admittantur, & qua debeant negari?

Diſſolvitur Objectio præcedens.

Referente Matthæo cap. 17. *Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos.* Deſcribit ingenioſè & devotè totam Transfigurationis hiſtoriam Sacer Evangeli-

De Præcepto Apoſtolis à Chriſto impoſito apud montẽ Thabor.

An aliquid ſimul ſcire & neſcire poſſim⁹?

geliſta, illamque claudit hoc præcepto Domini noſtri Ieſu-Chriſti dicentis: *Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.* Hujus præcepti vi ſciebant & neſciebant Apoſtoli Dominicam Transfigurationem. Sciebant ſibi, ut cognoſcerent quanta futura erat cœleſtis Beatitudinis gloria: neſciebant aliis quia nemini revelare poterant. Erat igitur eorumdem ſcientia ad non revelandum reſtricta videlicet per præceptum Chriſti ante omnem illorum cogitationem mentalem. Ergo ſi ab aliquo rogarentur, utrum vidiſſent in monte Chriſtum Transfiguratum, deberent reſpondere ſe non vidiſſe, quia interrogatio per circumſtantias tranſcendentales reſtricta æquivalebat huic, *ſi poteſtis, ſi licet, ſi expedit, dicatis, an Chriſtum Transfiguratum videritis?* & illorum Reſponſio *non vidimus*, non jam per aliquem actum mentis ſed per Interrogationem reſtricta æquivalebat huic, *Non vidimus ita ut poſſimus dicere*, hoc eſt, *ita ut liceat aut expediat vobis ſignificare.*

Vnde Interrogatio reſtringatur?

Vnde & Reſponſio?

Alia Expoſitio.

INferiùs proprio in loco de ſecreti naturalis ſigillo diſputaturi ſumus, & oſtenſuri clarè non mentiri eum, qui ſe neſcire aſſerit illa, quæ in Secreto naturali didicerat, unde inferimus Confeſſarium nulla Mentali Reſtrictione indigere, ut ſine mendacii labe aſſerat ſe non audiviſſe illa, quæ revera audivit in Confeſſione Sacramentali. Et quidem de iſtis duobus ſigillis nempe naturalis & Sacramentalis ſecreti uberiùs ſum citato in loco diſceptaturus, ne eadem pluries ſine cauſa proponam, ut illa ibi legat, meum Lectorem remitto, & ex illis alitet ad argumentum, quod proponebatur, reſpondeo.

Pono Deum revelaſſe in ſecreto Ieſu-Chriſto quà Homini Iudicii diem. Haberet Chriſtus ex ſuppoſitione hujus diei notitiam; notitiam quidem non ſuam, ſed revelantis: notitiæ hujus non erat Dominus; quam ſine revelantis licentia aliis non poterat communicare. Ergo ſicut Petrus, qui habet ex. gr. centum aureos in depoſito à Titio, & nullos proprios petenti centum aureos mutuos poteſt ſine mendacio reſpondere, *Non habeo.* Ita qui habet notitiam ab aliquo in ſecreto depoſitam, cùm illa non ſit ſua, ſed alterius, poſtulanti ut illam notitiam ſibi cõmunicet, poterit ſine mendacio reſpondere, *Hanc ego notitiam non habeo.* Stat igitur Dominum Noſtrum Ieſum-Chriſtum ſine Reſtrictione aut mendacio dixiſſe ſe non habere diei Iudicii notitiam, quia cùm illam in ſecreto, & quaſi in depoſito recepiſſet, non erat ſua ſed ſolius Dei, atque ita nemini illam poterat communicare.

Cur poſſimus negare nos ſcire ea, quæ nobis ſub ſecreti ſigillo fuerunt communicata?

Depoſitarius rei depoſitæ non adquirit dominium: illa ſemper pertinet ad Deponentem.

Paludani Expoſitio.

EST Doctor celeber, & meritò ſcriptoribus Claſſicis adnumeratur. Et Divum Thomam *3. part. quæſt.* 10 *art.* 2. (ibi enim Doctor Angelicus hunc ediſſerit locum) dilucidans, hæc ſcribit. *Non novit*, inquit, *diem iræ ipſe clemens, neque diem furoris ipſe patiens, Novit ſanè diem illum, ſed non noſſe dicitur, quia dolet: refugit, exhorret. Planè, cùm Chriſtus primùm venit, non venit ut judicet, ſed ut ſalvet. Salvator igitur neſcit iram; non novit furorem.* Hanc *tom. 4. in Evang. libr. 6. cap.* 16. *pag.* 290. *b.* P. Ioannes de Sylveira amplectitur expoſitionem; &, ut illam confirmet, aliam priùs Quæſtionem proponit & reſolvit. Supponit Chriſtum eſſe vivorum & defunctorum Iudicem. Quoniam, ut ipſemet Dominus *Ioann. 5. d.* ait, *Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo, & poteſtatem dedit Iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc; quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem Vitæ; qui verò mala in reſurrectionem Iudicii.* Vnde ſcribit S. Athanaſius in Symb. *Ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis & reddituri ſunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: & qui verò mala, in ignem æternum.* Ergo ſalvaturus eſt bonos, malos condemnaturus. Et his ille ſuppoſitis Interrogat, Cur, qui ſalvaturus eſt paucos, & plurimos condemnaturus, à ſalvando, & non à condemnando nomen ſumpſerit; volueritque vocari, IESVAH (Græcè ἰησοῦς) *ſalvans*, & non *Condemnans*? Hanc eamdem Quæſtionem Ioann. 1. adnot. 75. propoſuerat Cardinalis Toletus, cui P. Sylveira ſubſcribit. *Eſt nomen acceptum à ſalvando, quia, quamvis venturus ſit judicare* (adeoque malos condemnare) *tamen non adſumpſit carnem paſſibilem, nec factus eſt homo, niſi ut ſalvet.* Vnde Dæmonem illum importunè clamantem *Veniſti perdere nos*, rigidè compeſcit, & imperat, ut obmuteſcat.

Chriſtus eſt noſter Advocatus & Iudex: quæ ſcit, ut Advocatus dicitur ignorare.

Cur dulciſſimũ nomen Ieſu à ſalvando, & non à condemnãdo dicatur?

Lucæ 4. 34.

Oportet ergo in Chriſto duos Adventus diſtinguere; primum, ſecundumque. In ſecundo veniet judicaturus, & impro-

Chriſti Adventus eſt duplex.

bos condemnaturus; nam, ut canit Eccleſia.

Iudex iſte cùm ſedebit,
Quidquid latet, apparebit;
Nil inultum remanebit.

Apoſtolos in Aſſeſſores tunc adſumet; hoc enim *Matth.* 19.28. promiſerat his verbis. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ ἰσραήλ. *Amen dico vobis, quòd vos* (qui eſtis) *ſequuti me, in regeneratione* (in carnis reſurrectione) *cùm ſederit Filius hominis in throno gloria ſua* (in ſede Majeſtatis ſuæ) *ſedebitis & vos ſuper duodecim thronos* (ſedes) *judicantes* (vel ut alii interpretantur, *condemnantes*) *duodecim Tribus Iſrael.* Talis & tanta erit Domini noſtri Ieſu Chriſti in Adventu ſecundo ſeveritas. At in primo, quia eſt mitis & manſuetus Dominus, profundens Miſericordiæ Oceanos, furorem & rigorem neſcit. Appoſitè quærenti, cur illius Dæmonis os occluſerit Dominus, *quarti adverſus Marcionem ſexto* Tertullianus reſpondet. *Quia Iudicis & Vltoris, & ut ita dicam ſævi Dei, (non Optimi illius & perdere & punire neſcientis* (ipſi Ieſu adtribuebat cognomen. &c.)

Vtrumque exponitur.

Quanta Chriſti Domini futura ſit in Adventu ſecundo Severitas?

Ergo, ſi dum inter nos eſſet Chriſtus, ut Paludanus loquitur, neſciebat iram, non noſcebat furorem; ſi, ut Tertullianus monet, non erat Iudex & Vltor, ſed perdere & punire neſciens; &, ſi ut bene advertit Cajetanus, non ut condemnaret, ſed ut ſalvaret, carnem ſumpſit, de Vniverſali Iudicio interrogatus, reſpondere potuit & debuit, *Se nil ſcire*, nempe, *virtualiter*: hoc eſt, *pro tunc ita ſe habere velle ac ſi nihil omnino ſciret.*

Et doctrinam & expoſitionem hanc dilucidabunt & confirmabunt, quæ paragrapho ſequenti adducentur.

Expoſitio ultima.

An Verba *Scire*, & *Neſcire*, Politicè ſumpta, actus ſint Voluntatis?

VErba illa, *Ita ſe habere velle, ac ſi nihil omninò ſciret*, quæ claudunt præcedentem paragraphum, præbent occaſionem huic dubio.

Verba Scio *&* Neſcio *poſſunt bifariam ſumi, videlicet Grāmaticè & Politicè: primo ad Mentem ſenſu, ſecundo pertinent ad Voluntatem.*

Reſpondeo itaque [Verba *Scio* & *Neſcio*, aut iis æquivalentia *Cognoſco*, & *Non cognoſco*, in ſenſu, & rigore Grammatico ad intellectum pertinere: Politicè autem moraliter, ſumpta ad Voluntatem ſpectare.] Et hoc ſecurè poterit & Literis Divinis, & Humanis probari.

Locos ſubſequentes conſidera. Virgilius Georg. libr. 4. agens de Orpheo & Eurydice.

Cum ſubita incautum dementia cepit amantem
Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere Manes.

Scirent, hoc eſt, *vellent*. Et antea in Ciri dixerat.

—— Parvum ſi Tartara noſſent
Peccatum ignoviſſe.

ubi, ut vides, *noſſent* eſt *vellent*; & *ignoſcere* ſeu *non noſcere*, eſt, *non velle* punire, *velle parcere*. Dixerat ſuperiùs.

Verbum Ignoſcere, ut ut videatur actum Intellectus exprimere, pertinet ad Voluntatem.

Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda.

Illud lib. 2. Georg.

At ſecura quies, & neſcia fallere Vita.

metaphoricè neceſſariò uſurpatur, nam Vita intellectum non habet. Et libr. 4. Æneid.

Diſſimulent, ſeſe intereà quando Optima Dido
Neſciat, & tantos rumpi non ſperet amores

ubi illud *neſciat* aut *ſcire nolit*, aut *neſcire velit* importare videtur.

Quid ſit neſcire ſe? Non poteſt aliquis ſe neſcire, ſi ſcire Intellectus ſit actus.

Sed & in Sacra Pagina ad Voluntatem reducuntur hæc Verba: unum aut alterum locum adducamus.

Proponit Dominus *Matth.* 25. Parabolam de decem Virginibus, quinque fatuis, & quinque prudentibus: [quod accidit in illo feliciſſimo tempore; nam in noſtro ſunt prudentes perpaucæ, & fatuarum infinitus eſt numerus.] Imparatis & abſentibus fatuis venit ſponſus, & quæ aderant, & paratæ erant, cum illo intraverunt ad nuptias & clauſa eſt janua. Noviſſimè veniunt & alteræ Virgines, exclamantque Κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν, *Domine, Domine, aperi nobis.* Et illis ſponſus. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. *Amen dico vobis. Non ſcio vos.* An-ne revera cenſendus eſt Chriſtus, Virgines, quas in Sponſas advocarat, neſcire? Sciebat igitur illas, quo ergo ſenſu ſe aſſerit illas neſcire?

Quid in ore Domini noſtri Ieſu-Chriſti illa verba, Neſcio vos, ſignificent, ſive peccatricibus Virginibus, ſive peccatoribus aliis dicantur?

Eſt & alius huic ſimillimus locus Lucæ 13.25. Illis enim, qui Divinis gratiis & favoribus abuſi fuerint, claudetur Cæli oſtium; & ipſi excluſi ſuccłamabunt dicentes. Κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν. *Domine, Domine; aperi nobis.* Et reſpondebit illis Dominus. οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ. *Non ſcio vos unde ſitis.* Replicantibus illis, & ſe interdum Sacramentali interfuiſſe convivio, panem Angelorum in Euchariſtica menſa manducaſſe, & Sanguinem Chriſti bibiſſe, gratiis & favoribus fuiſſe condecoratos, & omnia per peccati perpetrationem amiſiſſe, obiiſſe impœnitentes, ſed tamen etiam poſt mortem ad pedes Salvatoris recurrere, iterum reſpondebit Dominus, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ:

An aliquis ſit, quem Chriſtus neſciat?

Non

Non ſcio vos unde ſitis. Eſt ne aliquis in Mundo homo, quem non cognoſcat Chriſtus? Paulò ante oſtendimus, omnes ad unum meritorios, demeritorioſque hominum actus, eorumque etiam minutiſſimas circumſtantias cognoſcere: non ergo poterit ignorare perſonas. Singulos ad pœnitentiam vocat, pro ſingulis oravit, & orat: ergo numerat multitudinem perſonarum, & omnibus eis nomina vocat. Quo modo ergo in Veritate, quæ Deus eſt, dicere poteſt, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. *Neſcio vos*.

An, & quando Scire ſumi Velle?

Ex his locis colligitur *ſcire*, ſumi moraliter pro *velle*; Quam ob rem, illud οὐκ οἶδα ὑμᾶς, *Non ſcio vos*, ſive fatuis Virginibus, ſive cæteris peccatoribus, qui extra gratiæ ſtatum mortui fuerunt, dicatur, actum Voluntatis importat, & eſt οὐ θέλω ὑμᾶς, *Non volo vos*; Hiſpanicè, *No os quiero aca*.

An, quando agitur de die Iudicii, illud Nemo ſcit, *importet* Nemo vult?

Hinc ad Evangelicum locũ, *De die autem illo, & hora illa, nemo ſcit, neque Angeli, qui in Cælo, neque Filius* (nempe, *hominis*) *niſi Pater*; redeo, & illum his clarioribus verbis reſcribo. *Diem autem illum, & horam illam nemo vult* (nemo deſiderat) *neq; Angeli, qui in Cælo* (nam & eos concernit ſuorum Clientum pavor) *neque Filius hominis* (nam, ut ait *loc. cit.* Paludanus, ipſe dolet, refugit, & exhorret) *niſi ſolus Pater*. Et verè *dies tremenda* (*) illa dicitur, ut habemus in hoc Sancto Ogdoaſticho.

*] Eccleſia in Reſponſ. *Libera me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda*, &c. Et in Miſſa Defunctorum, *Quantus tremor eſt futurus*. &c. *Mors ſtupebit & Natura*. &c. *Rex tremendæ Majeſtatis*, &c.

Larga Cuenta que dar de tiempo largo,
Termino breve, tranſito forçoſo,
Terrible tribunal, Iuizio amargo,
Aun a los miſmos Santos eſpantoſo:
Muchas las culpas, debil el deſcargo,
Recto el Iuez, y entonces riguroſo:
Pleito en que va gozar de Dios Eterno,
O penar para ſiempre en el Infierno.

Propter quartum verſum cæteri ſunt appoſiti: Cui cohæret illud Triſtichum.

An Iudicii Vltimi dies etiam ſanctiſſimis horribilis ſit?

Quid ſum miſer tunc dicturus,
Quem Patronum rogaturus,
Cum vix Iuſtus ſit ſecurus.

Digreſſio Vtilis.

De Vera & Apparente Sanctitate.

De conſcientia, vera & mendacis diſcretione.

ET hic obiter nota, dividi, & ſubdividi Sanctitatem debere. Alia enim eſt Viæ, alia Patriæ; & quæ in Via, aut ſecundum ſe, aut ſecundum nos conſideratur.

Dum ſumus in hac vita, Sanctitas, ſive ſit noſtra, ſive aliena, obnoxia eſt & errori, & periculo: nec enim de aliena conſcientia, nec de noſtra ſecurè judicamus. Non de aliena, ſunt enim multi hypocritæ, & vitia interdum tranſeunt ſub fucatæ ſanctitatis ſpecie. Fictis hominibus ita exuberat Orbis terrarum, ut ſit homo ſincerus,

Rara avis in terris nigroque ſimillima Cygno.

Vnde, etſi extra Anni Soliſque vias ſe Iuvenalis conferat, non conſequetur, quod deſiderat. Ejus Votum audiunto.

Iuvenalis Sat. 2.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem,
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.
Loripedem Rectus derrideat, Æthiopem Albus.
Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes,
Quis Cælum Terris non miſceat, & Mare Cælo,
Si fur diſpliceat Verri, ſi homicida Miloni (*)
Clodius accuſet Machos, Catilina Cethegum,
In Tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres.

*) Milo, quẽ hic Iuvenalis condemnare videtur, Clodium invaſorẽ occidit, & ideò à Cicerone & aliis Viris doctis defenditur.

Et in ſequenti dicit Satyra.

Iuvenalis Sat. 3.

Cedamus Patria: vivant Arturias iſtic
Et Catulus maneant, qui Nigrũ in Candida vertant.

Et eamdem invenio apud Ovidium phraſim, inquit enim,

Colores ut Camaleon mutat Hypocrita.

Naſcitur Autolicus furtum ingenioſus ad omne
Qui facere aſſuerat (*) Patria non degener Artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra.

*] Vox *aſſuerat* quatuor ſyllabas habet illud enim *u* non liqueſcit.

At non eſt cur Iuvenalis Patria cedat, cur ultra Sauromatas & glacialem Oceanum, aut etiam ultra Garamantas & Indos effugiat, ut liber tandem ſit ab Hypocritis: nam ibi, ibi etiam pleriq; omnia,

Pelliculam veterem retinent, & fronte politi
Aſtutam rabido geſtant ſub pectore vulpem.

Quod nec ipſe ignoraſſe videtur, nam *Satyr.* 14. exclamat,

—— & Catilinam
Quocumq; in populo videas, quocumq; ſub axe.

Matthæi 23.

Ecce omni in loco, omni tempore reperiuntur Hypocritæ: quorum effigiem ab Ethnicis utcumq; obumbratam Paternæ Gloriæ Splendor coloribus expreſſis depinxit; inquit enim. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ. Quia ſimiles eſtis Sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus*

Quales ſint Hypocritæ?

An ſolus Deus illos à Sinceris diſtinguat?

nibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem apparetis hominibus juſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate. Et tam eſt difficile Hypocritam à ſincero ſecernere, ut *Luca cap.* 16. dicatur, *Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda veſtra.* Eſt ergo ſupra Mentis Humanæ vires de aliena pronunciare conſcientia.

An de conſcientia propria poſſit aliquis ferre judicium?

1. ad Corinth. 4. 4.

(*) Thema eſt δικαιόω.

(†) Cardinalis Bellarminus de Scriptorib. Eccleſ. & cum eo Orſtius non eſſe S. Bernardi hunc ſermonem exiſtimant.

Quid autem dicemus de propria? An de illa ſine erroris periculo judicare poterimus? Negat Gentium Apoſtolus, qui Corinthiis Chriſtianis ſic ſcribit. οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ (*) δεδικαίωμαι· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστιν. hoc eſt, *Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc juſtificatus ſum. At dijudicans me Dominus eſt.* Et illi meus Bernardus (†) *in ſerm. habito feria II. Paſch.* illa Evangelii verba, *Oculi autem illorum tenebantur, ne illum agnoſcerent:* dilucidans, reponit S. Pauli ſententiam, inquit enim, *Oculi autem eorum tenebantur, ne poſſent eum agnoſcere; quia, etſi ſunt juſti & ſapientes, atque opera eorum in manu Dei, neſcit tamen homo, utrùm ſit dignus odio, vel amore.*

Eſt igitur tremenda illa dies, homines enim ſe peccaviſſe certa ſcientia cognoſcunt; at ſe legitimam pœnitentiam egiſſe, & gratiam perditam recuperaſſe, poſſunt piè credere, non autem certò (certitudine manifeſta) cognoſcere.

NOTA I.

Proponitur & perpenditur ejuſdem loci Expoſitio, à Domino Noſtro Ieſu Chriſto B. Brigitta revelata.

De S. Brigitta revelationibus.

An fuerint ab Eccleſia approbata?

SVnt hujus Sanctæ Revelationes Sedis Apoſtolicæ juſſu à Cardinale Turrecremata & aliis doctiſſimis Viris, examinatæ & approbatæ: & tandem cum D. Conſalvi Duranti, Feretranorum Epiſcopi Illuſtrationibus dilucidatæ, prodierunt Romæ anno M.DC.XXVIII. apud Ludovicum Grignanum. Et in eis multa digniſſima ſcitu leguntur.

N. B. Sunt tam multæ in hujus Sanctæ Viraginis Revelationib. Interrogationes & Reſponſiones, ut ex illis integra Philoſophia, & Theologia concinnari poſſent, ſi Scholaſtico ordine ordine digererentur.

Inter alia *tom. 1. lib. 5. pag. 610. b.* hæc reperio. INTERROGATIO XVI. *Item apparuit Religioſus, qui ſupra, ſtans in gradu ſuo, & dicens. O Iudex* (1) *Quare à Ter cur.* &c. *Item* (2) *cum ſis Dei Filius coæqualis Patri, cur ſcribitur, quod nec Tu, nec Angeli ſciant horam Iudicii?* Et poſtea pag. 611. b. RESPONDEO. *Scriptum eſt, quod Ieſus proficiebat ætate, & ſapientia. Omne itaque, quod proficit, & deficit, habet mutabilitatem; Deitas verò immutabilis eſt. Ergo, quod Ego Filius Dei, coæternus Patri, proficiebam, hoc habui ex Humanitate: Quod verò ignorabam, hoc ignorabat Humanitas mea, ſecundum verò Deitatem omnia ſciebam, & ſcio. Nam nulla facit Pater, niſi quod ego Filius. Aut numquid aliqua ſcis Pater, quæ non ego Filius & Spiritusſanctus? Nequaquam. Sed ſolus Pater, cum quo ſum ego Filius, & Spiritusſanctus, una Subſtantia, una Deitas, & Voluntas ſcit horam illam Iudicii.*

An Homo ignoſcat, & non Humanitas?

An Chriſtus quà homo, aliquid ignoraverit?

Illa verba, *Quod verò ignorabam, ignorabat Humanitas mea,* prorſus ſunt difficilia: cum quia contra bonam Philoſophiā videntur ſupponere, alia ſciri, & alia ab Humanitate ignorari, cum actiones ſuppoſitorum ſint, & ideò non ſit Humanitas, quæ res ſcit aut ignorat; ſed Homo; hoc eſt ſuppoſitum habens Humanitatē, tum quia contra bonam Theologiam videntur aſſerere, non eſſe in Chriſti Anima ullam creatam illius rei cognitionem: & hanc ob rem ſuſpicor, ſubeſſe σφάλμα, & malè exſcripſiſſe Amanuenſes, Sanctamque Brigittam ſcripſiſſe in ſuo autographo, *Quod verò ignorabam, ignorabam humanitùs.*

Reſtituitur Textus Revelationis.

Quid ſignificet adverbium Humanitùs?

Significat autem in Lingua Latina hoc adverbium *humanitùs*, quod *humanamente* in Hiſpanica. Vnde, quia, quando dicimus, *Quantùm præcisè à nobis abſint Stellæ Fixæ, ſciri nequit humanitùs,* [Hiſp. *La diſtancia preciſa de las Eſtrellas Fixas, es coſa que no ſe puede ſaber humanamente*] non volumus ſignificare non ſcire, aut non poſſe ſcire homines Stellarum præciſam, & exactam diſtantiam, ſed non habere illos connaturalia inſtrumenta vel media, per quæ ad talem cognitionem perveniant: unde ſi alicui homini Deus quantitatem veræ & exactæ diſtantiæ revelaret, adhuc eſſet verum dicere, *quòd illam non ſciret humanitùs.*

An-ne diſtantia Cœli à terra ſciri poſſit humanitùs.

Revelatio explicatur.

Illa ergo verba, *Quod verò ignorabam humanitùs*, per contextum reſtricta, reddunt hunc ſenſum, *Quod verò ignorare me dixi, proculdubio ignorabam humanitùs; quia cum horæ illius determinatio à libera Dei Voluntate dependeat, non habet humana conditio connaturalem modū, medium-ve, ut ſine revelatione Divina, ad hujuſmodi cognitionem perveniat.* Et hinc collige, verba illa Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quæ Petro exclamanti, *Tu es Chriſtus Filius Dei Vivi,* dicta, videlicet, *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt,* (ſi verba Brigittanæ Revelationis bene conſideremus) ad ſequentia poſſe benè reduci, *Beatus es Simon, Columba Fili; quia, hæc, quæ dicis, non didiciſti humanitùs, ſed divinitùs.*

Matth. 16. 18.

Locus Evangelicus dilucidatur.

NO-

NOTA II.

Ejuſdem Evangelici Interpretationes, quas D. Durantus collegit, proponuntur, & ſcholiis brevibus dilucidantur.

An Chriſtus quà homo, aliquid ignoraverit?

QVIA hunc Textum repetunt & inculcant Propugnatores Reſtrictionum Mentalium, non videbor, opinor, nimius, ſi Commentarium Eruditum, quo D. Durantus præcedentem Revelationem exornavit, cum Notis, & Animadverſionibus opportunis ſubſcribam. Ipſe itaque *loc.cit.pag 614.a.* ſic inquit.

Textus Marci 13. & Matth. 24. dilucidantur.

Epiſcopi D. Durantis Reſolutio.

[Circa dubitationem hoc loco factam, declarandum occurrit id, quod in Reſponſione ad eam (videlicet in S. Brigittæ Revelatione) ſcribitur, nempe Chriſtum Dominum, *Iudicii diem ſecundum quod homo erat, ignoraſſe*, & ad hoc probandum adducitur illud Lucæ 2. *Ieſus proficiebat ſapientia, ætate, & gratia*, ex quo videtur deduci, quod ſicut ipſe ſecundùm quod homo ſapientia & ſcientia proficiebat, ita etiam pro ut talis ignoraſſet hujuſmodi diem, ſicut ſe ignoraſſe dixit Marci 13. & Matth. 24. ubi Chriſtus affirmavit *diem Iudicii Patrem ſuum tantummodò noſſe*; atque hæc duo, quoniam peculiarem habent difficultatem, & à Sanctis Patribus diverſimodè explicantur, ideò breviter diſcutienda ſunt, ut dubitationis præſentis Reſponſio palam fiat.]

An Chriſtus potuerit ſcientia & gratia proficere?

An Chriſtus quà homo cognoverit Iudicii ultimi diē?

Sic Quæſtionis, & Dubitationis argumento propoſito, antequam propriam, & veram Reſolutionem ponat, refert aliquas Antiquorum ſententias; & ſic infit. [Sanè de ſcientia Chriſti circa diem Iudicii Antiquorum multiplex opinio fuit; ſunt namque (1) qui arbitrantur Chriſtum Dominum ante Reſurrectionē diem illum ignoraſſe, poſt verò ſciviſſe, quandoquidem tunc à Patre univerſalis Iudex fuerat conſtitutus, & judiciariam poteſtatem adeptus. (2) Alii verò affirmarunt, illum diem revera, Chriſtum non ignoraſſe, ſed dicitur neſciviſſe, quatenus fecit ut nos ignoraremus eum, aut, ut Corpus ejus Myſticum, quod eſt Eccleſia, ignoraret. Ita ſentiunt Origenes, D. Hieronymus, Beda, & Theophylactus, *Matth.* 24. ad illud, *De die autem illa.* Divus Gregorius *libr. 8. Regiſtri cap. 42.* Divus Auguſtinus *lib. 1. de Trinit. cap. 12. & de Geneſi contra Manichæos cap. 23. & libr. 83. qu. 61.* Divus Chryſoſtomus *homil. 68. in Matth.* (3) Alii etiam arbitrati ſunt, Salvatorem noſtrum ignoraſſe hunc diem ſcientia experimentali, ideſt nondum fuiſſe expertum, ſecundum quem dicendi modum interpretantur illud Lucæ 2. *Ieſus proficiebat ſapientia.* Sic habent Origenes, qui ſupra, & Epiphanius *hæreſi* 69. Chryſoſtomus *homil. de Trinit cap. 3.* Bernardus *de duodecim gradibus Humilitatis.* &c.

Aſſerunt aliqui

An Chriſti nomine intelligi debeat Eccleſia; & illa ignorare poſſit dicī, quæ iſta ignorat?

Scientia experimentali neſciebat Chriſtus, quæ non fuerat expertus

An hi tres dicendi modi probabili fundamento innitantur?

Has Doctorum ſententias & expoſitiones, quas propoſuerat, recognoſcens, fatetur ratione ſufficiente deſtitui; & ideò ait. [Sanè quoſdam ex his modis dicēdi, quos hactenus enumeravimus, parum probabiles eſſe affirmarem, niſi tot graviſſimorum Virorum auctoritas urgeret. &c.]

Et veniendo ad Primum, dico eum hodie ab Heterodoxis admitti, qui ſicut inter Objecta Voluntatis Divinæ & Humanæ diſtinguunt, ita etiam inter Divini & Humani Intellectus objecta. Contra remonſtrantes (ſecta eſt Hæreſeos Calvinianæ in Hollandia) *in Specimine Amſtelrodamenſi* (*) *art. 56.* ſic ſcribunt. *Quod Dominus clamavit* volui (ſalvare omnes) *non dixit ut Deus, ſed tanquam homo & Doctor de ſua voluntate humana* (non ergo de voluntate Divina.) Idem igitur Contra-remonſtrantes, ſi conſequentiam in errore ſervarent, de die Iudicii ſcriberent. *Quod Dominus reſpondit,* De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli, qui in Cælis, neque Filius. &c. *non dixit ut Deus, ſed tanquam homo, & Doctor, de ſuo Intellectu, & cognitione humana, non autem de cognitione Divina.* Sed quia hic dicendi modus eſt Hæreticus, & ab univerſis Orthodoxis damnatus, non eſt, cur in eo refellendo immoremur.

*) Hæreſis Calviniana in varias eſt Sectas ſubdiviſa. Et inter præcipuas in Hollādia illæ, quarū à Remonſtrantibus altera, & altera à Contraremonſtrantibus traditur

An in Chriſto Intellectus & Voluntas Humana diſtinguatur ab Intellectu & Voluntate Divina?

Sed, & Hæreticus eſt ille exponendi Textum modus, qui primo loco ponebatur. Chriſtus enim Iudicis dignitatem & auctoritatem ante Paſſionem ſuam, & Reſurrectionem à ſuo Patre recepit; unde ait, *Pater non judicat quemquam, ſed omne Iudicium dedit Filio, ut omnes glorificent Filium, ſicut & glorificant Patrem.* Habuit ergo Iudicis Officiū & Dignitatem Chriſtus à primo ſuæ Conceptionis inſtanti. Et tunc D. Paulo aſſerente, *In ipſo erant omnes Scientiæ & Sapientiæ theſauri.*

De prima Expoſitione Cenſura.

Ioann. 5.

Ad Coloſſ. cap. 2.

Rejecta hac prima ſententia, D. Durantus alias duas recognoſcit, & ait. [Probabilior tamen videtur eorum ſententia, qui aſſerunt Chriſtum ignoraſſe diem Iudicii, quatenus eum nobis non revelavit: aut [ſaltem ſententia eorum, qui dicunt neſciviſſe Chriſtum illum diem] quia non eſt expertus; quia nondum exercuerat Iudiciariam poteſtatem; & ita neſciebat practicè illum diem.]

An ſaltem duo poſteriores ſint probabiles?

Et hic ego obiter duo obſervo; alterum D. Durantum non percalluiſſe Comparationis vim, nec ſciviſſe, quid importet Probabilior ſententia? alterum inſinuaſſe,

Quæ in verbis D. Durantis obſerventur?

&

& non diſſolviſſe Objectiones; quæ, niſi diſſolvantur, duas poſteriores ſententias improbabiles reddent.

An altera Opinio poſſit eſſe probabilior?

Ad Primum veniens dico, non poſſe unam Opinionem eſſe probabiliorem, niſi & illa, cui opponitur, ſit etiam probabilis. Cum ergo prima, cui duæ poſteriores contraponuntur, falſa ſit & hæretica, illæ *probabiliores* appellari non poterunt.

Objectio prima.

Subveniensque ad ſecundum Objectiones, quæ ab illo inſinuantur, propono. *Eſt prima*. Ideo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, neſcire illam diem dicitur (nempe, in *Hiphil*) quia nos non facit illam ſcire; quia eam nobis non revelat. Sed ſimiliter Pater, nos illam diem non facit ſcire; illam enim non revelat. Ergo Pater, æquè ac Filius, illam diem ignorat. At Chriſtus dicit illam Pater ſcire. Hæc ergo ſecunda expoſitio non eſt bona.

Objectio ſecunda.

Eſt Objectio ſecunda. Ideò Dominus noſter Ieſus-Chriſtus illam diem neſcire dicitur, quia non eſt expertus circumſtantias Iudicii, quia illa dies nondum venit. At neque Pater eſt illas expertus, Ergo æquo ipſe jure, Iudicii extremi diem, ignorare dicendus eſſet. At illam diem Chriſto aſſerente Pater ſcit. Ergo etiam à vero exorbitat expoſitio ſecunda.

Prima Objectioni reſpondetur.

Sed his duabus Objectionibus, quod D. Durantus non præſtitit, facili negotio ſatisfaciam. *Reſpondeo enim ad Primam*, diſtinguendo Majorem; nego enim ideò Chriſtum dici illam diem neſcire, quia nobis tantum non manifeſtavit; ſed, quia, nec nobis, nec aliis manifeſtavit. Et nego illam Minorem, *Sed ſimiliter Pater*. &c. Quia illam diem Pater, quam nobis non manifeſtavit, manifeſtavit Chriſto. Vnde Conſequentia negatur, & aſſeritur, Conjugationem *Hiphil*, quæ verificatur de Filio, non habere locum in Patre.

An HIPHIL habeat locum in Patre?

Et reſpondeo ad ſecundam, concedēdo Majorē & Minorem negando: nam experimentalis ſcientia creſcit ſucceſſu temporis. Hæc autem temporis ſucceſſio, quæ habet locum in Filio; nempe, quà homine; nec ipſo quà Deo, habet locum, neque in Patre: quoniam Deus omnibus præteritis, præſentibus, & futuris (ſyt) ab æterno & in æternum præſens eſt, in hoc *nunc* æternitatis. Quæ eſt certa & indubitata Veritas; quæ tamen intra Angelici Præceptoris Scholam, non æquè ab omnibus capitur, & intelligitur: & extra illam, licèt adfulgeat multis, innoteſcit perpaucis.

Reſpondetur Objectioni Secundæ.

De Æternitate Dei.

An omnibus temporibus ſit præſens?

Conclusio.

Manet igitur ex tribus poſitis Expoſitionibus, rejecta Prima, Secundam, Tertiamque probabiliter admitti poſſe. Sed, quia aliam viam D. Durantus ingreditur, cujus ipſe ſit Opinionis, audiamus; his .n. verbis ſuam mentem & dictamen exponit:

Proponitur D. Duranti Expoſitio.

Prima Expoſitio.

[DICENDVM PRIMO NOBIS EST, in Sacris Litteris Chriſtum dici *neſcire diem illum*, eo quod ejus diei cognitionem ſibi tantummodò reſervaverit, ut etiam aliis eam communicare noluerit, & ita *neſcire* dicitur ſecundum communem loquendi modum, quo homines utuntur, cum aliquid in ſecreto ſuſceperunt, ſic tradit D. Auguſtinus *lib.1. de Trinit. cap. 12. & 1. de Gen. ad literam cap. 22.* Baſilius *lib. 4. contra Eunom.* Hieronymus, Chryſoſtomus, & Theophylactus *in locum citatum Matthai*, Athanaſius *ſerm. 4. contra Arrianos*, Hilarius *lib. 9. de Trinit. ſub finem*, D. Ambroſius *lib. 5. de Fide cap. 7.* Et licet diceret forſitan quiſpiam in hunc ſenſum, quod etiã Pater ignoraret diem illum, quia aliis eum non revelavit, ex quo hoc ſibi etiam reſervaſſe videtur, id tamen de Patre non propriè diceretur, & de illo minimè evidenter concluderetur, ſicut de Chriſto, qui cum Iudex univerſalis ſit conſtitutus, & judiciariam poteſtatem habuerit à Patre, juxta illud Ioannis 5. *Pater omne judicium dedit Filio*: Hinc fit, quod peculiari ratione ſpectet ad illum, quidquid ad hujuſmodi Iudicium pertinet, & per conſequens ipſe ſolus dicatur ignoraſſe, quatenus noluit communicare, id quod titulo peculiari debitum illi erat, & à Patre conceſſum.

Interpretatio Duranti.

An verum, quam quis audivit ſub ſigillo ſecreti, poſſit ſine mendacio dicere, ſe neſcire?

Chriſtus eſt univerſorum Iudex.

Omnia, ad ipſum, quæ pertinent ad Iudicium, ſpectant.

DICENDVM EST SECVNDO, Chriſtum quatenus hominem ignoraſſe diem Iudicii, ſic enim dicitur in Reſponſione ad dubitationem hanc, quam ſolutionem eſſe probabiliſſimam cenſeo, ſi exponatur eo modo, quo paulò poſt à nobis exponitur, in quo ſenſu communiter à Theologis recipitur, & Sanctorum Patrum auctoritatibus nititur, ſic eam admittunt D. Ambroſius *ſuper cap. 17. Luca*, D. Gregorius Nazianzenus *Orat. 4. de Theologia*, D. Athanaſius *ſerm. 4. contra Arrianos*, Theodoretus *anathematiſmo* 4. Divus Chryſoſtomus, ſeu quiſquis fuerit Auctor Operis Imperfecti *hom. 49.* Cyrillus *lib. 1. in Ioannem cap. 17. & lib. 10. Theſauri ca. 7.* Damaſcenus *lib. 3. de Fide cap. 21.* Nicetas 3. *Theſaur. cap* 38. Cæterum, quia indicavimus ſupra, Propoſitionem hanc, *Chriſtum in quantum homo diem Iudicii ignorare*, prima facie aliquibus duram videri poſſe: ideo declaranda eſt, habet enim duplicem ſenſum, nam ſi per eam intelligamus, quod Chriſtus non habeat cognitionem creatam in intellectu ſuæ animæ de die illa Iudicii, falſiſſima eſt, non enim ſola Divina, ſed etiam humana natura talem diem novit, quia in ipſa humana natura erant omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, & illa interpretatatio

Secunda Expoſitio.

Hæc Propoſitio, Illam diem Chriſtus ignoravit quà homo, duos ſenſus habet.

Eſt falſum dicere, quod in Chriſti humano intellectu non fuerit notitia illius diei.

eſt

eſt damnata *in Concilio VI. Conſtantinopolitano, actione* 11. quandoquidem illa Propoſitio abſoluiè ſumpta, & in illo ſenſu recepta, ignorantiam ponit in Chriſto, quod repugnat Sacris Literis, Teſtimoniis Sanctorum Patrum, & Dignitati perſonali Chriſti, qui Dux eſt ſupremus & univerſalis Doctor & Iudex, ex quo capite etiam rejiciendi ſunt, qui affirmarunt, Chriſtum, cum illa verba protulit, *De die illa nemo ſcit.* &c. ſaltem pro illo tempore ignoraſſe, & hic fuit error Hæreticorum, qui *Agnoitæ* vocantur, ut referunt *Iſidorus lib.* 8. *Etymol. cap.* 5. Gregorius *libr.* 8. *Regiſtri Epiſtol.* 42. Damaſcenus *de hæreſibus*, Nicephorus *lib.* 18. *Hiſtor. cap.* 50. Aliter ergo ſenſus illius propoſitionis, qui veriſſimus eſt, Chriſtum ignorare Iudicii diem, quatenus homo, hoc eſt, quod non, quia eſt homo, Chriſtus ſcit diem illum, aut ex viribus naturæ humanæ, ſed quia homo Deus eſt, & quia ex viſione beatifica, & revelatione divina illum (*) diem ſcire debet & ſcit. Non ergo Chriſtus negat, ſe etiam ut hominem diem Iudicii ſcire, ſed negat ſe ſcire eo titulo, quod homo eſt, & idcirco diligenter conſideranda ſunt verba Reſponſionis allatæ hic, quæ ſunt, *Quod verò ignorabam, ignorabat humanitas mea*, ſecundum verò Deitatem omnia ſciebam, hoc eſt, quod ille dies mihi notus eſſet, non erat ex humanitate, aut quia homo eſſem, quia illud non habebam ex ea, ſed ex ipſamet Divinitate, unita hypoſtaticè cum Humanitate & hoc indicant illa verba, *Quod verò ignorabam, ignorabat humanitas mea*, neque etiam deduci poteſt aliquando Chriſtum ignoraſſe, cum ex illis verbis, quæ immediatè ſupra habentur, nimirùm, *Ergo, quod ego Deo Filius coæternus Patri proficiebam, hoc habui ex humanitate mea*, quæ verba deſumpta ſunt ex 2. *cap.* D. Lucæ, qui ſcribit, *Ieſum profeciſſe ætate & ſapientia*. Non, inquam, hoc obſtat; quia, vel hoc intelligitur profeciſſe ſecundum opinionem hominum, quia illum exiſtimabant homines ſemper eſſe magis ac magis ſapientem, ſic D. Athanaſius *Orat.* 4. *contra Arianos*, Nazianzenus *Orat.* 5. *in S. Baſilium*, Cyrillus *libr.* 1. *in Ioann. cap.* 17. Ambroſius *libr.* 5. *de Fide cap.* 8. D. Auguſtinus *lib.* 2. *de peccatorum meritis, & remiſſ. cap.* 29 *& lib.* 83. *qu. qu.* 65. *& lib.* 15. *de Trinitat. cap.* 26. Hieronymus *in Iſaiam cap.* 2. *in Hieremiam cap.* 31. ad illud, *Mulier circumdabit virum*. Beda *homil. Dominica* I. *poſt Epiphaniam*, Bernardus *homil.* 2. *ſuper Miſſus eſt*, Vgo Victorinus *libr. de Incarnat. cap.* 6. &c.]

Agnoitæ Hæretici, quid docuerint?

Proponitur ſecundus ſenſus.

(*) In illo, ſi Revelationis reſtitutionem, quam Notæ præcedenti exhibuimus, ſaltem reſtitutæ Revelationis ſenſum D. Durantus admittit.

Illum diem Chriſtus ſciebat, ſed non ſciebat humanitàs.

Aliquem proficere intelligi poteſt dupliciter, quoad ſe, & quoad nos.

Chriſtus Dominus proficiebat ætate quoad ſe, & quoad nos: at ſapientia & gratia, non quoad ſe, ſed quoad nos;

Et tandem ut meliùs intelligamus, quo ſenſu *ſcire*, aut *non ſcire* illum diem Chriſtus dicendus ſit, ponit verbum Haplotes. *proficere*, quod poteſt, ut ſcitè ait, duas habere interpretationes, alteram ſecundum *Hiphil*, & alteram ſecundum experientiā. Secundū priorem expoſitionē, hæc Propoſitio, *Proficiebat Ieſus ſapiētia & gratia*, reddit hunc ſensū, *Faciebat Ieſus, ut qui illum ſequebantur proficerent ſapientia & gratia*. Secundum poſteriorem expoſitionem reddit hunc ſenſum eadem Propoſitio, *Faciebat Ieſus, & ſe feciſſe experiebatur, quod, qui eum ſequebantur apud Deum & homines, & gratia, & ſapientia proficerent*. Ex his duabus expoſitionibus priorem D. Durantus tradit dicens. [Præter ſuperiorem interpretationem addit aliam D. Damaſcenus *libr.* 3. *de Fide cap.* 22. qui ſcribit, Chriſtum ſapientia profeciſſe ad eum modum, quo dicimus, Apoſtolos plurimum in mundo ſua profeciſſe prædicatione.] Et poſteriorem dicens. [Addit Sanctus Thomas *in* 3. *diſt.* 14. *qu.* 1. & Albertus Magnus *ibidem*, illum profeciſſe Sapientia, hoc eſt, experimentali ſcientia, quemadmodum indicat Paulus ad Hebr. 5. *Didicit ex his, quæ paſſus eſt.* &c.]

Proficiebat, *hoc eſt*, Faciebat proficere.

Proficiebat, *hoc eſt*, ſe feciſſe ut ſui proficerent experiebatur.

Monitum Morale.

De Generali & Finali Iudicio, nec non de Vera & Falſa Pœnitentia.

MAgnus Princeps, & Magnus Magiſter eſt Deus. Omni oranti poſtulata concedit, omni interroganti reſpondet. At me interpellas, video: obſiſtis, audio; & ais, Domine, multa petii à Domino, quæ non obtinui: & multa interrogavi, & reſponſum non habui. Sed tace, tace: &, ut hoc præjudicio mentem [*] exſuas, attende.

An Deus omnia quæ petuntur, concedat?

(*) Virgilius libr. 4. Æneid. *Exue mentem*.

Duplex in Homine Voluntas à Theologis conſideratur: nempe, quam habet, & quam habere deberet. Tu primam illam reſpicis, & alteram proſpicit Deus. Et hac face præventus, exponas, obſecro, quid Deum oraveris, quando, te non fuiſſe exauditum conquereris? Quid interrogaſti, quando ut ais, fuiſti ſine reſponſione dimiſſus? De qua voluntate nunc loqueris? de illa, quam habuiſti; aut de ea, quam habere deberes? Poſtulaſti divitias, cùm deberes prævenientes & cooperantes gratias: interrogaſti, ut Curioſitati indulgeres, minimè neceſſaria, cùm Veritatis radios, quibus tuam Conſcientiam dirigeres, implorare deberes. Fortunas tibi poſtulatas negavit Immenſa Numinis Supremi Liberalitas, conceſſit gratiam, ut exires à Peccati carceribus, juſque ad gloriam immortalem adquireres. Oraviſti Deum lucem, ut Artes Liberales ad-

Conſideranda in homine eſt Voluntas, quæ eſt, & quæ eſſe deberet.

Quid Deum orare, & interrogare debeamus?

diſceres, ut comprehenderes Philoſophiam, excelleres in Iuriſprudentia; & profundiſſimas Scholaſticæ Theologiæ intelligeres difficultates; & te minimè id

Quid, & quo nos doceat modo Deus?

cogitantem Deus ad Templum duxit, in quo erat Eccleſiaſtes Apoſtolicus concionaturus; per illum te docuit Poſitiones aſceticas, quibus proprios emaculares mores, & conſcientiam dirigeres. Deus igitur, (& hoc quia cum reflexione animi dico, cum attentione exaudi) ſi, quæ ab illo poſtulabas, negavit; & quæ addiſcere volebas, non docuit, reſpexit Voluntatem, quam habere debuiſſes; conceſſitque, quæ deſiderare & orare deberes, mentemque tuam luce ſupernaturali ſuffundendo, reſpondit ad Dubia, quæ ſi ex imprudentia omiſiſti, tua illa, ſi mentis oculos aperire voluiſſes, propoſuiſſet Neceſſitas. Habemus de hoc argumento clariſſimas in Literis Sacris Hiſtorias; unam vel alteram dilucidabo.

Quam Voluntatem in homine reſpiciat Deus?

Matth. 20.

Quidnam petierit Mater Filiorum Zebedæi?

Mater filiorum Zebedæi, referēte Matthæo, eorumdem nomine acceſſit ad Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum, & ait, *Dic, ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram tuam, in regno tuo*. Et erat hæc Petitio plena Fide, ſed non plena Prudentia. Quoniam in illo verbo *Dic*, profundiſſimam Omnipotentiæ cognitionem invenio. Non petit, ut faciat, ſed ut dicat; quia, ſi unico verbo (nempe *Fiat*) creatus & ornatus eſt Mundus; unico verbo (nempe, *Fiat*,) quod poſtulabant, illi Apoſtoli conſequerentur. At Libellus hic ſupplex, non erat, qualis eſſe deberet. Conſtat ex Chriſti verbis: ait enim, *Neſcitis, quid petatis*. Conſtat ex indignatione cæterorum; quoniam, ut narrat Hiſtoriographus, *audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus*. Sed interrogo. Attendite. An-ne omni caruit effectu hæc imprudens Petitio? Minimè. Erat profectò imprudens; volebat enim ut venirent ad finem, quin tranſirent per medium: volebat, ut conſequerentur Bravium, antequam currerent: volebat enim, ut antequam haberent merita, præmia conſequerentur. Erat Petitio, *Dic, ut ſedeant*. Eſſe tamen debebat, *Dic, ut bibant calicem, quem et bibiturus*. Et Dominus adnuit Petitioni, non quæ erat, ſed quæ debebat eſſe; inquit enim, *Calicem quidem meum bibetis*. Vacua igitur non receſſit Petitio; quoniam, ſi quod orabat, non obtinuit; obtinuit, quod orare deberet.

Deus omnia facit uno verbo.

Per media ad finem perveniτur.

An duo, illi Apoſtoli obtinuerint, quæ à Chriſto poſtulabant?

An ſemper, & ad omnia reſpondeat Deus?

Sicut de Petitione, ſic de Interrogatione eſt ſtatuendum. Interrogatus, ſemper (per ſe, intrinſecùs mentem illuminando; aut per libros, aut homines, &c.) reſpondet Deus; ſi non ſemper ad illa, quæ interrogantur, ad illa, quæ inquiri & rogari deberent. Et id probat clariſſimè Interrogatio de Vniverſalis Iudicii die, quam toto hoc Articulo dilucidavimus. Narraverat & expoſuerat Apoſtolis ſuis Dominus, quæ eventura erant in ſæculi fine prodigia. Et inſtant illi, *Dic nobis, quando hæc erunt?* Reſponditque inter alia Dominus, *ſicut fulgur exit ab Oriente, & apparet uſque in Occidentem, ita erit in adventu Filii hominis. &c. ſicut in diebus Noe, ſic erit in adventu Filii hominis. &c.* Hanc Hiſtoriam recenſet etiam Marcus, totamque per verba ſimilia reponit. Illam repetit Lucas, & addit, *Memores eſtote Vxoris Loth*. Et hic, aut fallor, aut poſſet contrà Humana replicare Prudentia; & dicere. [Domine, Domine. Interrogationi propoſitæ non reſpondetur. Interrogatio eſt de tempore. *Quando hæc erunt?* Reſponſio autem eſt de modo, qui non inquiritur.] Temporis cognitio, inquam Ego, neceſſaria non eſt; modi cognitio proderit, ut ſciamus quanta cura & vigilantia debeat homo, in negotio Aeternæ ſalutis procedere. Et hanc Chriſtus ob rem, non ad ea, quæ ex imprudenti curioſitate inquirebantur; ſed ad ea, quæ ad conſcientiæ regimen rogari debebant, reſpondit.

Matth. 24.

Matth. ibid.

Cur Chriſtus meminerit Vxoris Loth?

Sanè in Noæ diebus viam ſuam corrupetat totus Orbis terrarum. Et decredentes homines ſalutares Patriarchæ Sāctiſſimi admonitiones ictu oculi apertæ ſunt [b] cataractæ Cælorum; ſupervenit diluvium, delevitque omnes homines, qui non erant in arca, quin aliunde potuerint ſperare remedium. Ergo ſimilia accident in die Iudicii. Erunt genio indulgentes homines, & de morte & ſuppliciis æternis minimè cogitantes, & ſicut fulgur, oculi ictu, tranſit, ſic Ignis, læſæ Iuſtitiæ vindex, univerſa combureτ; &, qui hujus ignei diluvii tempore fuerint in arca (hoc eſt, in gratiæ ſtatu) ſalvabuntur; qui autem extrà, in æternum peribunt, quin illos maneat, unde poſſint ſperare remedium. Ergo, ne differatis pœnitentiam in craſtinū; neſcitis enim an dies craſtina futura ſit; &, ſi ventura ſit, neſcitis, an præoccupari morte ad illam pervenire poteritis. *Ideò igitur vos eſtote parati, quia qua non putatis hora* (judicaturus vivos & mortuos) *Filius hominis venturus eſt*.

b) Iſidorus Clarius *Geneſ.* 7. Cataractæ *dicuntur aquarum deſcenſus ex eminentiſſimo loco, cum maxime fragore, veluti ſi Cælum pateat, & aquæ, quæ ſuper Cælos ſunt, effundantur. Ideò alii verterunt*, Et feneſtræ Cœli apertæ ſunt.

Quinam in die Iudicii ſalvabuntur?

Matth. 24.

Sed quid tandem illa verba ſignificāt, *Memores eſtote uxoris Loth?* Quid habet illa cum Vltimi die Iudicii commune, ob quod citari debeat, ut Apoſtolorum Interrogationi reſpondeatur? Multum profectò, ſi convertamus ad undevigeſimum

De Vxore Lothi

Ge-

Digitized by Google

Geneſeos Caput oculos, & totam illam hiſtoriam recognoſcamus.

Geneſ. 19. *An quis poſſit bonus eſſe inter malos?*

Habitabat Loth Sodomis. Res mira! inter maleſuados & peſſimos optimus vir *integer vitæ, ſceleriſque purus*, morum elegantiam, & innocentiam conſervabat. Impleta fuit illorum populorum iniquitas [*] tarditatemque ſupplicii Deus, gravitate & ſeveritate compenſavit; miſit enim duos Angelos, ut igne emiſſo cælitùs ſceleratos illos homines incinerarent. Ergo diſce peccator. Iniquitas tua terminos à Deo præſcriptos habet. Ut pœnitentiam agas toleraris in terra. Et quia in novum ſcelus te vis præcipitare, unde ſcis illud non eſſe ultimum, quo poſito compleatur tua iniquitas, & clauſis Miſericordiæ foribus, vel fulmine vel repentino morbo interimendus ſis, & in æternum periturus? Et diſce etiam Vir Juſtè. Diligentibus Deum omnia convertuntur in bonum: quoniam, ſive tellurem Cælum oppluat fulminibus, ſive hominibus agri negent ordinaria alimenta, *non vidi Juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem*. Sed pergamus ulteriùs.

*) Thren. 4. 22. *Completa eſt iniquitas tua.*

Geneſ. 15. 16. *Completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum.*

Pſal. 36. 25.

Sodomitarum condemnatio.

Ultima in Sodomitas pronunciatur ſententia; & jubetur Lotho, ut ſe ſubducat, & in locum tutum & ſecurum ſe conferat. *Omnes, qui tui ſunt*, inquiũt Angeli, *educ de Urbe hac; delebimus enim locum iſtum, eo quod increverit clamor* (ſcelerũ) *eorum coram Domino; qui miſit nos ut perdamus illos* &c. *Diſſimulante illo, apprehenderunt manum ejus*, &c. *eduxeruntq; eum & poſuerunt extra civitatem*. Audi Pelagi, & quotquot Divinæ Gratiæ efficaciam neſciris. Præter libros, quos legitis; præter conciones, quas auditis, & naturales cogitationes, quas in vobis perennium ſuppliciorum horror excitat, Gratia ſupernaturalis requiritur, quæ vos diſſimulantes & cunctantes manu-ducat, & periculis eruat, & in locum tutum perducat.

Innocentes non tangit.

De Pelagiana Hæreſi.

De Gratia neceſſitate.

Gratias habuit Domino Lothus, quòd exceptus fuerit à generali illa ſententia. Monuit Uxorem, Filiaſque; quæ adquieverunt ſtatim. Venit ad Generos, quibus deſponſæ fuerant ejus Filiæ, & monuit illos dicens. *Surgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus civitatem hanc.* Et quid ii reſponderunt? Nihil profectò, *quia viſus eſt eis, quaſi ludens loqui*. Et quoties *vobis*, qui hæc legitis, & Concionatores, qui vos monuerunt; & Angeli, qui conſiliis ſanctiſſimis mentes veſtras illuminarunt, *viſi ſunt, quaſi ludentes loqui?*

De generis Lothi.

An illis ſint multi Chriſtiani ſimiles?

Pergunt Angeli, & dicunt Lotho, *Salva animam tuam; noli reſpicere poſt tergum*,

Hap lotes.

&c. *ne & tu ſimul pereas*. Cùm primum egreſſus inde Lothus fuit, igne & ſulphure pluvio periit tota illa regio. *Reſpiciensque uxor ejus poſt illum* (hoc eſt, *retrò*) *verſa eſt in ſtatuam ſalis*. (a) Et, quia hæc concionatur Statua, te moror; ut bene illam proſpectes. Ecce ibi ſtat Segor (b) hic ardet Sodoma, & Lothi uxor in medio. Præceptum habet illam non reſpiciendi, & tamen, quia amabat adhuc muros, in quibus habitaverat; & amicos, quos in illis reliquerat, dicebat miſera,

Exit Lothus à Sodomis.

De ejus uxore.

Cùm ſubit antiqua triſtiſſima Sedis imago,
Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.

Convertit retrò faciem, ut urbē proſpectaret ardentem.

legemque ſibi divinitus impoſitam auſu temerario contemnens, ad eam ſe convolvit, & ait,

Ecce adhuc vertens oculos, videbo
Vel ſemel muros Sodoma (c) *ultimumque*
Huic Vale dicam miſera, ſequarque
Deinde Maritum.

Huc pertinet Adagium Hiſpanorum ſanctiſſimum *El hombre pone, y Dios diſpone.*

Sed hæreas, quæſo, fœmina temeraria. De duabus rebus improvidè conſilium ſumis. Vis convertere ad Sodomam flammis ardentem oculos, & poſtea pergere in itinere incepto, & ad Segorem pervenire. Sed unde ſcis non inſtare horam mortis; &, ſi legem violare permittaris, futurum eſſe, ut tuam Deus pœnitentiam ſpectet? In ipſo fuit peccato, quin pœnitentiæ haberet tempus, hæc mulier infelix punita, ut monerentur univerſi, non habere peccatorem jus, ut agendi pœnitentiam tempus velut debitum poſtulet. Et ſiquidem ex Miſericordia Summi Numinis in inſtanti A vivimus, & utrum ad inſtans B ſimus perventuri neſcimus, in hoc inſtanti A pœnitentiam agamus, ne forte præoccupati morte, illam poſteà agere non poſſimus.

*) Audi D. Benedictum in Prol. Regul. dicentem. *Dū adhuc vacat, & in hoc corpore ſumus, & per hanc lucis uſuram poſſumus adimplere, currendum & agendum eſt modò, quod in perpetuum nobis expediat.* Dixerat paulò antè, *Ideò nobis propter emendationem malorū hujus dies vitæ ad inducias relaxantur, docente Apoſtolo*, An neſcis, quia Patientia Dei ad Pœnitentiā te adducit?

Ergo, ut ad lineam redeam, ſumma Dominus noſter providentia, ut moneremur, periculo ſummo eſſe obnoxium pœnitentiam differre, Lothi uxorem, ictu oculi in ſalis ſtatuam converſam, ob oculos noſtros propoſuit.

a] Hanc Hiſtoriam legiſſe Ethnici, & adulteraſſe videntur; & ex illa duas deduxiſſe Fabulas. Alteram, quæ cantat, Orpheo fuiſſe privilegium indultum, ut ex Inferis ſuam uxorem Euridicen eriperet, hac tamen lege, ut caput non converteret retrò: eamdemque iterum amiſiſſe, lege non obſervata. Alteram, modulatur Niobem ex nimia animi perturbatione, quòd filios filiaſque ſuas ſagittis (dic, ſi velis fulminibus) ab Apolline & Diana configi & occidi vidiſſet, in Statuam fuiſſe ſaxeam aut marmoream converſam.

Orphei & Euridices fabula. Fabula Niobes. Unde fuerint deducta?

b] Quæ BALA, *Degluriens*, aut *deſtruens*, Geneſ. 14. 8. dicebatur, poſteà quia illam ſic vocavit Loth Geneſ. 19. 22. TSOHOR; *Parva* fuit dicta. Ut vel ipſo Oppidi nomine demonſtretur, Deum, ſicut in mediis flammis in Cypro nonnulla animalia conſervat [Cicero de natur. Deor. *Sunt quadam etiam quæ igne naſci*

Bala & Segor ejuſdem oppidi nomina ſunt.

putantur, apparentque in ardentibus fornacibus ſape valitantes.&c.]& ſicut in camino Babylonico ſe diligentes Pueros refrigeraturus erat,ſic inter efferos deglutientes & deſtruentes, Lothum poſſe pium & juſtum hominem conſervare.[Et hic obiter nota Seniorum Septuaginta tempore ſecundam in hoc nomine literam Iod fuiſſe,& non Vau;ſi enim tunc illa fuiſſet Vau,*Segor* illi,& non *Segor* legiſsent.

An Iod verſum fuerit in Vau?

c] SEDOM,duas apud Hebræos vocales habet ſceva & holem, quarum poſteriorem Rabbini eſſe longam affirmant. Sed Græci, antequam Lingua Hebræa inficeretur punctis, illam vocarunt Σόδομαν: & eos ſequutus duas priores corripuit,quod & alii fecerunt. Prudentius

Verum Sodoma & Segor ſyllaba menſurantur.

A Domino Dominus flammas pluit in Sodomitas.

Sanctus Paulinus

Exiguam Segor Sodomis fecerunt iniquis.

Et bene primam oſtendit in *Segor*, nam etiam eam Textus Hebræus producit. Et Græci ſcripſerunt Σηγώρ.

℞. AD PROB. XIX.

De illorum verborum, *ſedebitis ſuper ſedes duodecim*, vero & germano ſenſu. *Divina omnes Promiſſiones & Mina ſũt conditionata.*

EX his, quæ ad Prob. XIV. de Ionæ Prophetia diſſeruimus, manifeſtè colligitur, quid nunc reſpondere debeamus. Attendite.

Proponitur Argumentũ quod militat pro contractione intellectuali.

Erat Partis Adverſariæ argumentum. Omnes Apoſtoli huic Concioni interfuerunt: Iudas cum aliis aderat: Judamque numerus duodenarius includit. Et tunc circumſpectione magna, dixit Dominus & dicendo promiſit. At Iudas in illo throno conſeſſurus non erat: Ergo ſuam Chriſtus mente promiſſionem, hac purè intellectuali contractione & conditione, *ſi perſeveraveritis in finem uſque*, limitabat. Sed non.

Et Primò;quia יהודה Græcè ἰέδας, deducitur à Radice IAHAD, quæ, ut Bernardus *ſerm.7.in Cant.num.6.* (Oſtro *tom. 3. pag.8.b.*)bene monet, Ariaſque Montanus, Iohannes Leuſden,& alii Vocum Expoſitores aſſeverant, *celebrare*, & *laudare* ſignificat. Sic ergo vocabatur, quoniam & ipſe ſub converſionis initium Deum laudabat. Poterimus ergo dicere, Iudam, quando dignus fuit audire hæc verba, fuiſſe in ſtatu gratiæ, & Ieſum ſecundum juſtitiam, tunc præſentem, loquutum; & promiſiſſe gloriam,quæ illi, ſi tunc moreretur,debebatur.

Iudas, quid ſignificet, & unde dicatur?

An fuerit ſub initium in gratia?

Secundò, in illis iiſdem Chriſti Domini verbis ſubintelligenda eſt hæc limitatio, *quantum ex parte mea*,ut ſenſus integer ſit *Polliceor:quod quantum eſt ex parte mea, ſuper thronos duodecim ſedebitis in Cœlo Empyreo*. Et hæc verba Iudæ, etiam furi & proditori,potuerant intimari. Sed quomodo? Erat-ne dignus venia? Præſtat,ut ego taceam, & D. Bernardus reſpondeat. Peroraverat enim de Iuſtitiæ Divinæ majeſtate & rigore Sanctus Doctor, & quia ſentiſcebat, ad verba ſua Monachos perterreri,ut eos conſolaretur, ſubſumpſit; *Quid eſt,quod in conſcientiis veſtris turbamini, Fratres mei? ut quid enormitatem, & innumeroſitatem criminum veſtrorum ſic intuemini, ut inexhauſta viſcera miſerationum Domini obliviſcamini? In Veritate* (*) *dico vobis,quòd, ſi filius ille perditionis Iudas, qui vendidit & tradidit Dominum,in hac Chriſti Schola ſederet,& huic Ordini incorporatus eſſet per pœnitentiam veniam conſequeretur*. Chriſtus igitur pro ipſomet Iuda ſanguinem ſuum fudit, & eidem multa fuit auxilia promeritus; ergo ſibi, & non Chriſto imputet, quod non ſedeat cum cæteris, & judicet tribus Iſrael.

Quanam in Chriſti verbis ſubintelligatur reſtrictio?

S. Bernardi de poſſibili Iuda converſione ſententia.

Iudas ivit ad Infernum,quia agere pœnitentiam noluit; non quia non potuit.

*) *In veritate* habet vim Adverbii: & eſt Hebraicè *Amen*, Latinè *verè*, aut *veverà*. Hiſpanicè, *en verdad*, aut *en realidad de verdad*.

SED inſtas, nihil prorſus hac ipſa reſponſione meam Sententiam proficere, adhuc enim ſtant Reſtrictiones Mentales; ſive enim in iis verbis, *Sedebitis ſecundum præſentem Iuſtitiam*,&c.ſive in iis, *Sedebitis,ſi perſeveraveritis*, &c. ſive denique in iis, *ſedebitis, quantum eſt ex me*, &c. conſtituatur Reſtrictio,purè mentalis illa eſt,& conſiſtit in verbis purè ſpiritualibus.

Contrariorum Objectio.

Reſpondeo juxta ea,quæ ad Prob. XIV. dicta ſunt in omnibus Promiſſoriis & Comminatoriis Chriſti verbis conditionẽ *ſi perſeveraveritis*, aut *ſi pœnitentiam non egeritis* ſignificari, non vi alicujus interni actus in Chriſti intellectu reperti, ſed vi clariſſimorum Textuum,qui in Sacra Scriptura leguntur.

Cur Reſtrictiones, quæ Chriſti verbis apponuntur, non ſint purè Mentales?

℞. AD PROB. XX.

De illis *Diſſolvite Templum hoc*, Chriſti Domini verbis. *Aſſeritur externo manus motu, & non interno Mentis actu Dominum verba ſua reſtrinxiſſe.*

LOquebatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus de Templo Corporis ſui: Adverſarii dicebant:inferebantque. Ergo hæc Metonymia per actus purè internos fuit facta. Et ego nego rotundè conſequentiam: quoniam vocem æquivocam Dominus manus motu reſtrinxit & determinavit. Quando enim Chriſtus *Solvite Templum hoc* dixit, apertam dexteram pectori appoſuit; & hac ipſa manus appoſitione, ſe non de Templo manufacto & lapideo, ſed de ſuo loqui Corpore clariſſimè ſignificavit.

De quonam Templo fuerit loquutus Chriſtus?

An manus motu abſtulerit æquivocationem?

℞.

℞. AD PROB. XXI.

De Peregrino Emauntino. *Quomodo Chriſti apparitiones factæ fuerint? An mutatione objecti, an oculorum potiùs alteratione? An Diſcipulos Chriſtus perſona aliena acceptione deceperit? Vnde verba incerta & ambigua, quæ in Sacra Scriptura leguntur, reſtringantur?*

NON urgent argumenta quæ Adverſarii ex Epiphania Emauntina deſumunt; nam Evangelii verba, niſi obtorqueantur, ſenſum habent expeditiſſimum. Singula breviter dilucidemus.

Illa, *Qui ſunt hi ſermones, quos confertis invicem, & eſtis triſtes*; non involvunt Reſtrictionem Mentalem. Qui enim interrogat, non affirmat ſe neſcire, quæ petit: nam & Magiſter diſcipulos interrogat, non ut doctrinam ab eis diſcat, ſed ut habeat occaſionem illam illos docendi. Feria III. poſt Dominicam II. Quadrag. cantamus. *Vnus eſt Magiſter in Cælis Chriſtus Dominus*. Ergo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ut illius ſcripturas exponeret, & illarum verum ſenſum oſtenderet, interrogationem interpoſuit. Ergo hinc nihil eruitis quod prædictis Reſtrictionibus favere poſſit.

Fingere, unde Figulus, quid ſit?

Sed neque illa verba, *Finxit ſe longiùs ire*, Reſtrictionibus favent; nam ibi *fingere* eſt formare, ut ſcitè S. Gregorius Papa *homil. 25. in Evang.* exponit. Atque: *Quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à Fide, ſe ire longius finxit*. Fingere *namque* componere *dicimus, unde & compoſitores luti* figulos *vocamus*. *Nihil ergo ſimplex Veritas per duplicitatem fecit, ſed talem ſe eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente.* Formavit ergo dictamen & voluntatem Chriſtus pergendi ulterius, niſi ab illis invitaretur, & exciperetur hoſpitio; & revera, ſi repetitis precibus nõ invitatus eſſet, ulterius pertexiſſet. Invitarunt: manſit. Vbi eſt ergo vel minima Mentalium Reſtrictionum ſuſpicio?

Chriſtus revera volebat ulterius progredi, ſi à diſcipulis hoſpitio non exciperetur.

Cur D. N. Ieſus-Chriſtus, & Angeli appareant ſub aliena ſpecie?

Volo addere unum brevem paragraphũ ex P. Ioſepho Maria Requeſenio, qui *in 1. 2. lib. 3. diſp. 20. ſect. 5. nu. 65. pag. 435. a.* Sic inquit. [Bene advertit Ioannes Major *in 1. diſt. 43. qu. unic.* Angelum Tobiæ alioſq; Angelos, & Angelorum Dominum Chriſtum Ieſum apparentes ſub aliena ſpecie, non intendiſſe hominum deceptionem, ſed manifeſtationem alicujus Veritatis modo congruo ſtatui naturæ imperfectæ, quamvis per accidens ſubſequuta ſit aliquando deceptio ex ruditate, aut malitia videntium, & audientium, ſic dum Chriſtus ſub Peregrini ſpecie finxit ſe longiùs ire, voluit aperire diſcipulis Veritates Scripturarum, quæ de ipſo loquebantur ſimiliter cum in ſcriptura, proponuntur exteriora ſigna viſionum ac verborum, quæ fictionem, aut ſimulationem aliquam continere videntur, non eſt eorum ſignorum propoſitio ad finem decipiendi, ſed revelandi aliquod verum, ad cujus revelationem ſequatur per accidens falſitas modo explicato.] Et ſi in hujuſmodi ſignis dicatur eſſe activa deceptio, etiam erit in omnibus Metaphoris, in quibus non pauci decipiuntur: & hoc dici non poteſt. Ex illis Geneſeos cap. 1. verbis, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, & aliis locis in quibus per Metaphoram Deo oculi, aures, manus, &c. adtribuuntur. Anthropomorphitæ Deum habere figuram, & eſſe ἀνθρωπόμορφον, *homini ſimilem*, crediderunt; at fuit in ipſis ſcandalum receptum non datũ, quia verba, quæ bifariam intelligi poterant, noluerunt unde erat neceſſarium reſtringere. Porrò, ſi homo eſt ſimilis Deo, Deus erit homini ſimilis. At hæc propoſitio, *Deus eſt homini ſimilis*, bifariam intelligi poteſt, vel de corporea, vel de ſpirituali ſimilitudine. At Sacræ Scripturæ verba, ſicubi ambigua videantur, per communem Patrum ſenſum debent reſtringi. Communis autem Eccleſiæ ſententia, Deum eſſe incorporeum definit, hominemque aſſerit propter tres immateriales potentias eſſe ſimilem Deo. Errabant ergò Antropomorphitæ, quia volebant, ad mentem propriam verba illa reſtringere. Ergo ſimiliter aliis in locis debemus neceſſariò procedere, nam, ſi ambigua & indeterminata ſint, non per mentalem aliquam cogitationem, ſed per alios contextus, qui ſub oculos cadunt, reſtringentur.

An obſit Veritati, ſi aliqui fortè decipiantur per accidens.

Cur in Sacra Scriptura ſigna viſionum exteriora ponantur?

Verba Sacræ Scripturæ ſi quando duos vel plures ſenſus habeat, per communem Patrum & Doctorum ſententiã ad verum ſenſum reſtringũtur.

℞. AD PROB. XXII.

De Propoſitionibus Vniverſalibus. *Proponitur Regula ad ſecernendum Vniverſalitatem Realem à Morali. De Immaculata Conceptione Deiparæ. De Hieremiæ & Ioannis Sanctificatione. De duplici Lazari & aliorum morte. De ſalute Trajani.*

VLtima Probatio, cæteris eſt debilior & levior, & Logicæ Moralis, quam ſuo loco exhibemus, ignoratione ſuccollatur. Eſt enim duplex Vniverſalitas propoſitionum: Realis, Moralis. Illa eſt rigoroſa & nullum excludit: hæc aliquorum patitur excluſionem: nam Syncategorema *Omnes*, moraliter ſumptum, eſt

Vniverſitas propoſitionum duplex eſt, realis & moralis

Differentia ponitur, & exponitur.

Fere

Fere omnes, Et quidem multæ ſunt in Sacra Pagina Propoſitiones moraliter univerſales, & hæ nulla mentali indigent Reſtrictione, ut unius aut alterius excluſionem patiantur. Omnes illæ, quæ dicunt *in Adamo peccaviſſe univerſos*; vel etiam, *Omnes eſſe malè natos, & malè conceptos*; & Hiſpanicè, *Que mal nacidos, y mal concebidos todos ſon*; ſunt moraliter univerſales; quoniam in nulla earum includitur Angelorum Regina, quam ſine labe aſſerimus & conceptam & natam. Et ut loquar Hiſpanicè, *Bien nacidos ſon, aunque mal concebidos, Ieremias y San Iuan*. Et à generali illa lege, quæ ſemel mori præcipit, ſubtrahitur Lazarus & alii, qui quoniam fuerunt reſuſcitati, bis mortui ſunt, quin præjudicarent Vniverſalitati Morali. Illi, *In Inferno nulla eſt redemptio*, ſi hiſtoria de Trajano admittatur, dicenda eſt agere de potentia Dei ordinaria, quæ non tollit, ut aliquis eripiatur de potentia abſoluta. Hiſpanus ſum, & habere fundamenta ſecura, unde Trajano congratulari poſſem, deſiderarem. Interim dicam impræſentiarum hanc narrationem eſſe fabulam totam, & quandam cogitatam hiſtoriam, quæ protruditur, & hoc non facio, ne vel hac via Intellectualium Reſtrictionum Patronis, qui hanc cogitatam Hiſtoriam pro fundamento adſumunt, illam firmare & ſtabilire perſuadeam. Etſi enim omnia, quæ de Trajano dicuntur, eſſent vera, nullum novum robur adquirerent Reſtrictiones Mentales.

De immaculata Conceptione Deiparæ.

De Sanctificatione Ieremiæ & Ioannis.

De iterata Lazari & aliorũ morte.

An Trajanus ereptus ab inferno fuerit?

An hac hiſtoria etſi admitteretur, perſuadeat dari Reſtrictiones Mentales?

Sed dices, nondum evacuari propoſitam difficultatem: nam ſyncategorema *Omnis* eſt æquivocum, & poteſt ſumi Realiter & Moraliter. Et tamen in aliquibus ſumi Realiter debet, & in aliis Moraliter, quia Deus ſic illas actu purè interno intellexit. Adhuc igitur ſtant Reſtrictiones Mentales.

Vnde Vniverſalitas, quæ modo Omnis *ſignificatur, ad Realẽ & non ad Moralem, aut contra, reſtringenda putetur?*

Reſpondeo ab omnibus Eccleſiæ Doctoribus, & Sacræ Scripturæ Expoſitoribus hanc Regulam ut infallibilem, & indubitatam admitti: *Omnis Sacra Scripturæ Propoſitio, Vniverſalitatis modo affecta, cenſeri debet realiter Vniverſalis, niſi aut alius Sacræ Paginæ Textus, aut manifeſta Ratio, aut Revelatio authentica in contrarium ſuccurrat*. Non ergo ſumitur ab actu merè interno Reſtrictio. COROLLARIVM. *Ergo peccabit mortaliter, qui ab Vniverſali in Sacra Pagina lecta Propoſitione temerè* (ſine Textu, Ratione, aut Revelatione) *aliquam perſonam ſubducat*. Et hanc ob rem Teſtimonia, quæ omnes in originaria labe eſſe conceptos afferunt, ſunt Vniverſalia moraliter, quia dantur Textus, Rationeſque; immo & authenticæ Revelationes, quæ Deiparam à generali lege excludunt. Et hi Textus, Rationeſque non ſunt tantùm in mente Divina, ſed leguntur in libris, & ore humano pronunciantur. Idem dicito de Propoſitionibus, quæ affirmant omnes in peccato eſſe natos. Quia Hieremiam, Ioannemque legimus in utero fuiſſe ſanctificatos. Et quia etiam illos, qui à Chriſto, aut ab aliis poſt mortem reſtituti ſunt vitæ, bis fuiſſe mortuos legimus, ideò ſtatutum de morte unica, etiam aſſerimus eſſe moraliter univerſale. Et quid denique de illa Propoſitione, *In Inferno nulla eſt Redemptio*? eſſe realiter univerſalem; & ratio eſt, quia nullus in Teſtamento utroque Textus, nulla authentica Revelatio, nulla-ve probabilis Ratio, eam ad moralem acceptionem reſtringit, Ergo generali Regulæ inhærere debemus.

Modus exponẽdi Sacros Libros.

De Trajano alibi uberiùs ſcripſi: utinam vera ſint, quæ ſcribit Damaſcenus; at Ego non reperio fundamentum ſufficiens, ut à Viro illa docto admittatur.

ARTICVLVS II.

Argumentis, quæ ex Sanctorum, & Illuſtrium Virorum dictis & factis ſumebantur, ſatisfacit.

Cur additus ſit hic Articulus?

Diluimus Articulo præcedenti Argumenta, quæ ex Sacra Pagina deſumebantur; & oſtendimus, nec Immenſam Veracitatem unquam, nec Viros plenos Deo, uſos fuiſſe Reſtrictione Mentali: At quia Adverſarii progrediuntur ulteriùs, & exempla producunt, quid de Exemplis univerſim ſtatuam, & quid in ſpecie de illis, quæ edifferuntur, ſentiam, ſum breviter expoſiturus.

Quid Exemplũ ſit?

A definitione incipiendo ſic inquam. Exemplum eſt alicujus dicti vel facti præteriti, cum certi Authoris nomine propoſitio. Ita illud deſcribit *lib.* 4. *Rhet.* Cicero.

Li-

Docti vel indocti ſunt homines: illi rationibus, at hi exemplis moventur.

Libri, quorum lectione homines omnes docti proficiunt, ſunt Superiorum & Illuſtrium perſonarum exempla. Et hanc ob rem *Saturnal.* Macrobius. *Plebeia ingenia magis exemplis, quàm oratione capiuntur.* Quo reſpiciebat S. Benedictus *in cap. 2. Regul.* quando inter alias Antiſtitis prærogativas Magiſterium requirit, & ait. *Cum aliquis ſuſcipit nomen Abbatis duplici debet doctrina ſuis præeſſe Diſcipulis: id eſt, omnia bona & ſancta, factis ampliùs quàm verbis oſtendere, ut capacibus Diſcipulis mandata Domini verbis proponat: duris verò corde, & ſimplicioribus, factis ſuis Divina præcepta demonſtret.* Et poſtea *cap. 7.* rogatus, *Quid debeat Monachus in Clauſtro facere?* eamdem prorſus diſtinctionem reponit: inquit enim. *Nihil agat* (ſi doctus fuerit) *Monachus, niſi quod communis Monaſterii Regula:* vel (ſi indoctus) *quod Majorum cohortantur exempla.* Et hinc has ego Concluſiones deduco. Sit

Quid Monachus (doctus, aut indoctus) facturus ſit?

Prima. *Poſſumus ſecura conſcientia inire viam, quam nobis Viri ſancti & docti praſcribunt. Ergo ſi illi Reſtrictionibus purè internis ſunt uſi, & nos illis poterimus uti cum laude.* Et conſultò ſanctitatem cum doctrina compono: non enim ſola ſanctitas ſufficit, ut aliquis Magiſtrum agat. Rex enim Abimelechus (de quo Cap. I. utrobique art. 1. prob. 3. aliqua ſcripſimus) ſanctus erat, cum Deo loquebatur, & tamen laborabat ignorantiis graviſſimis, ut ibid. oſtendimus. Ergo, ut aliquis verbo aut facto nos dirigat, ut ſanctitatem exornet doctrinam requirimus.

In Magiſtro ſanctitas & doctrina requiritur.

Firmat Antecedens Baſilius, qui *in epiſtola ad Gregor. de vit. ſolit.* [Et habetur apud Antonium *par. 2. Meliſſæ ſer. 35.*] ſic ſcribit. *Quemadmodum Pictores, qui imaginem ex imagine pingunt, identidem exemplario ſpectantes, illorum lineamenta ad ſui opificii uſum transferre ſtudent: ſic, qui ſe ſtudet omnibus Virtutis partibus perfectum efficere, debet elaborare, quaſi ad ſimulachra motu & actione prædita, ad vitas Sanctorum ſæpe oculos animi convertat.*

Ethici & Pictores ſunt ſimiles.

Secunda. *Viri Sancti, quorum Capitis I. Articulo II. fit mentio, Reſtrictionibus Mentalibus non fuerunt uſi.* Et hæc nullo meliori ſuaderi modo poterit, quam per ſingulas Hiſtorias recurrendo. Reſpondeo igitur

An Sancti uſi fuerint Oratione per merum intellectum reſtricta?

Ad probationem primam.

Caſus ille, qui in ea proponebatur, fuit copiosè ſuperiùs expeditus & dilucidatus & purè Mentales Reſtrictiones non probat. Si enim Pater Seraphicus in manicam manum inducens dixit, *Non tranſit hac*, non verba mens, ſed manus ille motus reſtringit. Quod autem feſtinatione perturbati ſatellites de manus motu minimè cogitarint, ſibi imputent; ſæpe enim, qui ſine debita attentione verba audit, non omnia percipit, & tamen non arguitur mendacii, qui loquitur; ſed negligentiæ, qui auſcultare debebat.

Reponitur & dilucidatur Hiſtoria, quæ narratur de Sancto Franciſco.

Multa exempla ſimilia illo Articulo II. ediſſeruntur, ſed inter cætera ſimillimum illud videtur, quod ex Evangelio deſumitur; ſicut enim tangendo manu pectus dixit Chriſtus, *Solvite templum hoc, & in triduo reædificabo illud*: ſic inducendo manum in manicam: *Non tranſit hac*, dixit S. Franciſcus. Et ſicut in Chriſti verbis vox illa *templum hoc* amphibolologia laborabat, quoniam lapideum templum, & Chriſti corpus poterat ſignificare, ſic in Franciſci verbis illud *hac* patebat latiſſimè & varia poterat ſignificare. Et tandem, ſicut verba ſua Chriſtus tacto manu dextera pectore, ad ſenſum, quem volebat, reſtrinxit, ſic ſua S. Franciſcus injecta manu in manicam reſtrinxiſſe dicendus eſt. Non eſt ergo, cur ad aliquam Mentalem Reſtrictionem recurrat.

An ſit alia in Evangelio ſimilis?

Vide Caput. I Art. 1. Prob. 20 & Cap. X. Art. 2. reſponſ. 10.

Ad secundam.

Iuniperi illa verba, *Ego ſum proditor, & magnas proditiones commiſi*; generalia ſunt, & univerſim ſumpta vera; nec indigent aliqua Reſtrictione: nam ſicut hæc Propoſitio *Ego ſum animal*, ut ſit vera, non requirit, ut animal ad rationale reſtringatur; ſic ſimiliter illa *Ego ſum proditor*, erit vera ſumpto prædicato genericè, quin illud ad talem, aut talem proditionis ſpeciem, aut contra talem aut talem reſtringatur.

Multa ob humilitatem dicunt Viri ſanctiſſimi, quæ verum ſenſum habent, ſi cenſeantur ab humilitate reſtringi.

Etiam ſequentia verba, *Graviora adhuc committerem, ſi à Divina Providentia dſererer*; ut jacent, ſunt certiſſima; nec earum Veritas & Sinceritas ab aliqua Reſtrictione dependet.

Notentur illa verba Chriſti, Sine me nihil poteſtis facere.

Ad tertiam.

Se eſſe Hieroſolymitanum Sanctus Firmilianus aſſeruit, & univerſim potuit loqui, quin verba ſua ad hanc, vel illam ſignificationem contraheret. Et id demonſtratur clariſſimè. Sunt enim multa Civitatum nomina, quæ duabus vel tribus diverſo in climate aut loco jacentibus, conveniunt. Nam *Carthago*, Græcè Καρχηδών: ſimplex eſt nomen, & duas tamen celeberrimas Urbes ſignificat: Priorem in Africa, à Regina Dido ædificatam, & tandem

Sunt interdum nomina Civitatum æquivoca.

Carthago.

Digitized by Google

dem à Scipione Æmiliano penitus everſam. Alteram, quam *Novam* dicunt, ut diſtinguant à Libyca, Aſdrubal in Hiſpania condidit, quam etiam ob maximam ſpatii copiam *Spartariam* vocarunt. Eas Hiſpanus ſecernit opportunis nominibus, quoniam *Carthago* (*) Libycam, & *Carthagena* nominant Europæam. Econtra, uno ipſi vocant nomine, quas Latinus diſtinguit. Nã ſub Pachyno monte eſt in Sicilia Civitas, quam Συρακȣ̃σας Græci, & Latini appellant: & reddit celebrem Arethuſa, ab Alphæo, ut creditur, Elidis fluvio, per ſubterraneos meatus fluens, & magna aquarum ubertate prorumpens. Eſt & Cæſar-Auguſta, Græcè Καισαραυγȣ́ςα Hiſpaniæ Tarraconenſis Civitas, quam Strabo *Auguſtam Cæſaream* appellat. Eamque eſſe antiquam Numantiam Pomponius, & alii Scriptores affirmant. Vtraque ab Hiſpanis communi nomine *Çaragoſſa* vocatur. Ergo, qui inter Latinos *Carthaginem*, aut inter Hiſpanos *Çaragoſſam* vocaret, loqueretur æquivocè, & niſi ſuccurret ratio, aut circumſtantia, quæ latiùs patentem vocem determinaret, hæreret anceps & ambiguus Auditor.

Chartago nova

Spartaria.

*) Per omnes caſus *Carthago* Hiſpanicè dicitur, nos enim nomina non declinamus.

Συρακȣ̃σαι. *Syracuſa.*

Cæſaraugusta.

Numantia.

Porrò determinatio, aut adhæret Civitatis vocabulo, vel foris quæritur. Illud prius in nomine *Francofordia* invenitur; illo enim duæ celebres Civitates notantur; altera ad Mœnum, ob vernales & autumnales nundinas tota Europa notiſſima; altera ad Viadrum, quam ſuis ſtudiis librisque David Origanus, Ephemeridum 60. annorum Author & alii Viri eminentes honorant. Has Germani, ut ſecernant, diſtinctionem à fluminibus ſumunt: illam enim **Franckfurt am Mayn**, hanc autem **Franckfurt an der Oder** (*Francofordiam ad Mœnum, & Francofordiam ad Oderam, ſeu Viadrum*) appellant. Hoc poſterius in Alexandria videre eſt. Duæ n. ſunt præcipuæ hujus nominis Civitates in Mundo: alia nempe in Inſubria, alia in Ægypto. Ergo ſi Petrus dicat, *Ego ſum Alexandrinus*, niſi alia circumſtantia accedat, quæ dubium dirimat, hærebo anceps, nec ſciam, an ſit Ægyptius, an Lombardus? Cæterum, ſi eleganter illum loqui Italicè videam, & ſingulas literas tono debito proferre audiam, quia id Ægyptii non faciunt, illum Lombardum dicam, vocemq; æquivocam, per externam circumſtantiam (modum loquendi, & proferendi, quem obſervo) reſtringam & determinabo.

Quomodo Civitatum nomina reſtringi ſoleãt?

Per montes, fluvioſ-ve:

per alias circumſtantias.

Alexandria. Quæ, & ubi ſita ſit?

Ergo eodem prorſus modo de *Hieroſolyma* erit philoſophandum. Duplex eſt, Cæleſtis & Terreſtris. Hæc eſt Iudææ Metropolis, à Melchiſedecho, teſte Ioſepho; condita. Dicitur etiam *Salem*, nec non *Iebus* à Iebuſo Cananæi filio *Ioſue* 18. 28. Et tandem Helia (ut Volaterranus *lib.* 11. affirmat) ab Helio Hadriano Imperatore.

Hieroſolyma. Quæ ſit hæc Civitas?

A quo ſit condita.

Et cur ſic dicta? Et nota hoc.

Et ad ipſum nomen convertens oculos, notare aliquid placet, quod fortè Criticis non diſplicebit. Hebraicè dicitur IERUSALAIM in duali numero. Græcè ἱερȣσαλὴμ indecl. aut declin. ἱεροσόλυμα, ὕμης aut ἱεροσόλυμα, ὑμων. Vnde Latinus habet *Hieruſalem*, *Hieroſolyma, æ*, & *Hieroſolyma, orum*. Aſpirationem omittunt, qui Hebræam ſcriptionem ſequuntur, illam enim, quam Græca appoſuit, Lingua Sancta non habet.

De nomine Ieruſalaim. Quomodo Græcè, & quomodo Latinè proferatur?

Sed cur SALAIM, in numero duali dicitur? ex Iohanne (*) Leuſden reſpondeo; nam in Onomaſtico Sacro ſic ſcribit. [*Helia* (ut Volaterranus libr. 11. ait) ab Helio Hadriano dicta eſt. Is enim Imperator partem ejus extruxit: montem Calvariũ Chriſti Sepulchrum, & Golgotha, loca extra mœnia ſita, muro cinxit. Porrò hæc (etiam) olim Vrbs, bifariam diviſa eſt; in Superiorem ſcilicet & Inferiorem. Superior in vertice Sion, unà cum templo, in ejuſdem montis latere ſita erat; quæ à Conditore, interdum *Civitas David* nominabatur. Templo autem adhærebat Inferior Civitatis pars. 1. Paral. 3. 4.] Et hic duo obiter noto, puncta, quæ dualem numerum exprimunt, eſſe mutata; nam ſi Septuaginta in forma duali nomen illud legiſſent ἱερȣσαλάιμ & non ἱερȣσαλὴμ proculdubio ſcripſiſſent. Ergo, quæ olim vocabatur *Ieruſalem*, poſtquam in duas diviſa, *Ieruſalaim* fuit appellata.

Cur in duali numero, & non in ſingulari aut plurali, nomen hoc proferatur?

*) Leuſden ſe *Iohannem*, non autem *Ioannem* vocat: & quia ſunt multi, quibus ipſe ſubſcribit, tu ſcire vis, An nomen hoc debeat adſpirari, vel nõ? Reſpondeo in Græco legi Ἰωάννης, unde *Ioannes* ſcriptamus Latini: at in Hebræo & Chaldæo eſt *Iohanan*, aut *Iochanan*; & huc reſpiciunt, qui ſecundam in hoc nomine adſpirant.

Circa nominis ſignificationem, quidquid alii dixerint aut ſcripſerint, ſic Ego ſtatuo. Nomen, inquã, ירושלים eſt cõpoſitũ ex ירו & שלים Prima pars, aut provenit à Radice IARA, *Timere* aut à RAA, *Videre, Cernere*. Secunda à Radice SALAM *Pacificum & ſalvum eſſe*, & in Pihel, *Pacificare, ſalvare*, & *ſervare*. Et hinc Mahometus ſuæ Sectæ profeſſores MUSULMANIN, *Pacem conſequutos, ſervatos* (*ſervos* Latinus diceret) nominabat, nam cum ſeveriſſima juſſiſſet lege, univerſos occidi, qui Novam, & à ſe fictam, nollent Religionem admittere, à morte redimebantur, qui Mahometani fiebant, & ideò, ut dicebam, MUSULMANIN appellabantur.

De ſignificatione vocis Hieruſalem.

Quinam ſint Muſulamani?

Non ratione, ſed ferro Mahometus ſuam Religionem perſuadere conatur.

Civitas ergo Hieroſolymitana, olim appellabatur SALEM, *Pacifica*: nam erat fortis, & qui extra illam belli tempore periclitarentur, intra mœnia erant ſecuri & ſalvi.

Poſteà eſt dicta IERUSALAIM, *Hieruſalem*, hoc eſt, *Videte, cernite, conſiderate, Timete Civitatem Salem*. Voluerunt enim

An ſit Hieruſalem terroris nomen?

Iu-

Iudææ Reges talem eam eſſe, ut vel ſolo nomine inimicos terrerèt,

Vnde Hieroſolymam dixerunt, hoſtibus eſſet

Nominis ut Syriis ipſa tremenda ſono.

De Romæ nomine.

nec mirum, Romam enim (nam eſt hoc nomen antiquius ipſo Romulo) à Virente Conditores dixerunt. Quoniam apud Claſſicos Authores legimus, ante Evandrum, & adventum Aeneæ fuiſſe *Valentiam* dictam, & ab his Ῥώμην, manente ſignificatione, & materia vocabuli in Græcam è Latina mutatâ. Ac ſi diceretur Hiſpanicè *la Valiente*. Hinc etiam hodie anteriorem exercitus muniti in campo partem, quam vocabulo Hiſpano, *Frente de Vanderas*, Gallo (ad faciliorem prolationem reducto) *Randevous* hoc eſt, *ſubmittite vos*, appellamus.

Sit ne à Romulo dicta?

Valentia quæ Civitas fuerat?

La Valiente.

Sed, cur Græcus adſpirat ſyllabam, quæ in Hebræo caret adſpiratione? Dicam. Eſt ordinarium frequenſque in nominibus propriis, ſi ſint noſtris ſimiles, illa ad noſtram Orthographiam desfigurare, unde *Celſat*, & *Dermondt*, quæ oppida in Belgio ſunt, *El Ceceſal*, & *Tierramunda* ab Hiſpanis vocantur. Græci igitur, indulgentes huic Genio nomen ἱερουσαλὴμ cõſiderantes, quia habebant nomen ἱερός. ȣ. *ſacer, ſanctus, ſacroſanctus*, (unde χῆνες ἱεροὶ *Sacri Anſeres* apud Plutarchum *de fortu. Roman.*) & etiam nomen ἱερὸν ȣ τὸ *Sacrificium*, voluerunt, ut ἱερὸ σόλυμα. *Sancta Solyma*, aut ἱερȣ σαλὴμ. *Sacrificii Solyma* (in ea enim tantum ſacrificabatur) vocaretur. Debuerunt ergo denſo primã ſpiritu ſyllabam pronunciare. Latini autem (nam variant) in adſpiratione omittenda, aut ponenda, jam Hebræos & jam Græcos ſequuntur. Et hæc de Hieroſolyma tereſtri adnotaſſe ſufficiat: ad Cæleſtem veniamus.

De adſpiratione.
An in hoc prima ſyllaba nomine ſit adſpiranda?

ἱερός. ῶ. ό.

ἱερὸς ȣ τὸ.

Latini in hujus nominis pronunciatione, jam Hebræos, & jã Græcos ſequuntur.

Illa eſt ſuprema Cæli pars, in qua Dominus noſter Ieſus-Chriſtus, Deipara, Angeli, & Sancti reſident, & abſolutè *Cælum*, aut *Empyreum* vocatur. Et de hac ipſa Apoſtolus ad Galataa cap. 4. 26. ſcribit. ἡ δὲ ἄνω, ait, ἱερȣσαλὴμ ἐλευθέρα ἐςὶν, ἥ τις ἐςὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. *Illa autem ſublimis* (quæ ſurſum eſt) *Hieruſalē, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum.* De qua in *Revelationum ſuarum cap 3. 12.* S. Ioannes Evangeliſta ſcribit. Καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τȣ̃ Θεȣ̃ μȣ τῆς καινῆς ἱερȣσαλὴμ. ἣ καταβαίνει ἐκ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ ἀπὸ τȣ̃ Θεȣ̃ μȣ. *Et nomen Civitatis Dei mei, Nova Hieruſalem, quæ deſcendit de Cælo à Deo meo.* Et huc reſpiciens ad Hebræos tertio-decimo ſcribit. ȣ̓ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένȣσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλȣσαν ἐπιζητȣ̃μεν. *Non enim habemus hic* (in terris *Haplotes.*

De Hieroſolyma Cæleſti.
Quid ipſa ſit?

Hoc nomine Cæleſtis Beatitudo vocatur.

Ad Hebræos 13. 14.
Patria Prædeſtinatorum, quæ?

manentem (veram & propriam) *Civitatem ſed* (quia advenæ & peregrini in terra ſumus) *futuram* (quæ eſt noſtra Patria, & Civitas, ad quam anhelamus) *inquirimus.*

Firmilianus igitur Ioannis & Pauli Apoſtolorum Ideis, velut ſplendoribus, illuminatus, videtur ſic fuiſſe loquutus. Quãdo enim ſe eſſe Hieroſolymitanum aſſerebat, nomen poterat indeterminatè ſumere; aut etiam determinatè, vocem æquivocam ad Cæleſtem ſignificationem contrahendo: Si enim illa ἐςὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν, *eſt mater* (hoc eſt, *patria*) *omnium noſtrum*, etiam S. Firmiliani erat patria. Erat igitur Hieroſolymitanus. Et, qui audiebant, ſi erant prudentes, non debebant præcipitare judicium, ſed hærere tantiſper, & conſiderare circumſtantias, quæ loquenti adjacebant, & ex illis vocem ancipitem determinare.

An S. Firmilianus ſine ullo mendacio aut reſtrictione ſe potuerit Hieroſolymitanum appellare?

An & ſe poſſet ab eadem Radice SALAM, *ſalvari*, MVSVLAMAN hoc eſt *ſalvum, ſervatum*, & *redemptum* vocare? Videretur quod ſic. Nam Chriſti ſanguine à morte æterna redempti & liberati ſumus, & *ſervi Chriſti* dicimur, *ſalvi*, ergo & *ſervati* poſſumus nominari Chriſtiani. At reſpondeo quòd non. Quoniam, ut ſcitè nos monet Ariſtoteles; aliud eſt, quod nomen ſignificat; & aliud, unde illud derivatur; poſſunt enim & ſolent voces, quæ ab eadem Radice procedunt, diverſa aut etiam adverſa ſignificare: Lux enim & Lucus à lucendo dicuntur, & tamen in ſignificatione non coincidunt. Vnde ſic Quæſtionem decido. Si nec Mahometus natus, nec Mahometani in mundo fuiſſent, hæc ipſa vox, de qua diſſerimus, nulla fuiſſet ſuperſtitione maculata, & ſe illa, & Chriſtianos Firmilianus honorare & ſignare potuiſſet: at hodie nam eſt reſtricta, & pro redemptis à morte, quia Mahometi deliria admiſerunt, accipitur, Chriſtianis ſimpliciter accenſeri non poteſt. Poſſet autem cum addito; puta, ſi adderetur Epithetum, quod à Mahometaniſmo illam extraheret; ut ſi ſe *Muſulamanum Chriſti* S. Firmilianus vocaret.

An ſe potuerit Firmilianus Muſulamanum *appellare?*

Differunt inter ſe Etymologia & ſignificatio.

De vocibus lux *&* lucus.
Vnde dicantur?
An ab eadem Radice, & tamen diverſa ſignificent?

Epitheta poſſe nomina à communi ſignificatione extrahere.

AD QVARTAM.

SVnt verba Felicis, quæ in examen vocantur, *Nec vidi, nec cognoſco Felicem.* Et circa priorem propoſitionis partem difficultatem non reperio; nemo enim ſe videre dicitur: Ergo verè dicere poterat Felix, ſe non vidiſſe Felicem. Ad poſteriorem tranſeo. Si ſe noſcerent homines φιλαυτία quæ eſt vitiorũ pluriũ ſcaturigo, nõ ita univerſos pervaderet: Vt in aliis vel pygmæa culpas obſervemus, lyncea ſumus:

Nomina propria quæ etiam appellativa ſunt, uno & altero modo accipi poſſunt.

mus; ut gigantæas in nobis percipiamus talpas; quoniam ut ait Menander.

> Ε'αυτὸν δ' ὐδ' εἰς ὁμολογεῖ κακὸν ἔργον.
> *Se ipſum nullus fatetur eſſe malum* (hoc eſt, *male operantem*.)

Quàm neceſſaria ſit ſui cognitio?

Inter alias notitias, quas poteſt homo adquirere, ſicut nulla utilior, ita & nulla difficilior eſt, quàm *Sui Cognitio*. Ideò Pittacus ſibi (& in ſe mihi & tibi) dicebat: & ideò repetebat Chilon, Γνῶθι σεαυτόν, *Noſce te ipſum*. Hæc deberet eſſe Chriſtiani hominis prima notitia, & ita à pleriſque negligitur, ut multi & multi de vocum menſura & copia diſſerant, rerum naturas & eſſentias examinent, Planetis & Syderibus leges præſcribant, & ubi ſe putant univerſa cognoſcere, ſe ipſos neſciũt. Talis erat ille Theologus, de quo ad Ivonem S.R.E. Cardinalem ſic S. Bernardus ſcribit.

Monitum Morale Γνῶθι σεαυτόν.

Bernardus Ep. 193.

Qualis fuerit Petrus Abailardus opinione Bernardi?

Magiſter Petrus Abailardus ſine Regula Monachus, ſine ſollicitudine Prælatus, nec ordinem tenet, nec tenetur ab Ordine. Homo ſibi diſſimilis: intus Herodes, foris Ioannes, totus ambiguus nil habens de monacho præter nomen, & habitum. Sed quid ad me? Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Aliud eſt quod diſſimulare non poſſum, quod pertinet ad omnes qui diligunt nomen Chriſti. Iniquitatem in excelſo loquitur; integritatem Fidei caſtitatemque Eccleſiæ corrumpit, trãſgreditur terminos, quos poſuerant Patres noſtri, de fide, de Sacramentis, de Sancta Trinitate diſputans & ſcribens: ſingula pro ſua voluntate mutat, auget & minuit. In libris, & in operibus ſuis oſtendit ſe fabricatorem mendacii, & cultorem perverſorum dogmatum hæreticum ſe probans non tam in errore, quàm in pertinacia, & defenſione erroris. Homo eſt egrediens menſuram ſuam, in ſapientia verbi evacuans virtutem Crucis Chriſti, nihil neſcit omnium, quæ in cælo, & in terra ſunt præter ſe ipſum.

Quod rarò accidit, reſipuit, retractavit errores, & obiit cum opinione Sanctitatis.

Ergo, ſi homines, qui volunt cenſeri doctiſſimi, ſe non cognoſcunt, non erit cur miremur, ſi ſeſe non cognoſcere, Felix aſſerat.

Nomen Felix, *& proprium, & commune eſt.*

Præterea nomen *Felix* eſt æquivocum nam, vel eſt viri proprium, vel commune ſeu appellativum. Et quidem ubi commune eſt, idem ſonat, quod *Beatus*. Sumendo igitur vocem in hac ſignificatione, adnotato eſſe celebre & verum Stoicorum Dogma, *Beatus, dum vivit, nullus*. Hinc apud Auſonium Solon,

> *Dico tum Vitam beatam, cùm peracta fata ſunt.*

Cui conſonat *Metam.* 3. Ovidius.

An aliquis dũ vivit, felix, beatus ve ſit?

> —— *Scilicet ultima ſemper*
> *Exſpectanda dies homini eſt, dicique Beatus*
> *An[te] obitum nemo ſupremaque funera debet.*

Et hinc Antonius Guzzius errorem conceptum ab aliquibus dedocet, & his Hendecaſyllabis, quibus Titulus, *Nemo Felix*, Veritatem propalat.

Stoicorum Dogma.

> *Antiquæ decus ò Severe, Gentis,*
> *Noſtræ deliciæ, vetus Sodalis,*
> *Quòd te ſollicitus clines veretur,*
> *Et Patres, Equiteſque conſalutant,*
> *Quòd multos numeras Avos potentes,*
> *Fumoſiſque diu inclytos tabellis (*)*
> *Quod centum domus eſt frequens Miniſtris*
> *Et plus omnibus es pecunioſus; &c.*
> *Forſan te ſatis æſtimas Beatum.*
> *Immò propterea, Severe, non es.*

Infelix homo redditur, unde vulgo felix putatur.

Ergo, ſi in vivis Felix nemo, meritò *ſe non vidiſſe Felicem*, Satellitibus reſpondit Felix.

*] In Academiis Hiſpaniæ ſummo habetur honore Collega cujus eſt toga lacera. *Collegial de manto roto* dicitur, & ad eos, qui ſub vili veſte aut fortuna condunt qualitates eximias vocum promovetur Tranſlatio. Ratio glorioſæ ſignificationis è more Academico ſumitur, nam Doctori Collegio Majori ex. gr. adlecto, unica datur Toga, quæ *Manto* patria lingua vocatur. Hæc refici & farciri poteſt, at mutari non poteſt, & ideò poſt ſextum aut octavum annum eſt lacera. Laciniæ igitur & centones in illa, tametſi videantur tacere, vociferantur, inquiuntque,

Colegial de manto roto, quis ſit, & cur ſic ab Hiſpanis vocetur?

> *Magiſter iſte, qui peꝛtranſiſt, Hoſpites,*
> *Ruptis, maliſque veſtibus;*
> *Licet videtur eſſe ſortis infimæ, eſt*
> *Authoritate maximus:*
> *Antiquitatis optimi exſtant indices*
> *Fragmenta, conſuta toga.*

Similem huic metaphoram (promotam ulteriùs tranſlationem) in voce *Fumoſi* reperio; nam *antiquus* æquivalet, & hinc ſumitur æquivalentiæ ratio. Tabellæ, quarum Guzzius hic meminit, ſunt Majorum Imagines: in aulis hæ collocabantur, in aulis divitum tota hyeme ardet ignis, ignis fumum excitat: & hic paulatim tabulas & muros inficit & denigrat. Ergo fumoſæ Imagines de divitiis & antiquitate teſtimonium ſecuriſſimum præbent.

Fumoſa Stemmata, quæ ſint, & cur ita vocentur?

Ad Qvintam.

Fratris Franciſci Hiſtoria monet nos, ut Carmelitas, quos Deus cæleſtibus epiphaniis illuminat, humili devotione veneremur; floret enim hæc Novo-antiqua Religio, & vita exemplo numeroſas myriades hominum ad Empyreum conducit. At non ſuadet admiſſum iri Reſtrictiones Mentales. Illa enim verba Adulteræ, *Mihi hunc infantem Fr. Franciſcus tradidit, ut ex charitate nutriatur*, cõtinens manifeſtum mendacium; nec illa poſſumus aut volumus emaculare. Illa autem Religioſi divinitùs illuminati, *Frater noſter; ſi angelulum nutrire non vult, illum nobis conſignet, & alibi nutriri curabimus*, nihil affirmant, & ideò non poſſunt incuſari mendacii. Non ergo debet ad Mentalem aliquam Reſtrictionem

De Ordine Mõtis Carmeli.

recur-

recurrere, cui illorum placeat puritatem & ſinceritatem defendere.

Hiſtoriis, niſi authentica ſint nihil fundari poteſt.

Reſpondi ſupponendo veritatem Hiſtoriæ, quam non video à D. Ioanne Antonio de Vera aut D. Chriſtophoro de Benavente ſufficienter probari: dico enim illam non eſſe authenticam, quia caret illuſtrium Theologorum ſuffragio: Et falſitatis ſuſpicione illam laborare ſubjungo, non enim bene cohæret Fundamentis & Principiis Theologiæ Chriſtianæ. Et quidem, re accuratè perſpecta & examinata non video, cur in illa mulicrcula adulterium, mendaciumque miraculo ſint honoranda: nec percipio cur tanta providentia Deus peccatricem voluerit à promerita pœna ſubducere, & fr. Franciſcum tam opportunè mittere, ut miſer ille maritus ignominiam, quam fuerat rimatus, dediſceret. Vt minimum, qui hanc Hiſtoriam adducunt, debuiſſent præmittere Aureliam ſacramentali confeſſione, pænitentia, & lachrymis ſcelus obliteraſſe, ut Dei favor non crimen, ſed deteſtationem illius conſequeretur.

Cur falſa, & indoctè cogitata videatur?

Ad Sextam.

De differentia inter verbum, & factum.

HOmo dives, cujus intereſt ut cæteri eum judicent pauperem, non poteſt poſitivè dicere, *Ego ſum pauper*: at poteſt illa ſine mendacio facere, quæ faciunt homines inferioris fortunæ; pura, veſtes viles induere, & cibis ruſticanis nutriri. Sic ſimiliter homo, cujus intereſt ut eum cæteri judicent fatuum, licèt non poſſit poſitivè dicere, *Ego ſum fatuus*, poterit tamen ſine mendacio illa omnia facere, quæ reverà contra legem Divinam aut humanam non militant, & paſſim agitantur à fatuis. Ergo, ſine mendacio vociferari, cantare, ſaltare, currere, & ſimilia alia poterit, quin mentiri dicatur. Demonſtrat id Davidis ſuperiùs dilucidata hiſtoria, qui ubi id prudentia poſtulabat, ſe eſſe delirum finxit, mendaciique à Doctoribus non accuſatur. Audi P. Ioannem Poncium, qui *4. tom. in 3. Sentent. diſt.* 38. *quaſt. unic. pag.* 649. *b. num.* 212. ſic inquit. (Addit autem Doctor (Scotus) talem fuiſſe ſimulationem, qua David 1. *Reg.* 21. finxit ſe inſanum. Atque adeò inferendum eſt ex ipſius ſententia, quandoquidem David non habuerit ad illam ſimulationem ullũ finem malum, ſed potius bonum, eum non peccaſſe in illa ſimulatione. Quod tenent Interpretes communiter, & ſpeciatim Abulenſis. &c.) Ex quibus omnibus ſic poterimus argumentari. Caſtitas, & quæcumque aliæ Virtutes vitæ materiali præponderant. Ergo, ſi ob vitæ conſervationem Davidi licuit ſe ſimulare fatuum, etiam ad Caſtitatis cuſtodiam id ipſum licuit S. Domnæ; & ad fovendam Humilitatem Simoni, Oppiano, D. Didaco Mondragonio, & aliis. Accedit hujus ultimi Hiſtoriam Scriptorum & Cenſorum judicio talem fuiſſe, quæ potuerit cælitùs adprobari. *Scen. 2. in fin. pag. 16. b.* comparet pulcher parvulus & ait.

Non licet diviti dicere, Ego ſũ pauper: at licet, ita ſe habere ac ſi eſſet pauper.

De Davidis delirio.

An omnis Humilitatis via ſecuriſſima ſit?

Hapletes.

Puer. *Que hazes Diego? otra vez*
A frequentar las Eſcuelas.
Didac. *Si niño; que un ignorante*
Siempre es meneſter que apprenda.
Pero dexando eſto a parte,
Diga Vueſtra Reverencia,
Si a caſo viene a picarme.
Puer. *No: pero vengo aque entiendas,*
Que aunque eſto es buen camino,
No es la verdadera ſenda,
De llegar a Perfeccion.
Didac. *Altas palabras ſon eſſas,*
Fraylecito de mis ojos.
Puer. *No ſabes, que Dios revela*
Siempre a los mas pequeñitos
Sus ſecretos. Didac. *Pues que intentas?*
Puer. *Enſeñarte otro camino;*
Que aunque es verdad que deſprecias
Por Dios el Mundo, al fin vives
Donde a nadie te ſugetas.
Didac. *Que mas grillos, que el deſprecio*
Deſtas affrentas? Puer. *No aciertas,*
Que no puede ningun hombre
Hazer coſa mas perfecta,
Que ſugetar ſus paſſiones
A la voluntad agena.
Didac. *Pues, Bien mio, un Inſtrumento,*
Aunque le falte una cuerda (*)
Suele ſonar bien templado,
Porque las Virtudes ſuenan
Tanto, que aquella que falta,
Parece que eſta con ellas.
Yo puedo con libertad
Suffrir por Dios eſta affrenta,
Sin que la Obediencia falte.
Puer. *Es voluntaria: y no llena;*
Que hazen juntas las Virtudes
Mas dulce correſpondencia.
En fin tu no ſabes tanto
Como Aguſtin. Didac. *Tente: eſpera:*
Diſcreto Niño. Puer. *La mar*
En vaſo pequeño encierras.
Didac. *Pues quien eres.* Puer. *Quien ſe ſirve*
De gente, que le obedeſca.

An adire ad Scholam poſſit, qui ſit doctior Magiſtro?

Via ad perfectionem, qua?

Ad Cælum per Obedientiam & Humilitatẽ adſcenditur.

(*) Angliam, Inſulam feliciſſimam, juſſus quidam Apelles Morali penicillo obumbrare, Cytharã pinxit, in qua chorda prima, quam vocant, erat fracta, addito hoc Lemmate, *Me deficit una fides*. Et meritò, nã ipſâ, ut beata ſit, ſola deficit Fides Catholica.

Et perſuadent hæc Tetraſticha Rythmica, non eſſe malum ignorantiam aut etiam ſtultitiam fingere: ſi. enim homo contemnitur & per Humilitatis viam ad

Humilitatis viam Obedientia tutatur.

gloriam Cœleſtem perducitur. Sed tamen aſſeverant, hanc non eſſe ad Perfectionem viam; quia, cùm melior ſit Obedientia, quàm Victima, ubi non ſubjicitur Superioris imperio liberum inferioris arbitrium, non poteſt inveniri perfectio.

De Iona, qui agebat fatuum in Aula Imperatoris Ferdinandi II.

SUccurrit hæc Hiſtoria, quæ præcedentes caſus poterit dilucidare. [Ionas, homo ingenioſus, peritus Muſices, tinctus aliarum Liberalium Facultatum coloribus, ſimulavit ſe fatuũ, & in Ferdinandi II. aula nutritus dicteriis & acuminibus recreabat univerſos. Et in ultimo morbo gravibus angebatur ſcrupulis, quod fuerit abuſus diſcretione & prudentia, quas Dominus ſibi conceſſerat.

An talento calitùs dato abutendo peccaverit?

Erant aliqui, qui ejus turbationem foverent, ejuſque ſimulationem condemnarent. Afflicto addebatur afflictio: & vir miſer inveniebat ſcopulos, ubi portum ſe inventurum ſperabat. Tandem ſupervenit Semphronius, Religioſus & doctus, qui his illum verbis conſolatur. *Prudentia*, ait, *eſt Virtutum Regina, individua omnium comes, ſi Ariſtoteli credimus: & ſi Socrati, omnium illarum forma, ipſa enim in hac Schola materialiter ſecernuntur tantummodò. Hæc jubet primò, non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Et hæc ſecundo ut obliviſcamur injuriarum, hoc eſt ut illarum nos immemores eſſe ſimulemus, ne memoria ſuggerat occaſionem vindictæ. Hæc perſuaſit Davidi ut eſſerum ſimularet delirium, ubi hæc ipſa ſimulatio erat ad vitæ conſervationem neceſſaria. Hæc aliis Sanctis ob alios bonos fines. Relinquere filios divites, & qui ſtipē mendicare non debeant, & ob mediorum defectum ingenuè educari non poſſint, finis honeſtus eſt. Ergo potuiſti licitè hunc intendere finem, & adhibere media quæ Prudentia dictaret. Hæc ſimulationem fatuitatis propoſuit. Et tu hanc ingreſſus viam, filium in ſchola nutriſti, & ad lauream promotum, ſi ſupervivas, ad Senatorias dignitates promoveri videbis. Tuam in uxorem filiam ob opulentam dotem multi Nobiles poſtulant. Ergo tua ſimulatio prudentiſſima fuit: nec peccati prudenter incriminare poteſt, qui ad finem honeſtum, quem intendit, media adhibet, quæ prudentia præſcribit.* Hanc ultimam à Semphronio inſtructionem, & conſolationem Ionas habuit: an in ejuſdem verbis aliquid ſit dignum reprehenſione tu judica.

De Prudentia.

An aliquando occaſiones ſuccurrant, in quibus Prudentia poſtulet, ut te ſimules eſſe imprudentem?

AD SEPTIMAM.

De generum diſtinctione.

SExuum diſtinctionem, quam in Animantibus Natura poſuit, multi etiam Scriptores reperiri aſſeverant in ſyſtemate Vegetativo. Illam Nomenclatores expreſſere in vocabulis, ita ut non ſolum Nomina, ſed etiam apud Hebræos verba dividantur in maſculina, & fœmenina. Hanc autem Nominum Verborumq; per ſexus accuratam diſcretionem pertinere ad ornatum, Lingua Ibera perſuadet, quæ eſt erudita & eloquens, & tamen diſtinctione generum non præpeditur. D. Franciſcus Maria Maggiùs in Linguarũ Orientalium Syntagmate, pag. 33. S. t. de Genere Nominum Iberorum. [*Genus apud Iberos unicum eſt & invariabile* (Ego, *nullum eſt* dicerem) *nam* LAMASI *ſignificat* pulcher, pulchra, pulchrum, CHAI probus, proba, probum. *&c.*] Nec à more Iberorũ abſunt omninò gentes aliæ, nam ſicut apud Latinos Subſtantiva *Sacerdos, Antiſtes, Martyr*, &c. & Adjectiva, *Prudens, Felix, Potens*, &c. confundunt genera, ſic etiam alia potuiſſent Nomina, ſi Nomenclatori libuiſſet.

An ſexuum diſtinctio reperiatur in arboribus?

An in nominibus & verbis?

De Hebræa, Ibera, & aliis linguis.

Alias maſculis veſtes & alias fœminis Lex naturalis non præſcribit; præſcripſerũt humanæ, quæ ob bonũ publicũ, non ſolùm à mulieribus viros, ſed etiam à Iudæis Chriſtianos, à laicis eccleſiaſticos, à ſervis dominos, à plebeis nobiles in veſtium ornatu diſtinguunt. Hæ olim leges nec generales fuerunt, nec Moralia ubique: nam vel non erant, vel pœnam minabantur tantummodò.

An viri & fœmina veſtibus diverſis debeãt uti?

His præmiſſis ad ea, quæ ſeptima objiciebat Probatio oculos convertamus.

Ante Diluvium Caini filias mores viriles affectaviſſe legimus, at veſtes viriles adſumpſiſſe non legimus. Ea autem, quæ de earum inſolentia dicuntur, nil contra nos probant, nã ab omnibus incriminantur.

De Caini filiabus.

Poſt univerſalem cataclyſmum prima fœmina, quæ virili habitu uſa, fuit Semiramis. Et de ipſa ſic Adverſarius debet argumentum formare. [Viriles veſtes ſignificant ſexum virilem. Fuiſſet ergo mentita Babyloniorum Imperatrix, (erat enim fœmina, & habitu virili incedebat) niſi illam ab hac culpa Mentalis Reſtrictio ſubduxiſſet. Ergone tali illa macula dedecoretur, dicenda eſt uſa fuiſſe aliqua Reſtrictione Mentali.]

Quænam prima fœmina fuerit, quæ veſtibus virilibus uſa?

Honor Regis judicium diligit, pſalm. 98. 4. inquit Propheta: & ex illo ego infero de honore Reginæ cum judicio eſſe agendũ. Semiramidem fuiſſe glorioſiſſimam Principem univerſi fatentur. Audiamo Genebrardum, qui *ad annum Mundi 393. Diluvii verò 2049. pag. 56. a.* ſic inquit. [Babylonem in miro camporum æquore in quadrum diſpoſuit, Murus ejus ex coctili latere, infuſo bitumine, in latum habuit cubitos 50. in altum 200. in ambitu ſtadia

Prima in Mundo mœnia erecta ſunt à Semiramide.

Quanta illa fuerint?

470. Vicenæquinæ portæ in laterum unoquoque, ut eſſet ἑκατόμπολις. Quarum oſtia miræ magnitudinis ex ære fuſili. Oroſius.] Dixerat paulò antè, [Prima poſt Diluvium metalla excoluit captivorū opera. Laude bellica illuſtris multa in Oriente præclarè geſſit ad Oceanum Æthiopicum & Indum fluvium latiſſimū, cujus ripas ponte 60. ſtadia longo 30. lato junxit. Suidas.] Et paulò poſt [exercitu tredecies centenorum millium peditum, quingentorumque millium equitum per Bractianos in Indiá fruſtra (*) penetrat.] Hoc tamen non obſtante, cur debeat excuſari à mendacio nō video, fuit enim Ethnica, & Idololatriæ propagatrix eximia. Genebrardus [Ducenta Idolorum millia ex ebore, & ligno finxit, ſicque Orbem Idololatria replevit. Suidas.] Ergo, quæ de impietate in Deum convincitur, de mendacio, ſine detractione, poterit accuſari.

*) Poſtquam admiratus fueris immenſum hunc peditum & equitum numerum, nota illud *fruſtra*, & inde collige fuiſſe tunc in India alios Reges, qui majori militum copia Babylonios retunderent.

Tranſco ad Amazones. Fuiſſe aliquas fœminas animoſas, & quæ exercititiis militaribus delectarentur, certum eſt. Talis fuerit Penthesilea in Scythia, canit enim Virgilius Heroici Operis primo.

Ducit Amazonidum (*) na (lunatis agmina peltis

Penthesilea furens.

*) Ponit *Amazonides* pro *Amazonibus*, ſicut alio in loco *Scitiadas* pro *Scipionibus* ut inquit Servius.

& talis in Lybia Hasbite Harbæ filia, quam Silius Italicus *lib.*2. Amazonico more pelta exornat. Et tales fuerunt Agarenæ illæ fœminæ, quæ cum maritis militaſſe dicebantur. Et tales denique illæ, quæ ſub Alberto, & Leopoldo, Archiducibus Auſtriæ, honores nactæ in exercitu Belgico. Verùm enim verò fuiſſe integrum populum, in quo ſolæ fœminæ viverent; & fuiſſe integrum exercitum, in quo ſolæ militarent mulieres; ſi videro, ſum crediturus. Profectò Anthores, qui harum fœminarum mores ſcribunt, aut exſcribſit, non videntur rem ipſam, ſed etymologiam tantum nominis conſideraſſe. Nam (1) quæ de mammæ inuſtione dicuntur, ſumpta videntur à nomine μαζὸς, quod *mammam* ſonat, & ab α litera privativa, unde αἱ Ἀμάζονες erunt fœminæ, quæ carent mãma. Quæ autem (2) de earumdem victu adduntur etiam ad etymon attinent, nam μάζη eſt *puls*, ſeu *panis*, & pauperrimi in Græcia, quos panis deficit, οἱ ἀμάζονες nominabantur; & quia hoc etiam nomine hujuſmodi fœminæ ſignificantur, dicuntur ab Hiſtoriographis caruiſſe pane, & in ſumma paupertate vixiſſe. Et denique (3) quia ex ἅμα & ζῆν nomen deduci poteſt (& tunc *Hamazones* ſcriberemus) vocula enim ἅμα eſt *ſimul*, & ζῆν *vivere* importat. At omnia hæc in arena fundantur; fortè enim nulla ex his tribus nominis derivatio ſubſiſtit, nam à Nympha Amazonide Samorne filia illas dici jubet Stephanus, & ab Amazone, Regina Epheſi & Dianæ Sacerdote vocem deduci malunt alii.

An Amazones fuerint in Lybia?

De Hasbita Harba filia.

De Nominis Ἀμάζονες *etymologia.*

α *eſt litera privativa.*

Μαζός, mamma.

Μάζη, puls, panis.

ἅμα ζῆν ſimul vivere.

Amazonis fuit Samorna filia. Et Amazo fuit Regina Epheſi.

Ergo nihil eſt certi in Hiſtoria Amazonum, ergo nihil eſt unde aliquod poſſit contra nos argumentum formari. Sed exercitū gratia concedamus, fuiſſe olim talem in Aſia populum, ſolas fœminas virorum numeroſos exercitus viciſſe, ſuperaſſe, triumphaſſe. Et quid, ſi muliebri illæ habitu & non virili indutæ, armatæ, & exornatæ fuerint? Ceſſabit Quæſtio. Sed demus ſexum virilem ipſas fuiſſe mentitas. Quid ἄπιςον & incredibile ſequetur, ſi illas peccaviſſe in mendacio dicamus.

An incerta ſint omnia, quæ de Amazonibus ſcribuntur?

Quæ de Saracenis in Luſitania fœminis §. *Inter viros*, adduntur, non urgent; ſicut enim noluimus Semiramidem, aut Amazones, Gentiles mulieres, à culpa mendacii defendere, ſic nec volemus Mahometanas. Impiæ & Infideles erant, & quæ ſine horrore committerent qualecumq; mendacium.

Non eſt cur laboremus, ut infideles fœminas emaculemus à mendacio.

Venio ad Chriſtianas: & ut ſcias, quid de illis duabus, quæ diverſis temporibus in virili habitu militarunt in Belgio, & quid de Feliciana etiam, quæ ſua doctrina, & lauru honoravit Salmanticam, dicturi ſumus, doctrinam generalem præmittamus.

Porrò mares & fœminas praſcindendo à periculo, debere indumentis diſtingui nō præcipit Ius Naturale: nec contrarium, lex Deuteronomii perſuadet. *Nec induetur mulier veſte virili, nec vir utetur veſte fœminea: abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc.* Et cur id præcipitur? *Vt occaſio tollatur multarum malorum*, inquit Clarius in ſcholio hujus loci. Et quia hæc lex erat Cæremonialis poſt Chriſtum cum toto Veteri Inſtrumento ceſſavit.

Deuter. 22.

An fœminis virilem veſtem Iura Naturalia interdicāt?

Et quid de Moſaica lege dicendum ſit?

Vt obviam irent abſurdis, & inconvenientibus, omnes Politici Legislatores inter mares & fœminas diſcretionē veſtium determinarunt. Et quia majora reſultarent, ſi virilem veſtem gererent mulieres, quam contra, Capite *Si qua mulier diſt.* 30 anathema dicitur mulieri, & non viro. Et hodie Romæ in Bacchanalibus larvatis viris permittitur muliebri habitu incedere, nō autē fœminis virili. Ne autem occaſione citati capitis in Concionibus ſuis adlucinentur Eccleſiaſtæ, & conſcientias Auditorū obnubilent, duas Roſella *in ſumm. verb. Ornatus.* Concluſiones ſcitu dignas proponit. Et eſt

De Humanis legibus.

Quid Regia, & Pontificia ſtatuant?

Roſella Reſolutio.

Prima. *Si mulier geſtet veſtem virilem aut contra, malo animo & depravata intentione, puta ut poſſit liberiùs luxuriari, peccat mortaliter: & præter hoc mulier, non vir,*

Quando mutare veſtem ſit peccatum mortale?

in-

incurrit excommunicationem. Eſt Nicolai de Lyra, & Archidiaconi: ſic enim ille Deuteronomii textum, & hic caput *ſiqua mulier* exponit. Et ſi ſe objectum (id quod fit) & finem (rationem, ob quam fit) contempleris. Mutatio veſtis ob pravum finem facta ſemper erit mala ratione finis: cæterum, ſecundum ſe habebit ſpecialem malitiam, ſi lege Humana ſit inhibita: pœnalem ſcilicet, ſi lex ſit pœnalis: moralem autem, ſi moralis. In Excommunicatione autem, quia peccatum mortale ſupponit, ſemper debet præintelligi formale & morale præceptum: nam, & velle cenſuram excommunicationis incurrere (eſt enim ſpiritualis & graviſſima pœna) novi peccati circumſtantiam importat.

De Excommunicatione. An, & quomodo ſupponat, & committatur peccatum mortale?

SECUNDA. *Si nulla ſit prava intentio & tamen fæmina permiſſu recreationis gratia larvata incedat, & habitu induta virili, non peccabit mortaliter, & aliquando nec venialiter*. Et fatetur Roſella hanc concluſionem eſſe contra Prædicatores, qui audacter concionantur oppoſitum. Et hanc doctrinam eſſe ſatis probabilem aſſeverat Tabiena *in ſum. verb. Fæmina. n. 4.*

Quando veſtis mutetur ſine culpa?

Notetur hæc Concluſio.

Corollarium. *Roſellæ ergo ſententia, Fæmina, quæ habitum virilem gerit, non dicit tacitè*, Ego ſum vir, *ſed nihil affirmando aut negando, veſtes tantum viriles ut ſigna ad primam operationem intellectus pertinentia, proponit*. Patet; quia, ſi veſtibus diceret, *Ego ſum vir*, mentiretur; & ſi ſemper mentiretur, ſemper peccaret ſaltem venialiter. [Et retine memoria hoc Corollarium, nam ſæpiſſimè prodeſſe poterit.]

Reſolutio Roſellæ.

HOC Corollarium ex Roſellę doctrina deductum recognoſco, & quia maximas conſequentias parturire videtur, totam Probationem Septimam, ut eam poſſim evidentiùs diſſolvere, ad Synopſim reduco, Adverſarioſque ſic argumentari ſuppono.

Partis Contrariæ Argumentū reponitur, & ad Scholaſticā formam reducitur.

Qui muliebri habitu indutus, lingua diceret, Ego ſum mulier, *mentiretur: ſi tamen diceret*, Ego ſum mulier apparens, *non mentiretur*. Patet: quia homines in rebus, quæ à ſenſu & experientia pendent, ſecundum ea, quæ oculis videmus, judicamus. [*Et idem de fæmina dicendum eſt, quæ habitum virilem gerens*, Ego ſum vir *aut* Ego ſum vir apparens *diceret*.]

An, qui mutat veſtes, mentiatur?

At Mentis verba vocalem orationem complent.

Ergo ille, ſi lingua diceret, Ego ſum fœmina, *& mente* apparens *adderet, non mentiretur.*

Ergo ſimiliter illa, ſi lingua diceret, Ego ſum vir, *& mente* apparens *adderet, non mentiretur.*

Atqui veſtibus loquuntur homines; ipſæ enim linguæ & vocis vim habent.

Ergo, qui muliebri habitu induitur, ſi nihil mente addat, mentitur. Patet conſequentia; quia ipſe eſt vir, & ſuis veſtibus, velut lingua ait, *Ego ſum mulier*. Et de muliere quæ veſtem virilem gereret, pariformiter eſt philoſophandum.

Ergo, qui induitur muliebri habitu, ſi tamen ſe veſtibus loqui de ſexus diſtinctione apparente ſubintelligat, non mentitur. Patet conſequentia; quia tametſi lingua veſtium loquatur & dicat, *Ego ſum mulier*, quia mente illud *apparens* addit, non mentitur: qui enim veſte fœminea induitur fœmina apparet.

At ſemper debemus de proximo bene præſumere.

Ergo, quando ille actum elicit, qui poſſit bene & male fuiſſe elicitus, debemus benignā opinionem amplecti & de proximo bene judicare, Auguſtinus verba illa Chriſti, *Nolite judicare*, dilucidans. *Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant in meliorē partem interpretemur. Quod enim ſcriptum eſt*, A fructibus eorum cognoſcetis eos, *de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri. Sunt autem quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant* (*) *quia in malo & bono fieri poſſunt, de quibus temerè judicare maximè eſt ut condemnemus*. Et id ipſum *lib. 2. contr. Manich.* reponit dicens. *Duo ſunt, in quibus temerarium judicium eſt, cavere debemus, cum incertum eſt, quo animo quid factum ſit*, &c.

*) Quæſtio illa quæ interrogat, *An dentur actus indifferentes?* inter Thomiſtas & Scotiſtas agitata, hic clariſſimè à D. Auguſtino dirimitur; quæ enim à ſolo fine & intentione bonitatem aut malitiam recipiunt, indifferentia sūt, ſi ſecundum ſe conſiderentur.

Ergo, quando verba ſine Mentali Reſtrictione dicta, inficerentur circumſtantia mendacii; & cum Reſtrictione dicta, eſſent veracia; ſine mendacio, ac per conſequens cum Reſtrictione fuiſſe dicta, judicare debemus.

Ergo ſimiliter, ſi veſtes muliebres ſine ulla Mentali Reſtrictione geſtæ à viro, importarent mendacium, & cum Reſtrictione carerent mendacii malitia; ne proximum temerè mentitum fuiſſe ſentiamus aut dicamus, debemus neceſſariò ſenſere eum, qui talibus veſtibus utitur, Reſtrictione Intellectuali præoccupari.

N.B. Temere judicat, qui male dialecticatur. Et dialecticatur male, qui ex Præmiſſis certis incertā, aut ex incertis certam Conſequentiam deducit. Et, ſi hic error contra proximum ſit, qui temerè judicat, peccabit.

PLacet modò in forma ad ſingulas propoſitiones reſpondere. Animo igitur & mente adſunto.

Contraria Partis Argumentū diſſolvitur.

Illam Majorem, *Qui muliebri.* &c. prout jacet, abſolutè concedo.

Minorem ſubſumptam, *At mentis verba*; nego: nam contra illam totus iſte liber procedit. Et quia duæ conſequentiæ quæ immediatè ſequuntur, (videlicet, *Ergo ille*, & *Ergo ſimiliter*) eamdem doctrinam

Nullus debet admitti ad Orationem mentaliter reſtrictā recurſus.

nam

nam continent, debent conſequenter negari.

Subſumitur, *Atqui veſtibus homines* &c. hoc ut certum, & indubitatum admittitur.

Sequitur. *Ergo qui muliebri habitu induitur, ſi nihil mente addat (per veſtes enim loquitur, & ait, Ego ſum mulier) mentitur.* Et hanc conſequentiam, ut paulò antè vidimus, negat abſolutè Roſella. Fortè, qui per veſtes loquitur, nihil affirmat (a) ſed tantum dicit, *Ecce Veſtes fœmineæ*; & veſtium ſignum, non ad ſecundam, ſed ad primam Intellectus operationem pertinet. Fortè affirmans per veſtes ait, *Hæ ſunt veſtes fœmineæ*. Et tunc nihil argumentum evinceret.

Illi volunt Mentales Reſtrictiones admittere, ne obſcuras perſonas fuiſſe mentitas aſſerant: & nos, ſi aliunde eas excuſare nõ poſſumus, eſſe mentitas, libere cribimur.

a) Propter illa verba *Fortè*, &c. *nihil affirmant*. Debebo adhuc hanc eandem doctrinam uberiùs ediſſerere; in ea enim plurimi falluntur & hallucinantur, quoniam generali notitia præoccupati diſcurrunt ſic. [Veſtes loquuntur. Ergo mentitur fœmina, quæ viriles; & vir, qui fœmeninas induit.] Et ego ab illis peto, An omnis loquutio ſit ſemper affirmatio, aut negatio. In ſola ſecunda Mentis Operatione Mendacium, Veracitaſque reperitur: nec tamen omnia quæ proferuntur lingua ad ſecundam Mentis Operationem ſpectant. Quid ergo tacitè loquuntur illæ veſtes? Si viriles in corpore mulieris dicant, *Ecce veſtes viriles*; nihil prorſus aſſerent, aut negabunt. Ergo, nec mentientur: nec videntes decipient: præbebunt tamen occaſionem, ut illi ſe, ſi velint, decipiant: hunc diſcurſum formando. [Qui viriles veſtes gerit, vir eſt. Hic veſtes viriles, ut conſpicitur, gerit. Ergo hic eſt vir.] & conſultò illud, *ſi velint*, interſerui; deceptio enim hujuſmodi, eſt recepta, non data; nam ex malo procedit ſyllogiſmo, quem non illa (fœmina virili veſte induta) ſed illi (qui illam vident) conformant. Eum autem ſyllogiſmum malum eſſe perſuadeo. Major enim, quæ indefinitè profertur, aut Univerſali, aut particulari æquipollet. Si Primum; eſt falſa: fœminas enim veſtibus maſculinis indutas vidimus, & interdum videmus: & ex falſis legitima non procedit Dialectica. Si ſecundum, eſt vera: at ex particularibus nihil neceſſariò concluditur. Non ergo in caſu fœmina activè decipit: ſed illi paſſivè decipiuntur (hoc eſt, ſe decipiunt) quia volunt. Interim tametſi Concluſio ex veſtibus deducta nõ ſit evidens, ut minimum eſt probabilior; quoniam loquendo regulariter, ſinguli ſexui correſpondentes veſtes gerunt.

Non omnis Oratio, ſolet eſſe Affirmatio aut Negatio.

In qua Mentis Operatione invenitur Mendacium?

Ex falſis, & ex particularibus nihil in Dialectica bona concluditur.

Quàm ſit certa Concluſio, quæ à veſtibus ſolet deduci?

Sed concedamus contra Roſellam per veſtes illum loqui & dicere, *Ego ſum mulier*; & ſi nihil mente adjungat, mentiri. Inferũt, *Ergo, qui induitur*. &c. aſſuntque per Mentalem Reſtrictionem illum à peccato & mendacio excuſari. Et ego, nam Intellectuales has Reſtrictiones non admitto, Illationem hanc nego.

Subſumebant, *At ſemper*. &c. & inferebant, *Ergo, quando ille*. &c. Et reſpondeo Prudentiam ſcire exactè Dialecticam, & ex dubiis dubias, ex incertis incertas, ex probabilibus probabiles, & ex certis & indubitatis certas, & indubitatas Conſequentias inferre: & addo nemini Charitatem præcipere, ut ſtupidus aut cœcus ſit, & contra Dialecticæ leges in ſuo diſcurſu exorbitet.

Et veniens ad ſecundam Conſequentiã; videlicet, *Ergo quando verba*. &c. duo dico, *Alterum*, eam eſſe de ſubjecto non ſupponente: non enim dantur Propoſitiones quæ abſolutè dictæ ſint mendaces, & intellectualiter reſtrictæ, mendacio careant: Mentales enim Reſtrictiones, ſi darentur, veritatem Aſſertionis non alterarent, ſed qualem reperirent (veram, nempè, aut falſam) relinquerent. *Alterum*, etiam ex ſuppoſitione, quod tales Reſtrictiones darentur, non eſſe ad illas neceſſarium recurrere, quoties talis proximus ſit, qui ſine dedecore aut injuria poſſit cõdemnari mendacii. Ergo, ſi agatur de Ethnico, Mahometano, aut viro improbo, non erit, cur eum, utpotè multis mortalibus commaculatum, magno niſu ab uno veniali emaculemus. Ergo, ſi agatur de honeſto & ſancto viro, & nolumus illum fuiſſe leviter mentitum dicere, & nulla alia excuſatio ſuppeteret, adhuc non eſſet neceſſarium ad prædictas Mentales Reſtrictiones recurrere: Ego enim judico minus malum eſſe fateri virum aliquem magnum fuiſſe mentitum, quàm illum Mentales Reſtrictiones admittere; illud enim unum hominem leviter macularet, & hoc totam Rempublicam graviſſimo diſcrimini exponeret. Et addam alia illum virum probum via poſſe excuſari à falſitate & dolo, ſi vel dicamus illum inſuperabili aliqua præpediri ignorantia, vel conſignificantes circumſtantias, quæ ſenſibiles ſunt, conſideremus.

Quid tractarent Mentales Reſtrictiones, ſi darentur?

In quibus caſibus præſtet dicere aliquem fuiſſe mentitũ, quàm illum nimia diligentia excuſare?

Quomodo poſſimus virum probum à mendacio excuſare?

Et hinc ad tertiam conſequentiam reſpondeo, ſicut de realibus verbis prolatis ore, ſic de virtualibus prolatis veſte philoſophandum eſſe.

De Ioanna Summa Pontifice.

TAmetſi, quæ præcedenti Membro, S. *Et veniens* ſunt dicta, viderentur ſufficere, ut nihil de Ioanna Sacerdote & Pontifice, &c. nihil de Catharina, Mariana &c.

An ejus Hiſtoria ſit authentica.

&c. Militibus; & nihil de Mantinea Philoſopha & Theologa adhuc deberet dici: fatemur enim eas fuiſſe mentitas, & peccaſse; interim quoniam aliqui Catholici de Ioannæ hiſtoria dubitant,& aliqui Hæretici eam inculcant, operæ-pretium erit illam examinare.

Auditium falſificatio.

Certiſſimum mendacii indicium eſt vacillatio teſtium. Nullus oculatus adducitur: nullus Author contemporaneus: nullus ex his, qui proximis ſæculis ſequuti ſunt. Primus, qui aſsertivè fabulam iſtam tradidit fuit Marianus Scotus, ſub annum 1320. [vixit anno Chriſti 1086. ait Timannus Geſselius tom.2. Hiſtor. ad ann. 854. pag. 78.] Quomodo ergo ab anno 845. quo Leo IV. cui Ioanna dicitur ſucceſſiſse, devixit per 475. annos, nullus fuit, qui ſeriò hanc hiſtoriam tractaverit.

845.
1320.
475.

Sanè Anaſtaſius Bibliothecarius, Ademarus, Luitprandus, Regino, Hermannus, Contractus, Lamberrus Schanaburgenſis, Otho Friſingenſis, Conradus Abbas Vſpergenſis, Leo Hoſtienſis, Ioannes Cremonenſis,& alii accuratè ſcripſerunt Pontificiam Hiſtoriam,& tamen hujus Ioannæ nullam mentionem faciunt.

Veteres hanc fabulam aut hiſtoriam omittunt.

Interim quia illa ætate vivebat Anaſtaſius Bibliothecarius, proderit ejus verba referre. *Sanctiſſimus Leo Papa IV.*(ait) *obdormivit in Domino,XV.Calend.Aug.ſepultus ad S.Petrum Ceſſavit Epiſcopatus dies XV. Quo mortuo, mox omnis Clerus Romanæ Sedis, univerſi Proceres, cunctuſq; Populus ac Senatus congregati ſunt, Domini Clementiam exorantes,ut beatiſſimum illis in omnibus demonſtrare dignaretur Paſtorem,qui Apoſtolatus culmen regere valeret tranquillè. Qui divinitùs athereoque lumine inflammati, uno conſenſu,uno conamine Benedictum,pro tantis, quibus pollebat, ſacris operibus, Pontificem promulgaverunt erigere. Miro verò univerſus, alacri ſtudio,plebis & populi Cœtus ad Caliſti Titulum properantes, eum cum hymnis & canticis ſpiritualibus ad Patriarchium Lateranenſe perduxerunt, & ut moris eſt in Pontificali Solio collocarunt.* Ita Anaſtaſius Bibliothecarius, quem *Oculatũ Hiſtoricum* pag. 540. a. Genebrardus appellat. Ergo ſi Leoni Benedictus immediatè ſucceſſit, vana & falſa ſunt, quæ de Ioanna Papiſsa Hæretici comminiſcuntur.

Quiſnam Oculatus Hiſtoricus in Schola vocetur?

At dices, me produxiſse locum, quem cenſui meæ poſse opinioni favere,at alios adduci ab Adverſariis, qui contrarium evincunt. Sed quos,obſecro, locos? Laceros, mutilos, obtortos & peſſima fide corruptos. [Si conſtaret de Anaſtaſio Bibliothecario,qui vixit tempore Leonis IV. & Benedicti III. & Radulpho Flaviacenſi, qui vixit ſæculo ſequenti, conſtaret etiam de Hiſtoriæ Ioannæ Papiſſæ veritate. At tanta eſt incertitudo, tanta diſcrepantia, tanta, inquam, repugnantia in ipſo Anaſtaſio, ut nihil certi ex eo trahi poſſit.] Dedi formalia Timanni, nuper citati, verba, ut conſtet hanc ipſam fabulam non admitti,ſed rideri ab Hæreticis.

An alicubi locis Athanaſius dicat aliquid de Ioanna Papiſſa?

Et hic obiter moneo,Authores,qui pro hoc citari ſolent ſomnio, nunquam ritè produci; quoniam,nec Martinus Polonus & Platina id ſeriò affirmant; nam ex Vulgi rumore & incertis Authoribus prodiiſſe referunt. Et quæ de hac Fabula in Sigeberto proſtant,ſunt inſcio & invito Authori adſuta,nec enim in Manuſcriptis antiquis reperiuntur, nec in Guilielmi Nangiaci Chronico, in quod totus Sigebertus tranſmiſſus, ut *ad ann* 855.*pag.*539.teſtatur Genebrardus, leguntur.

Non loquuntur ſeriò, qui illam tradunt.

Multum defert, ut vidiſti, Radulpho Flaviacenſi Geſſelius:& meritò, fuit enim Ordinis Benedictini Monachus, & Ludovici IV. Imperatoris tempore ſub ann. Chr.910.aſſerente Bellarmino ſcribebat: &, ut inquit Voſſius, *inter diſertiſſimos Galliæ Viros reponitur à Nicolao de Clemangiis* epiſt.ad Galiottum de Petra-mala Cardinalem: *& inter cætera reliquit Hiſtoriam Francorum,& Chronicon Breve.* Ergo, quid hic Scriptor dicat, proderit examinare.

Qualis Radulphus Flaviacenſis fuerit?

Quid ſcribat de Ioanna Papiſſa.

Conradus Deckerus Tractatum edidit, in quo perſuadere conatur Ioannem VIII. fœminam & puerperam fuiſſe. Ibi poſtquam monuerat hiſtoriam hanc propter facti deformitatem à ſuperioribus Scriptoribus omiſſam fuiſſe, Radulphum in teſtem producit,aitque. *Deſcripſit*(nempe,idem Radulphus)*hanc hiſtoriam* in ſuo Polychronico libr.5.cap.32. *teſtis locupletiſſimus,& omni exceptione major,ut pote,in quo Veritatis Hiſtoricæ nulla deſiderantur κριτήρια: & vixit juxta Trithemium ann. Chr.*930. *ita ut Papale hoc Puerperium ab iis accipere potuerit, qui illud viderunt.*

Deckeri error.

Quis Polychronici ſit Author?

At fallere ſuos Lectores vult, aut ſaltẽ fallitur Deckerus duos Radulphos confundens: Radulphus Flaviacenſis fuit natione Gallus; & non ſolum ann. 930.ſed etiam anno 910. adeoque multò proximior Ioannæ ætati ſcribebat. At hic non eſt Polychronici Author; illud enim ut *libr.2. & 3. de Hiſtoricis Latinis* teſtatur Voſſius, compoſuit Radulphus Hygden, natione Anglus, qui vivebat anno 1345. & ex Mariano Scoto, ſicut alias nonnullas,ſic etiam hanc fabellam extraxit.

Vterque Radulphus Monachus Benedictinus fuit.

Et quidem, quam fabellam appello, non dignabitur alio vocabulo, qui hiſto-

rias

Google

rias à ratione temporum dependere cognoverit: Adverſarii enim in tempore nullo modo conveniunt. Vel dicant mihi, quotus is Ioannes, cujas, & quando & quamdiu fuerit? Septimum illum vocat Sabellicus, alii Octavum & alii vigeſimum tertium. Eum fuiſſe Moguntinum alii ſomniant, alii Anglicanum. Anno alii 845. alii ann. 874. creatum aſſerunt, alii alio ſæculo. Et per unum alii annum ſediſſe in Petri ſede volunt, alii eumdem per biennium gubernare permittunt. Originem ſi quæras, à Theodola, nobili ſcorto, hanc prodiiſſe fabellam annalium quarto Aventinus affirmat.

Nõ conveniunt Authores.

Ego quidem non reconveniam Adverſarios, producendo Iſabellam, Reginam Angliæ, ſuam, ut fatentur, pro tempore Summam Pontificem, quam fuiſſe Eccleſiæ Caput impudenter affirmant. Nam exprobrare ipſis hoc dedecus, non eſſet Eccleſiam Orthodoxam tueri, ſed eſſet eum Hiſpanis dicere, *Peor es la tuya*, & eum Latinis addere,

De Iſabella Anglorum Regina, & ut ipſi dicebant, Summa Pontifice.

Solamen miſero eſt ſocios habuiſſe Penates.

Dabo ergo irrefragabile argumentum, & ſic diſcurram.

De peccatorum exprobratione & correptione perorans 26. libr. Maximus, hac ex Chryſoſtomo utitur ſimilitudine. *Vt qui in peccatis eſt dum alios accuſat, ſe prior ipſe accuſat: ſic & in miſeriis verſans ut exprobrans aliis calamitates, ſibi ipſe prior exprobrat.* A qua ſententia non longe Numeri ſequentes abludunt.

Proponitur argumentum fortiſſimum, cui neſciunt reſpondere Adverſarii.

Corripit indignè, quem culpa redarguit ipſa:
Exprobrat & temerè, cui æqualia crimina Gnejus
Exprobrare poteſt. &c.

Et hanc ob rem ad Philemonis mentem, [qui cecinit,

Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
Ἐστὶν, ποιῆσαι δ᾽ αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.
Alium quidem monere homo facile poteſt,
Quando ipſe quidquam tale nunquam feceris.]

hoc Morale Monitum Prudentia univerſis ſcribit, *Probat autem ſe ipſum homo, qui aut miſeriam exprobrat, aut crimen corripit qui enim aut incautè exprobrat, aut indignè corripit, ſe judicat & incriminatur, antequam condemnetur à Iudice.*

Hæc cum vera ſint Leo IX. anno 1020. (hoc eſt, 175. poſt Leonis mortem, cui Ioannã ſucceſſiſſe aſſeverant) ad Leonem Conſtantinopolitanum, & Leonem Acridanum Epiſcopos ſcripſit doctam & ſeveram Epiſtolam, in qua conſtanter inculcat Conſtantinopolitanam ſive de puritate, ſive de integritate, ſive de gratiis & privilegiis cœlitùs acceptis diſſeratur, non habere, unde cum Eccleſia Romana componatur, &, ut Veritatem hanc firmet, & ſtabiliat, c. 23. ſic ſcribit. *Abſit autem, ut velimus credere, quod publica Fama non dubitat aſſerere, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ contigiſſe, ut Eunuchos contra primum Sancti Nicæni Concilii capitulum paſſim promovendo, fœminam in Sede Pontificum ſuorum ſublimaſſet aliquando. Hoc tam abominabile ſcelus, deteſtabilemque facinus, etſi enormitas ipſius, vel horror, fraternaque benevolentia non permittit credere, conſiderata tamen incuria veſtra erga Sanctorum cenſuram Canonum, qui Eunuchos, in aliqua parte corporis imminutos, non ſolùm ad Clericatum, ſed ad Pontificatum etiam indifferenter & ſolenniter adhuc promovetis, fieri potuiſſe penſamus.* Et hic duo mihi certa & indubitata videntur. Alterum Leonem Papam IX. ſcandalum ob Ioannæ ad Summum Pontificatum ſublimationem Orbi Chriſtiano ante centum & ſeptuaginta tantum annos datum, ſi id fuiſſet verè datum, non potuiſſe neſcire. Alterum, ſi id ſciviſſet, debuiſſe tacere, & non exprobrare Conſtantinopolitanis fœminæ ad Patriarchales infulas exaltationem. Potuiſſet enim cum riſu reſpondere Michael, *Hæc mulieris ad Epiſcopatum, quæ dicitur Conſtantinopoli accidiſſe promotio, non Romanæ Eccleſiæ præeminentiam, ſed ſequiorem conditionem demonſtrat; quod enim ut ἄπιστον, incredibile & fabuloſum noſtræ Eccleſiæ exprobratur, id eſt certum in veſtra: quoniam ante 170. tantùm annos una impura fœmina fuit in Romana Eccleſia Summa Pontifex.* At Leo Papa IX. hoc reſponſum non timet, ſed mulierculæ conſecrationem Michaeli Epiſcopo Conſtantinopolitano exprobrat. Is exprobrantem non reconvenit. Ergo illo ſæculo nondum erat nata Fabella de Ioanna illa ad Summum Sacerdotium evecta.

1020
845

175

An Conſtantinopoli aliquando fœmina ad Dignitatẽ fuerit Patriarchalem promota?

Si id ipſum accidiſſet Romæ, Conſtantinopolitani Romanũ Pontificem reconveniſſent.

Sanè tam certum eſt, omnia quæ de Ioanna dicuntur, niſi ſumantur myſticè & metaphoricè, eſſe fabulam, ut Lutherani & Calviniani prudentiores illa Hiſtoriis cogitatis accenſeant. Ita Blõdellus in ſuo libello Gallico, cui epigraphe, *Familier eſclairciſſement.* &c. ann. 1647. Amſtelodami apud Ioannem Bleau, in quo multorum Scriptorum teſtimoniis inter Leonem IV. & Benedictum III. nullum Papam numerari perſuadet.

Aliqui Hæretici hiſtoriam hãc fabuloſam affirmant.

Contra eum Heterodoxi obmurmurãt, ſed illis ſatisfacit Timannus Geſſelius *tom. 2. Hiſt. Sacræ. pag. 79. poſt ann.* 854. [Cum admiratione video Reformatorum

Illis alii obloquuntur.

S mul-

Digitized by Google

multos hunc Viri cordati candorem ægre ferre, & male interpretari. *Facit* certè Veritati injuriam, qui Falſi patrocinio illam opus habere putat. Non requirit Σόφα φάρμακα. *Erimus ergo nos adeò* ὀλιγόπιστοι (*id eſt*, exigua fide præditi) *summe erga Deum immortalem tam inſigniter injurii, ut Veritatem ab ipſo manantem, & ipſum illius Verbum, de quo dictum eſt*, Cælum & Terra præteribunt, ſed Verbum Dei manet in æternum; *niſi mendacio fulciatur periclitari putemus*, inquit Caſaubonus in ſimili cauſa.] Sanè Veritas opponi Veritati non poteſt. Ergo ſi hæc tota hiſtoria eſt fabula, ſine Veritatis jactura poterit accenſeri fictionibus. Et, ſi Longnardus ſupremi Senatus in Normandiæ Advocatus, & Mareſius Theologus Groeninganus [qui contra Blondellum (ille ann. 1655. hic autem ann. 1661.) ſcripſerunt,] aut alii exiſtiment opus eſſe Reformatæ Doctrinæ, ut quæ de Ioanna delirantur, ſint vera, conſequenter affirmant, falſam eſſe reformatam Doctrinam; quia, ſi eſſet vera, non ſumeret ſuppetias à fabula.

Qualis doctrina ſit, quæ fundamentis falſis indiget?

Quinam in Blondellum ſcripſerint?

STAT IGITVR, *nunquam ſediſſe in Sede Apoſtolica fæminam*. Eruditio nihilominùs poſtulat, rem adhuc altiùs examinari, & inquiri, *Qualis profectò hæc ipſa ſit, quā meritò cenſui Fabularum adſcribimus?* Reſpondeo duas eſſe ſententias, quæ inter Orthodoxos circumferuntur: & ut ab omnibus penitiùs cognoſcantur, eas propono. Aſſerit Prima, nullum in tota Pontificum Romanorum eſſe ſerie, de quo hæc narretur fabula: ſed Ioannam illam eſſe perſonam cogitatam, & in Catholicæ Eccleſiæ odium ab Hæreticis fictam. Statuit Altera, fuiſſe quemdam Ioannem, tam effœminatum genio & moribus, ut *Ioanna* dictus fuerit à populo: & illius ignaviam huic fabellæ occaſionem præbuiſſe. Et ex illis eligis (ſententiam) poſteriorem.

Reſolutio.

Qualis ſit hæc Fabula?

Duo fabularū genera.

An omnes fabula mendacia ſint?

Et meritò: quoniam purum & putum mendacium proponit illa Prior, & ſuo pondere corruit: ſciunt enim univerſi, pleraſque omnes fabulas (etiam illas, quas Æſopus ſcripſit, & quas Ovidius in Metamorphoſeon libris tradidit) non eſſe inſolentia mendacia, ſed metaphoricas & allegoricas quaſdam Hypotheſes, quæ apud ignorans vulgus in Hiſtoriarum provinciam irrepſerunt. Eſt igitur ſententia admittenda Poſterior. Ergo inquirendum erit, Quotus fuerit hic Ioannes? quo anno ſederit? & quam ob cauſam fœminei fuerit nominis ignominia ſuffuſus?

De Æſopiis & Ovidianis Fabulis?

Reſpondet Iuniorum erudita Cenſura, Ioannem, quem *Ioannam* Heterodoxi appellitant, ejus nominis Octavum fuiſſe. Et ipſe apud Geſſelium anno 874. Pontifici Hadriano ſuccedit, & gubernat Eccleſiam infelici regimine. In Ticinenſi Concilio ann. 876. Carolum Calvum in Imperio confirmat. Carolum, inquam, illum, quem iteratis monitionibus, comminationibus, & Eccleſiaſticis cenſuris Prædeceſſor ſuus exagitaverat: cumque ſummis extollit laudibus, & præbet Baronio & aliis occaſionem dicendi, *Non pati encomia aut vituperia modum, quin citò in Hyperboles tranſeant*. Illum *Alterum Davidem* vocat, & tamen auxiliares copias, quas contra Saracenos & Chriſtianos Principes cum iis conſœderatos, qui devaſtabant agros urbi proximos, flagrantibus precibus implorabat, non impetrat. Anno 878. Ludovicum Balbum in Regem, non verò (*) in Imperatorem coronat. Cùm ſe omni auxilio deſtitutum videret, & omnes Chriſtianos ſibi infenſos experiretur, eò miſeriarum devenit, ut debuerit tandem ſolvere Saracenis tributum. Baſilio Orientis Imperatori temerè obedit: acerbas literas contra Ignatium Conſtantinopolitanum Patriarcham ſcribit, & denique reſtituit Photium. Poſteà à Lamberto, Spoletano Duce, Roma capta, in cuſtodia irreligiosè detinetur. Fugit in Galliam; & ſcopulos reperit; erant enim maximæ diſſenſiones inter præcipuos Regni Epiſcopos circa obſervantiam legum Apoſtolicarum. Redit Romam; & quia perſequutiones & invaſiones undique patiebatur, dum in Galliam redire iterum cogitat, moritur anno 882. Referunt Fuldenſes Annales fuiſſe illi venenum propinatum: & quia id non fuit efficax, ejus cerebrum confractum fuiſſe malleo. Quidquid ſit, inglorius vixit, & miſerimus obiit. Succeſſit Marinus, quem ſciebat Clerus infenſiſſimum Photio.

Quis fuerit ille Pontifex, quē Ioannam Hæretici nominant?

De Carolo Calvo.

An laudes & vituperia ſoleāt modum habere?

*) Ludovicus Balbus nunquā fuit Imperator: nam Baronius, Binius, & alii allucinātur, Regiam cum Imperatoria coronatione confundentes.

Quomodo mortuus ſit Ioannes VIII?

Creatur Papa Marinus.

Porrò Cæſar Baronius, Photii reſtitutionem à Ioanne factam, *facinus indignum* fuiſſe aſſerit, & addit in eam Ioannem reſolutionem deveniſſe, *ſuadente id prudentia carnis, inimica Deo, & Eccleſiæ ſemper adverſa*. Et ſubjungit, *Immò hinc puto factum, quòd ob Ioannis nimiam facilitatem & mollitudinem, abjecta penitùs animi virilitate, fractus animo, Sacerdotalis conſtantia expers, non* Papa *ut Nicolaus & Hadrianus, ſed* Papiſſa *fuerit contumelia loco dictus; ut potè, qui nec reſiſtere ſciret Eunucho, quique vinceretur à ſemiviro, non* Vir, *ſed eſſet potiùs* fœmina *nominandus. Et ſic nomen contumelia tranſierit poſteris rerum inſciis, in Veritatis opinionem; atq; ita à compluribus decantatum fuerit* Ioan-

Reſtituitur ad Patriarchalem Sedem Photius.

Hunc Ioannem quem tam crudè habet Baronius, Platina, & Onuphrius magnis extollunt laudibus. Sic aguntur humana: pleraque omnia ab affectibus pendent.

nem

nem VIII. fuiſſe fœminam, *ſi quæ jactata vulgò inveneris eo modo locum Fabula*.

De Fœminis, quæ ſub virili habitu & nomine olim in Monachorum Cœnobiis delituerunt.

VEnio tandem ad illarum Hiſtoriam, quæ ſexum finxiſſe, & in Monachorum cœnobiis delituiſſe dicuntur.

An fœminæ hodie in Monaſteria Virorum poſſint ingredi?

Hodiè fœminæ in Monaſteria virorum nequeunt ingredi: ſi ingrediantur, graviter peccant, & excommunicationem incurrunt; ſic ſtatuentibus Gregorio XIII. Pio V. & aliis prudentiſſimis Summis Pontificibus. Ita Bonacina *de clauſur. quæſt.*4. & 5. Sanchez *in Opuſc. Moral. libr.* 6. *cap.* 16. Diana *part.*4 *tract.* 4. *reſol.* 179. Coronius *in Summ. verb. ingredi Monaſteria*, & omnes Doctores communiter. Et tamen illorum non obſtante ſententia Suarius *tom.*4. *de Relig. libr.*7. *cap.* 7. *num.* 8. Apoſtolicas has leges exiſtimat præſumptione fundari; adeòque fœminas, quæ ſecluſo ſcandalo, & pravo aliquo fine in Virorum Monaſteria ingrediuntur, non peccare mortaliter. Suario Laymannus *libr.*4. *tract.*5. *cap.* 12. *num.* 4. vel ex parte ſubſcribit, nam dubitat de obligatione, & ſtandum eſt pro libertate Operantis in dubio. Tu autem non recede à communi ſententia.

De legibus, quæ præſumptione fundantur. An obligent, ſi ſit falſa præſumptio?

An olim licuerit fœminis mutato habitu in Monachorum Aſceteriis cõvivere?

Interim proderit Suarium Laymanumque audiviſſe: nam, ſi hoc oculatiſſimo ſæculo, poſt tot Apoſtolicas Leges, & Declarationes Cardinalium, peccare fœminas, quæ in clauſtra Religioſorum ingrediuntur, negat Suarez, & vocat in dubium Laymannus; cur debebimus dicere, in antiquis temporibus, quando nondum erant Apoſtolici Canones, aut Morales Imperatorum Leges, quæ veſtes viriles, & ingreſſum in Virorum monaſteria fœminis interdicerent, non licuiſſe Anaſtaſiæ, Eugeniæ, Ephroſinæ, Hildelgſidæ, Appollinariæ, Theodoræ, & aliis (ſiquidem nullum erat ſcandalum, aut alicujus immunditiæ periculum; ſed potiùs finis optimus intendebatur) uti virili veſte, & in clauſtro monachis religiosè convivere?

Ad Octavam.

An qui media adhibet ut ſeſe fœtentem appareat, mentiatur?

EA, quæ de Fori Iulii Comitum filiabus dicebantur, non movent ullam difficultatem. Nam applicare ſibi carnes putridas, quæ fœtidos vapores exhalent, & adſtantibus moleſti ſint, non eſt mentiri, nec aliquid iniquum agere. Adeoque ob finem honeſtum erit licitum. Non ergo *Hap lotes*.

hinc ſumi argumentum poteſt quod faveas Reſtrictionibus Intellectualibus.

Sed neque hiſtoria illa de Virgine Barcinonenſi aliquid habet, unde poſſit contra nos argumentum educi. Quoniam muliebrem cultum & munditiem negligere (ſicut etiam adhibere & curare) intra Prudentiæ limites laudari debet. Ergo, ſi neglectus, quæ in alia occaſione eſſet nimius, in illa utilis aut neceſſarius cenſebatur, adſumi ut medium potuit, ut obtineretur bonus finis. In hoc autem neglectu nulla ſubanditur Affirmatio aut Negatio, ergo nulla Mendacii requiritur ſuſpicio. Ergo non eſt cur Adverſarii ad Mentales Reſtrictiones recurrant.

In corporis cultu & neglectu laudatur modus, & exceſſus damnatur.

An naſum aut aures ſibi liceat excidere?

Ad Abbatiſſam relatam à Baronio tranſeo. Illi & ejus Monialibus Virginitatis tuendæ gratia ſe citra mortis periculum vulnerare & ſanguine commaculare licuit; excidere naſum aut aures non licuit; nam membra corporis conceduntur ad uſum, & illa exſcindere extra ultimæ neceſſitatis caſum non permittitur. Et hanc ob rem illas naſos, aut aures præcidiſſe non credo.

Quid, ſi fecerint? Scriptores, qui docent ob conſervationem pulchræ vocis poſſe pueros emaſculari, Moniales has à fortiori defendent. Nos autem qui hominibus in membra ſua prudentem uſum, non autem dominium abſolutum concedimus, ut appoſitè reſpondere poſſimus, Sanctum Aſceten Monachum, cujus Hieronymus in S. Pauli primi Eremitæ vita, Nicephorus Caliſtus *lib.*7. *cap.* 11. D. Balthaſſar Gomezius *tr. de poteſt. in ſeipſ. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 23. *pag.* 60. & alii multi meminerunt, in judicium producam. *Alium, juvenili ætate florentem*, ſcribit S. Hieronymus *in amœniſſimos hortos præcepit abduci, ibiq; inter lilia candentia, & rubentes roſas cum lene juxta murmure aquarum ſerperet rivus, & molli ſibilo arborum folia ventus perſtringeret ſuper extructum plumis lectum reſupinari, & ne ſe inde poſſet excutere, blandis ſericis nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis meretrix ſpecioſa veniſſet cæpit delicatis ſtringere colla complexibus, & quod dictu quoque ſcelus eſt, manibus attrectare virilia, ut corpore in libidinem concitato ſe victrix impudica ſuperjaceret: Quid ageret miles Chriſti, & quo ſe verteret neſciebat; quem tormenta non vicerant, ſuperabat voluptas? Tandem cælitus inſpiratus, præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit, ac ſic libidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitudo ſuperavit.* Quo facto (inquit Gomezius mox citandus) turbas gentium admiratione replevit, & meretricem Chriſto lucrifecit.

Fit hujus Sancti mentio in Martyrologio Romano die XXVIII. Menſis Iulii.

De adoleſcente, qui linguam dentibus præciſam in os expuit meretricis laſcivæ.

S 2 Cre-

Digitized by Google

Credendum enim pariter eſt, Secreta Divina revelatione cum illo diſpenſatum, ut id poſſet facere.] Et id innuebat S. Hieronymus verba illa *cœlitùs inſpiratas* ſcribēs. Ergo ſicut hic Sanctus Monachus cœlitùs inſpiratus linguam ſibi præcidit, ſic illa caſtiſſima Abbatiſſa, & ejus Sanctimoniales cœlitùs inſpiratæ potuerunt ſibi naſos, aures, labia, &c. excidere, ut horrorem barbaris ſceleratis incuterent, & ipſæ intereà illibatam Caſtitatem ſervarent. Hanc doctrinam alio exemplo confirmo. Quædam enim Sanctimonialis, ut *in Prato ſpirituali cap. 60.* recenſetur, & altera Ciſtertienſis, cujus generoſam virtutem P. Chryſoſtomus Henriquez deſcribit, locis diverſis & temporibus, eruerunt ſibi oculos, propter quorum pulchritudinem à laſcivis juvenibus ſolicitabantur. Niſi enim præceſſiſſet Inſpiratio Divina, non poſſent celebrari & laudari.

De caſtiſſimis aliis Virginibus quæ ſibi oculos effoderunt.

Difficilior profectò eſt Euphraſiæ Hiſtoria; nam in ejus ſtatim verbis mendaciolum, & in facto homicidium relucet. Vt autem eam ab αὐτοχειρίας crimine excuſem, duplicem inibo viam: nam, vel eam à peccato ſubducet Ignorantia invincibilis, vel ſummi Numinis præcipientis Authoritas.

An Euphraſia fuerit mendax & homicida?

Putavit, inquam ego, candidiſſima Martyr, poſſe licitè Virginem ob Pudicitiæ defenſionem ſibi manus inferre. Nec enim eſt cur aliquis ſeverus Cenſor in illiteratis puellis ſcientiam poſtulet, quam in multis aliàs doctiſſimis Viris, vix inveniet. Fuit D. Hieronymus ſanctiſſimus & peritiſſimus & tamen ſenſit licere ſe occidere, ubi caſtitas periclitatur. Caput primum Ionæ Prophetæ dilucidans, hæc ſcribit. *Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter excipere. Vnde & in perſequutionibus non licet propria perire manu, abſque eo, ubi Caſtitas periclitatur, ſed percutienti colla ſubmittere.* Conſonat S. Ioannes Chryſoſtomus, qui in Oratione de S. Pelagia, quæ ſe præcipitavit, poſt plures ejus laudes exclamat, *Hanc igitur pro viribus & nos imitemur.* Conſonant alii Græci & Latini illius ævi Scriptores: multi enim contra Hieronymum, & Chryſoſtomum ſtrinxerunt calamos, & tamen ſiquidem non ſcripſerunt contra id, viſi ſunt hac illorum ſententia non offendi. Illo igitur ævo hæc Propoſitio, *Se poteſt fœmina occidere ob defenſionem Caſtitatis*, erat probabilis. Tuta ergo conſcientia poterat haberi in praxi. Et hanc viam ineunt Sotus *lib. 5. de Iuſtit. & Iur. qu. 1. art. 5.* Navarrus *lib. 2. de reſtit. cap. 3. nu. 30.* Michael Salonius *in 2. 2. qu. 64. art. 5. in ſolut. ad 4.* ubi ait hanc eſſe communem Thomiſtarum ſententiam. Et Balthaſſar Gomezius *tr. de poteſt. in ſemetipſ. lib. 1. cap. 9. pag. 70. a. num. 7.* probat. [Quia cum fuerint fœminæ, & acuminum (& ſubtilitatum) Iuris neſciæ, per invincibilē ignorantiam ſint excuſandæ.]

Vnde à proprio cidio excuſetur?

S. Hieronymi de αὐτοχειρία Caſtitatis defenſionem ſententia.

An fuerit ejus ævo probabilis?

An ei Martyres adhærere potuerint?

Si autem hæc via, quæ facilis & expedita mihi apparet, tibi fortè diſpliceat, & malis Cajetano *in 2. 2. qu. 124. art. 1.* Victoriæ *in Relect. de homicid. nu. 37.* & aliis ſubſcribere, qui dicunt in ipſis præceptis Decalogi, & primis Conſequentiis, quæ ex illis deducuntur, nullam poſſe dari ignorantiam invincibilem, te ante manuductionem monebo, aliud eſſe *Non dari ignorantiam invincibilem in primis præceptis Decalogi* & aliud toto Cœlo diverſum, *Dari quidem, ſed non excuſare à peccato*, nam illud prius Aſſertum, ſi non probabile, ſaltem tolerabile eſt; hoc autem poſterius hæreticum & pluries ab Eccleſia damnatum. Deus enim impoſſibilia præciperet, ſi ignorantia invincibilis non excuſaret. Vnde collige Regulam XIII. *Ignorantia facti non Iuris, excuſat*, non bene citati à Gomezio, agit enim illa de Iure Definitivo, & non de Præceptivo; ſed loco illius produci debuiſſe Regulam XLVII. *Præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur.*

An in Natura lege detur ignorantia invincibilis?

An, ſi daretur à peccato excuſaret?

An excuſet, ſi datur?

Hac admonitione præmiſſa, te per alteram viam etiam facilem (neſcio an veriorem) manuducam, affirmans Virgines, quæ ob confeſſionem veræ Fidei, aut defenſionem Caſtitatis ſibi intulerunt mortem, ſecreto Dei imperio & revelatione fuiſſe ad actum tam Heroicum impulſas. Ita Sanctus Auguſtinus *lib. 1. de Civitat. Dei. cap. 26.* quem S. Thomas *in 2. 2. qu. 64. art. 5. ad 3. & qu. 124. art. 5. ad 2.* & ejus Diſcipuli paſſim ſequuntur. Et quidem S. Auguſtinus ſic inquit. *De his nil temerè audeo judicare. Vtrum enim Eccleſia aliquibus fide dignis teſtificationibus, ut earum memoriam ſic honoret, Divina perſuaſerit authoritas, neſcio: & fieri poteſt, ut ita ſit. Quid enim ſi hoc fecerunt, non humanitùs deceptæ, ſed divinitus juſſæ; nec errantes, ſed obedientes; ſicut de Sampſone aliud nobis fas non eſt credere. Cum autem Deus jubet ſeque jubere ſine ullis ambagibus intimat, quis Obedientiam in crimen vocet? quis obſequium Pietatis accuſet? Sed non ſine ſcelere facit, quiſquis Deo immolare filium decreverit, quia hoc Abraham laudabiliter fecit.* Et ſimilem doctrinam nobis tradit Bernardus, qui *in libell. de præc. & diſpenſ. cap. 3. n. 6.* hac doctrina univerſos inſtituit. Agens enim de violatione Decalogi, & de αὐτοχειρία præcipuè, ait. *Sanè ubi ſimile aliquid aliquando à Sanctis hominibus fuiſſe legitur uſurpatum, Scriptura non indicante,*

An Beata illa Virgines, quæ ob Fidei aut Caſtitatis defenſionem ſe occiderunt, habuerint mandatum Divinum?

Iudic. 16. g.

Quid ſentiat de Sampſone Bernardus?

quòd

Digitized by Google

quod Deus ita praeceperit, aut eos peccaſſe fatendum eſt, ſicut homines; aut certè ſicut Prophetas familiare Dei conſilium accepiſſe. Vnde & unum exemplum pono, quod occurrit de Sampſone, qui ſe ipſum, una cum hoſtibus opprimens interfecit. Quod utique factum, ſi defenditur non fuiſſe peccatum, privatum habuiſſe conſilium indubitanter credendum eſt, tametſi de Scriptura id non habeamus.

Et quid nos judicare debeamus?

Nos autem de Sampſone minimè dubitamus, nam Apoſtolus undecimo ad Hebræos eum inter Sanctos numerat: Commendat enim Fidei magna prodigia: & poſtquam enarravit grandia Fidei miracula, ad perſonas notas deſcendit, inquitque Καὶ τί ἔτι λέγω, ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε, καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε Δαβίδ τε, καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν Προφητῶν οἳ διὰ Πίστεως κατηγωνίσαντο Βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν. *Et quid adhuc dico? Deficiet enim me* (a) *pervenarrantem tempus de Gedeon, Baracque & Sampſon* (b) *& Iephthe, Davidque, & Samuel, & Prophetis. Qui per Fidem devicerunt regna, operati ſunt Iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones.* Paulus igitur Sampſonem ſalvum eſſe pronunciat. Et id circumſtantiæ ipſæ evincunt: nam ex hiſtoria conſtat, illum proceſſiſſe oratione præmiſſa, & viribus impetratis divinitùs; undè ſcitè air Gomezius *ubi ſupra num.* 28. [Petiit à Deo id ſibi concedi, quod cum fieri non potuerit ſine ſpeciali & miraculoſo Dei auxilio, cui dubium eſſe poterit id Deum inſpiraſſe, cui faciendo miraculosè robur dedit?] Id docet expreſsè S. Auguſtinus *lib. 1. de Civit. Dei, cap.* 21. (& habetur *cap. ſi non licet* 23. *qu.* 5.) S. Thomas 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 4. Aragonius *ibi.* Sotus *de Iuſtit. & Iur. libr.* 5. *qu.* 1. *art.* 8. *& lib.* 5. *qu.* 1. *art.* 4. *in fin. & lib.* 2. *q.* 3. *art.* 8. Plaza *de delict. c.* 23. *n.* 2. & alii.

Differt ab advertentia ſcientia, nam Bernardus Sacram Paginam optime percallebat, at tunc loveum non habebat præocu lis cum viſus eſt dubitare de Sampſonis ſalute.

Nondum recuperaverat omnes ſuas vires Sampſon, ſed invocato Dei nomine illas miraculosè obtinuit.

A d peccatum nedum Deus miraculoſa cooperatione non concurrit.

Et univerſaliter loquendo, *Qui Spiritu Dei aguntur, ſub lege non ſunt*, ceſſat enim lex, ubi oppoſitum Summus Legislator præſcribit Apoſtolus *ad Corinth.* 3. & 1. *ad Timoth.* 1. & *ad Hebr.* 8. & *ad Roman.* 2. Vide *cap. duo ſunt* §. *lex verò privata, qu.* 2. & *cap. licet de regularib.* Quæ omnia conſiderans & perpendens Gomezius *num.* 27. *pa.* 61. *b.* Monitû hoc ſubſcribit. [Quod divinus Princeps ſine exemplo alicui præcipit, ad exemplum trahendum non eſt. *leg.* 1. *D. de conſtit. Princ.* & miracula Divina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda. *cap. ult. in fin.* 4. *qu.* 3. *cap. petiiſti* 7. *qu.* 1.

Deus eſt ſupra omnem libram legem.

Concedere poteſt (quidquid de prima ſit) in tota ſecunda tabula diſpenſationem.

NOTÆ.

a] Quærunt Critici, unde, cur, & quando, *Deficio* regat accuſativum? Et reſpondeo illum Primò ſignificare *deeſſe*, Hiſp. *faltar*, nec non *hazer falta* (& hic obiter nota, *que muchas coſas pueden faltar ſin hazer falta*) ſecundò oppoſitum ac *facio*; nempe, *deſtruere* Hiſpanicè ad literam *desbazer*. In prima ſignificatione dativum poſtulat. Cicero 3. in Verr. *Vererer, ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne vox viresque deficerent*: ubi ut conſpicis *non ſuppetere*, *deeſſe*, & *deficere* idem prorſus ſignificant. Si res, quæ deeſt, ſit inanimata, more Græco ſumit accuſativum. Paulus hic, Ἐπιλείψει με ὁ χρόνος, *Deficiet me tempus*, & Cicero 4. in Verr. *Iam me vires deficere cœperunt*. Idem 3. de Orat. *Prudentia nunquam deficit Oratorem.* Cæſar. *Fruſtra mea vita ſubvenire conamini, quoniam ſanguis viresque deficiunt*: id eſt, ἐξαρκοῦσι ταῖ. An-ne in hac ſignificatione ante ſeter animatæ nominativum admittet? Negat Paſſeratius: at videtur oppoſitum probari ex Tibullo *libr.* 4. dicente.

Non te deficient noſtra memorare Camœna.

In hoc enim verſu Camœnæ ſunt, quæ deficiunt. Secunda autem ſignificatio eſt negativa veriùs, quàm poſitiva: importat enim potiùs *non facere*, quàm *deſtruere*, & hoc ſenſu accipio illud Virgilii lib. 1. Georg.

—— Cùm jam glandes atque arbuta Sacra.
Deficerent ſylva.

quod bifariam exponο: vel enim *ipſæ glandes deficiunt* (deſunt) *ipſi ſylvæ*; & tunc glandes ſunt in nominativo, ſylvæ in dativo: *vel ipſa ſylva deficiunt* (non generant non ſuggerunt) *glandes deſideratas*, & tunc ſylvæ in nominativo, & glandes in accuſativo collocantur.

b] De literis, quibus ſcribi debeat nomen *Sampſon*, movetur Quæſtio. In Textu Hebraico eſt SIMSON, in Græco Σαμψών, *Sampſon*. Hebræam prolationem Vulgatus; Græcam Bernardus, & alii ſunt Scriptores ſequuti: nolunt enim literam *s* immediatè pronunciari poſt *m*, & ideò interſerunt *p*, ut ſuaviùs ſonet. Sic cum Plauto Paſſeratius & aliis, *Contemno contempſi*, *contemptum* &c. *Demo, pſi, ptum* &c. *Sumo, pſi, ptum* &c. ſcribi jubent, cùm tamen multi Critici illud *p*. redundare opinentur.

Hinc ad Euphraſiam rediens, quæ militis decepti manu ſe occidiſſe videtur, hoc factum aſſero non fuiſſe peccatum, nam inter Sanctas Martyres colitur ab Eccleſia. *Privatum ergo Dei,* (ut cum Bernardo

De verbo Deficio, quem caſum poſtulet; & quid ſignificet?

Apud Hiſpanos faltar, & hazer falta differunt.

Quando Dativum, & quando Accuſativum poſtulet?

An animata vel aliquem deſiciant?

De ſignificatione negativa, & poſitiva.

De voria Sampſon pronunciatione.

An inter m & ſ debeat p neceſſariò interponi?

An peccarit Euphraſia?

Google

do loquar) *habuiſſe conſilium indubitanter credendum eſt, tametſi de Scriptura* (ſeu Hiſtoria Eccleſiaſtica) *id non habeamus*.

De Euphraſia unguento.

Hæc pro facti innocentia adduxiſſe ſufficiat, ad dictum venio. Verba illa *Habeo unguentum, quod ita carnem conſolidat, ut reſiſtat gladio*; tres poterunt ſubire Cenſuras. Quoniam poſſumus dicere Primò, Euphraſiæ verba fuiſſe infecta mendacio, quod cum levem culpam non ſuperet, nec ſupernaturali gratiæ obeſt, nec Martyris gloriam imminuit. Et poſſumus addere Secundò illa eadem puriſſimæ Martyris verba, licet fuerint mendacia, excuſari à peccato, aut ob ignorantiam invincibilem, aut ob inadvertentiam aut ob Divinum conſilium juxta Regulã ſextam & ſeptimam quas Artic. II. & III. poſuimus. Nec mirum videri alicui poterit, cum Euphraſia Deum diſpenſaſſe in octavo præcepto Decalogi, ſiquidem diſpenſaſſe in quinto aſſerere neceſſariò debemus. Et poterimus Tertiò ſuaviùs & honorificentius dicere, ſe à Deo Euphraſiam habuiſſe promiſſum unguentũ conficiendi virtutem & revera daturam Militi, ſi ſe vellet intactam relinquere. Nam in S. Iſabellæ Reginæ Portugalliæ hiſtoria legimus, panis eam fruſta, quæ ſuæ ſuſtentationi ſubripiebat, deportare pauperibus, & ſemel ab Abbatiſſa vocatam & interrogatam, quid ferret, ſe flores portare reſpondiſſe, & expanſo linteolo flores fuiſſe repertos. Quod ego miraculum non ſic intelligo, ut exiſtimem illam fuiſſe mentitam, & Deũ ne in mendacio comprehenderetur, panis particulas transformaviſſe in flores; nec enim mendacii author, nec fautor, nec approbator ille eſſe poteſt, qui eſt per eſſentiam Veritas, ſed aſſevero Deũ Sanctæ Viragini panem vertendi in flores conceſſiſſe virtutem, & illam practicè (dicendo & transformando) reſpondiſſe, *Sunt flores*. Nam Deus, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, prout occaſio ſuccurrit, Omnipotentiam ſuam piæ Sanctorum ſuorum voluntati elementiſſimè attemperat.

An ſe illud habere mendacio dixerit? An revera, aut illud habuerit, aut potuerit efficere?

De Iſabella Portugalliæ Regina. Quo panis fruſta modo in flores & roſas converterit?

Poteſt Deus verbis concedere efficientem virtutem.

S. Apolloniam, cui, quod nomen Ieſu Chriſti Crucifixi confiteretur, Carnifex (a)

Λαιῆ φᾶυ ςόμα τυψε, πυγοὶ (b) δ' ἀράβησαν ὀδόντες.

Siniſtra ſanè os percuſſit, crepitarunt autem crebri dentes.

a) Theocritus Idyll. 22.
b) χ & υ ſunt muta & liquida, & permittunt, ut ſyllaba præcedẽs ſit brevis.

ſe conjeciſſe in ignem ex Divino præcepto colligo ex Martyrologio Romano; die enim nona Februarii hæc verba invenio. *Alexandriæ Natalis S. Apolloniæ Virginis, cui perſequutores tempore Decii dentes omnes excuſſerunt; deinde conſtructo ac ſuccenſo rogo, cum comminarentur vivam ſe eam incenſuros, niſi cum eis impia verba proferret, illa paululum intra ſe deliberans, repente ſe de manibus impiorum proripuit, & in ignem, quem paraverant, majori Sancti Spiritus flamma intus accenſa ſponte proſiluit; ita, ut perterrerentur etiam ipſi crudelitatis authores, quod promptior inventa eſſet ad mortem fœmina, quàm perſequutor ad pœnam.* Nota illa verba *paululum intra ſe deliberans*, & illa *Sancti Spiritus flamma intus accenſa*; & ſcias non deliberaſſe Apolloniam circa Decii mandata, an videlicet vellet ad Idolorũ gloriam cum Ethnicis ſacrilegos hymnos concinere; in hoc enim vel minimi dubii ſuſpicionem Virgo Sanctiſſima non admittebat. Sed cogitabat tantùm, an ſibi ſub illis circumſtantiis liceret actum Heroicæ Confeſſionis elicere, & in medias flammas proſiliendo evidenter oſtendere, ſe contemnere pœnas, quas illi ut acerbiſſimas minitabãtur. Erat ex parte affirmativa Virginum Chriſtianarum perſuaſio, quæ dictabat poſſe fœminã ſibi mortem conſciſcere ob defenſionem Caſtitatis, ergo à fortiori ob confeſſionem Fidei. Erat ex negativa propriæ tenuitatis cognitio; non enim audebat generoſam reſolutionem ſumere, ne fortè erraret. Sed Spiritusſanctus, ut Tyrannum confunderet, & Gentiles terreret, flamma intus ardentis Charitatis accenſa ſuum conſilium detexit; quo percepto generoſa adoleſcens ab impiorum manibus ſe proripuit, & ſponte fuit in fornacem ingreſſa.

An S. Apollonia in particulari, hoc præceptum habuerit?

An, & de quo re deliberarit?

Rationes pro αὐτοχειρίᾳ in illo caſu.

Argumentum à minori ad majus.

Aſſero eodem ſpiritu ſe projeciſſe in puteos alias Virgines Alexandrinas, ne Arrianorum aſſentirentur impietati.

De Virginibus Alexandrinis.

In hiſtoria Sophroniæ duo reperis, nempe, & finxiſſe ſe aſſentiri Maxentio, & ſibi mortem conſciviſſe. Hoc poſterius, vel per ignorantiam, vel per præceptum Divinum excuſas: ſicut enim aliæ potuerunt ſe licitè interimere Virgines, ſic & Sophronia potuit. Verum enim verò fingere ſe aſſentiri Maxentio, ut exiſtimas, caret excuſatione. Nam fictio hæc malitia imbuebatur mendacii, & erat in Luxuriæ materia, quam ſextum Legis Naturalis præceptum ſub mortali interdicit. Sed ego ſicut ſuperiùs Iuditham, ſic nunc Sophroniam excuſo. Fortè Maxentius tædas licitas ſolicitabat, Sophroniamque in uxorem petebat. Si hoc dicatur, nihil erit contra ſextum præceptum. Si extra connubium frui volebat Imperator hac Virgine, ſicut Holofernem, ſic & eum ignorantia excuſabit: Ethnici enim etiamnum credunt eſſe licitam ſimplicem fornicationẽ. Si Sophronia dixit, *ſe aſſentiri Maxentio, & ſe comere velle ut decenter prodiret*; mendaciolum commiſit, quod facilè emacules aſſerendo illo ſæculo nondum fuiſſe defini-

Exponitur Sophroniæ Hiſtoria.

An Ethnici etiamnũ ignorent fornicationem ſimplicem eſſe peccatum?

De Officioſo Mendacio.

finitum eſſe illicita officioſa mendacia.

Celebratur die 9. Iunii. Egregiam habuit Conſtantinopoli Baſilicam, quam impius Conſtantinus Capronymus demolitus eſt, ut Cedrenus in Compendio teſtatur.

Etiam in glorioſa S. Pelagiæ Hiſtoria & Mendacium, & Suicidium obſiciunt. Sanctus Ambroſius *lib.3. epiſt.7. ad Simplicianum*, & *libr. de Virginib.* & Chryſoſtomus *in duabus Orationibus de ejus laudibus ſpecialiter habitis*, differunt in determinando mortis genere: ille enim cum matre & ſorore in amnem merſam aſcrit; hic autem ſe præcipitaſſe. Et utrumque alii conciliare conantur, aſſerentes murum arcis ex qua præcipitatæ ſunt, exſtitiſſe apud amnem. In poſteriori Oratione Chryſoſtomus, *Quæ cum ab ipſis* (ſatellitibus, à quibus conducenda erat) *petiiſſet, ut tamdiu liceret abeſſe quoad ornatum ſponſæ convenientem ſibi induceret, eundi poteſtatem milites ei concesserunt, quippe qui ea re non ſolum illi Virgini gratum facturi eſſent, ſed futurum etiam cogitabant, ut à Iudice ipſo magis laudaretur, ſi puellam veſte ornatam duxiſſent. Illa autem conſilii ſui compos facta, ſe veſte induit, quæ verè decora eſt. Cum enim animi fortitudine, & reſurrectionis ſpe ſe multa induiſſet, atque corroboraſſet, ad ipſius tecti faſtigium cucurrit, & illinc ſe præcipitem dedit. Itaque paleſtræ genus illud exegit, quod ut magnum quippiam aliquando Diabolus Domino ipſi proponere auſus fuerat, cum dixit: ſi Filius Dei es mitte te deorſum, & paulò poſt ſubdit. O puellam genere quidem, & ſexu fœminam, animo autem ipſo marem. O Virginem duobus nominibus extollendam, quod in Virginum grege & Martyrum choro numerata ſis. O puellam ita continentem ut ne aſpectu quidem ipſo fruendi facultatem intemperanti, Iudici tribueris.* Et converſus ad Auditorem ait, *Vt diſcas, non ſine Divina providentia id factum fuiſſe*; & ut Gomezius *libr.1. cap.9. de poteſtat. in ſeipſ.* obſervat, pergit oſtendere ſecretam inſpirationem, & Divinum inſtinctum.

An habuerit Divinum conſilium?

Et conſilii nomine, aut præceptum, aut ſaltem licentiam & diſpenſationem intelligo.

Ecce, ut dicebam, in Virgine egregia Suicidium, quod conſiliū Divinum emaculat. Et ecce Officioſum Mendacium, quod inſuperabilis Neſcientia excuſat.

De quadraginta Martyribus.

Similia multa exempla in Sacris Hiſtoriis occurrunt: nam Cappadociæ quadraginta Martyrum Cuſtos, in ſtagnum glacie concretum ſponte deſiliit: hoc enim illi inſpiravit & juſſit, qui Angelos de Cœlis portantes Coronas oſtendit. Et clarius Divinum hoc præceptum in Homeritâ, puero quinque annorum oſtenditur: quoniam hæc verba in Martyrologio Romano, die 24. Octobr. leguntur. *Apud Homeritas in Civitate Nagran, paſſio Sanctorum Areta & Sociorum trecentorum quadraginta, tempore Iuſtini Imperatoris, ſub Dunaan Iudæo Tyranno. Poſt quos Chriſtiana mulier incendio tradita eſt, cujus filius, annorum quinque, cum balbutiendo Chriſtum confiteretur, nec blanditiis, nec minis retineri poſſet, ubi mater ardebat, ſe præcipitem dedit.* Interfuit igitur manuductio Divina; hæc enim teneri infantis actio circumſtantiis omnibus bene perpenſis, naturæ vires ſuperare, indubitatum eſt.

De Puero Homerita.

Ad Nonam.

De Syneſio.

REM incertam dico Adverſarios probare: nam multa de Syneſio Pater Ioannes Poncius *tom.4. in 3. ſentent. diſt. 38. qu. unic. pag. 617. nu. 99.* & alii Authores dicunt, quibus non ſatisfaciunt.

An homo improbus fuerit?

Reſpondent enim primò, Syneſium, nec fuiſſe mentitum, nec æquivocatione aliqua uſum, ſed fuiſſe verè, qualem ſe in illa epiſtola depingit. Ita Evagrius *lib.1. cap.15.* Nicephorus *libr.14. cap.55.* & alii. Hos Emoncrius Scriptores turpiter adlucinatos aſſerit, at de Emoncrio Poncius [videtur, inquit, turpius (adlucinari) Hiſtoricisque tam celebribus talem Cenſurā inurere, ſine aliqua magna ratione, aut authoritate, quorum neutrum adeſt Emoncrio.] Et ego in Poncii verbis illud *videtur*, & illud *magna* deleo, & *indubitatum eſt*, & *certa* eorum loco ſubſtituo; non enim, qui vera aut probabilia ſcribunt, niſi ignorantes Cenſores ſint, poſſunt dici turpiter adlucinari. Iſta Syneſii Epiſtola, eſt ſimilis ei, quam Bruno, in Epiſcopum Colonienſem electus, ad D. Bernardum ſcripſit. Illi Melleus Doctor reſpondet, dicens, *Quæris à me conſilium (Vir Illuſtris Bruno) an volentibus te promovere ad Epiſcopatum adquieſcere debeas? Quis hoc Mortalium definire præſumat? Deus forſitan vocat: quis audeat diſſuadere? Fortè non vocat: quis appropinquare* (lego *acceptare*) *conſulat? Vtrum verò vocatio Dei ſit, an non ſit? quis ſcire poſſit excepto Spiritu, qui ſcrutatur etiam alta Dei, vel ſicui fortè revelaverit ipſe? Magis quoque dubium reddit conſilium illa in literis tuis humilis, ſed terribilis confeſſio, qua vitam tuam, tam graviter, & ut credo non niſi veraciter accuſat. Nec enim negandum eſt, hujuſcemodi vitam eſſe indignam tam ſacri dignitate miniſterii. &c.* Sic Bernardus ad Brunonem ſcribit. Non putat eum mentiri, non æquivocè loqui, non uti Reſtrictione Mentali, ſed credit vitam ſuam veraciter accuſare, & tamen nullus eſt auſus ſcribere, id Bernardum credendo turpiter adlucinari. Inſtantia Baronii, dicentis, *Theophilum, Alexandrinum Patriarcham, non fuiſſe Syneſium adſumpturum, niſi illum vita innocentia commendaret*, eſt ſimilis

Scriptores diſſentiunt.

Bruno Colonienſis Epiſcopus.

An Syneſio ſit ſimilis?

Hinc patet eſſe interdum talia negotia, quæ viva voce debeant, & calamo tractari nō poſſint.

Si verbis, aut per amicum egiſſet cum Bernardo Bruno, ejus improbam hodie vitam univerſi neſcirent.

Baronius ad ann. 410.

huic,

huic, *Coloulnſes Canonici non fuiſſent Brunonem electuri, niſi illum cæteris digniorem judicarent*. Objectionem meam audiunt Adverſarii, & exclamant. [At Canonici errant ignorantes & obnoxii paſſionibus.] Hoc ipſi dicere, ſed non probare poterunt; & tamen quidquid ſit de Canonicis Theophilum fuiſſe doctiſſimum, & caruiſſe paſſionibus nunquam probabunt. Et quidem exempla allata à Bernardo nos juvant. Magdalena ex peccatrice ad ſummam vitæ perfectionem immediatè tranſivit. Fuit Dimas latro, & ex blaſphemo(*a*) in Confeſſorem verſus. Saulus ex perſequutore in ὑπερασπιςὴν: & Ambroſius è tribunalibus ad Sacerdotium ſic Deo volente raptus. Ergo iſtorum exempla conſiderans, olim Syneſius, & poſteà Bruno poterat cum ſolamine dicere,

Qui Mariam abſolviſti,
Et Latronem exaudiſti,
Et cæteris peperciſti,
Mihi quoq; ſpem (b) *dediſti*.

(*a*) Sub initium uterque latro conviciabatur Domino, ſcribit enim Matthæus 27. 44. *Et latrones improperabant ei*,

(*b*) Et nota hinc pro Morali Dialectica eſſe Præmiſſas ex quibus Certitudo, & eſſe ex quibus Spes (hoc eſt, Probabilitas) ſola inferatur.

Reſpondent ſecundò condonando Syneſium fuiſſe Virum Sanctiſſimum, & dicendo eum revera fuiſſe mentitum. Nec inde illi exiſtimant aliqua nota inuri: Nam (1) exiſtimabat cum nonnullis ſui ævi licere officiosè mentiri, inquit enim *Animus certa quidem Philoſophia imbutus, ac Veritatis inſpector, mentiendi neceſſitati nonnihil remittit*. Et poſt pauca. *Vt Ophthalmicis* (morbo oculorum laborantibus) *caligo magis expedit, eodem modo mendacium vulgò prodeſſe arbitror*. Nam (2) non eſt, cur tam ſanctum eum dicamus, ut nullum veniale commiſerit. Ergo inter alia venialia, numerari officioſa mendacia poterunt, quæ ſibi in literis iſtis imponit.

ὀφθαλμὸς Oculus.

Reſpondent tandem Tertiò condonando Adverſariis in citata hac epiſtola Syneſium uſum fuiſse Reſtrictione Mentali, & puraſſe illius virtute, à mendacio verba ſua emaculari, & interrogant, quid inde inferant adverſarii? ut enim ad Probabilitatem concurrat alicujus authoritas, is præter Sanctitatem habere debet eminentem doctrinam, qua fuiſſe Syneſium præditum nunquam probabunt.

Qualis Scriptor eſſe debeat, ut mores exemplo ſuo regere poſſit?

ARTICVLVS III.

Oſtendit Sanctos Patres ab Adverſariis productos, non cognoviſſe, & à fortiori, non approbaſſe Reſtrictiones mentales.

QVI acephalas, interruptas, decircinatas, & alteratas Patrum Authoritates, quas Adverſarii pro ſua Sententia adducunt, legerit,

Virgilius Æn. 6

Deiphobum vidit, laceram crudeliter ora,
Ora; manuſque ambas, populataque tempora, raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Et ideò univerſim loquendo poſtulo, ut antequam formetur de alicujus Veteris Scriptoris Opinione Iudicium, præter adducta ab Adverſariis verba, præcedentia etiam nec non ſubſequentia colligantur.

Quid fieri debeat, ut aliqua Authoritas intelligatur?

AD TESTIMONIVM PRIMVM.

ET hoc profectò dixero propter primum Argumentum, quod Cap. I. ar. III. ab Adverſariis ex verbis Gregorii texebant. Sacri Textus Sententia, quam Sanctus Pontifex dilucidabat, erat hæc. Dixit Samueli Deus, *Imple cornu tuum oleo, & veni, ut mittam te ad Iſai Bethlehemitem; providi enim in filiis ejus mihi Regem*. Conſiderent Politici & Concionatores illud *mihi*, & examinent, cur *providi mihi*, & non *providi populo* dixerit Deus; & dum gloriam Dei primo loco, & publicum bonum ſecundo, Regem eſſe habiturum, definiunt, probantque, nos pergamus, Deo enim perterritus inquit, Samuel. *Quo modo vadam; audiet enim Saul, & interficiet me?* Et prudenter timere à Saule mortem poterat Samuel, ſiquidem præcedente eum capite à Regia Majeſtate & Dignitate depoſuerat. Tunc Samueli Dominus. *Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum Domino veni. Et vocabis Iſai ad victimam, & Ego oſtendam tibi quid facias; & unges quemcumque monſtravero tibi.* Et hic vociferantur Adverſarii, quaſi invenerint Simulationem, quam ſolæ emaculent Reſtrictiones Mentales. Sed

Cur creentur Reges. Vt primo loco Legem Dei, & ſecundo Civiles obſervari procurent.

Mittitur Samuel, ut in Regem creet & inungat Davidem.

Quid dixerit? An fuerit mentitus?

Sed non urgeor. Porrò, ſi id dixiſſet Samuel, & tamen non habuiſſet intentionem ſacrificandi, mendacium dixiſſet, nec excuſari potuiſſet vi alicujus Reſtrictionis mentalis. Et, ſi id præcepiſſet Deus, ut mentiretur præcepiſſet. At Dominus Deus, qui eſt Summa Veritas, juſſit ut diceret, quod erat reverà facturus; nempe, ut ſic loqueretur, & reverà vitulum ſacrificaret. Conſtat id ex Contextu; ibi enim lego, Samuelem veniſſe in Bethlehem, & rogatum, an pacificus eſſet ingreſſus ſuus? reſpondiſſe, *Pacificus, Ad immolandum Domino veni; ſanctificamini, & venite mecum ut immolem*. Et ſtatim, *Sanctificavit ergo Iſai & filios ejus, & vocavit eos ad ſacrificium*. Et de facto ante Davidis unctionem & conſecrationem ſacrificaſſe ſcitè colligit Iſidorus Clarius ex illis Prophetæ verbis, *Mitte & adduc eum; nec enim diſcumbemus priùs, quàm huc ille veniat*: inquit enim, [Hoc dicitur, quòd poſt ſacrificia pacificorum, edebantur conſecrata.]

An à mendacio excuſetur propter Reſtrictionem Mentalem?

Cū ergo ex Sacro Textu conſtet Samuelis verba in nullo ſenſu fuiſse falſa, conſtiterit etiam non indiguiſſe Reſtrictione Mentali. Nunc verba, quæ lacera proponebantur, ut exſtant in Gregorio, ponamus.

Quid his verbis oſtenditur, ait Magnus Pontifex, *niſi quia Tyrannorum verſutia atque ſævitia, quandoque eſt pia fraude deludenda*, [Non enim à Samuele dicitur, quod non erat faciendum ſed ex duobus, quæ debebant fieri, alterum dicitur, & alterum ſiletur.] *Præcepto namque Domini de armento vitulus tollitur, & immolatio ſimulatur, & ad Regiam unctionem pervenitur. Nam dum nocere Tyranni cupiunt, objicienda ſunt eis quædam, quæ credant, ut nocendi aditum non inveniant. Sic Tyranni deludendi ſunt, ut caveatur culpa mendacii; quod* (nempe cavere culpam mendacii) *tunc benè perficitur, cùm illud fit, quod aſſeritur* [non autem opus eſt, ut ſemper totum dicatur, quod præſtatur.] *Sed quod fit, ſic dicitur, ut celetur, quia ex parte dicitur & ex parte reticetur. Propheta namque Samueli dicitur, ut ad ungendum Regem vadat, & ſe immolaturum Domino, non Regem uncturum aſſerat. Ut immolans verum dicat, ut unctionem celans* (hoc eſt, *non dicens*) *Tyranni ſævitiam, vera dicens deludat*.

Poteſt homo in poſitione determinati medii intendere duos fines diverſos.

Tunc, ſi alterū dicat, & alterum taceat, nō mentitur.

Quantam vim habeant præjudicia?

Relego, & relego S. Gregorii verba, & quia ne quidem umbram Mentalis Reſtrictionis percipio, verba Emonerii recogito, & magnam eſſe præjudiciorum efficaciam exclamo.

Velle facere duo, & tamen unum tacere & alterum dicere, *fraudem, deluſionem*, & *ſimulationem* Sanctus Pater appellat: nempe *piam fraudem*, atque adeò *piam deluſionem*, & *piam ſimulationem*. Et, ut hoc intelligas, doctrinæ proderunt, quæ de dolo & ſcandalo circumferuntur: dolus enim in bonum & malum dividitur; & ſcandalum in receptum & datum.

An voces fraus, deluſio, & ſimulatio in bonam partem aliquando ſumantur?

De voce dolus: Quid ſignificet, & an æquivocè accipiatur?

Porrò *dolus* vox eſt ancipitis ſignificationis; & ideo ab Agellio *libr. 18. cap. 9.* dicitur *verbum medium*, quoniam in bonum & malum dividitur. *Dolus bonus* eſt ſolertia & aſtutia; unde S. Paulus 2. ad Corinth. 12.:16. ἐγὼ ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον. *Ego, cùm eſſem aſtutus, dolo vos cepi.* Et ideò, ut in malam partem vox ſumatur, *dolum malum* appellant. Terentius in Eunuch. *Iam tunc erat ſuſpicio dolo malo hæc fieri omnia.* Vlpianus de dolo malo leg. 1. *Dolum malum Servius quidem ita definit: machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cùm aliud ſimulatur, & aliud agitur.* Cicero 3. Offic. *Aquilius Collega & Familiaris meus, &c. cùm ex eo quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpondebat, cùm aliud ſimulatum eſt, & aliud factum.* Samuel ergo dolo bono proceſſit, & non malo; quia quantum dixit, egit: ſe enim ſacrificaturum eſſe Domino dixit, & Domino ſacrificavit.

De dolo bono, & dolo malo.

Samuel non proceſſit dolo malo.

Scandali diviſio in receptum & datum.

Fraudem in bonam & malam S. Gregorius dividit; & ut ego intelligam, revoco in mentem ſcandali diviſionem in paſſivum, activumque; vel, ut alii loquuntur, in receptum & datum. Scandalum dat ſubditis ſuperior, qui male vivit; nam

Principis exemplo totus componitur Orbis,

unde S. Benedictus in Regulæ Capite II. Prælato præcipit, *ut duris corde & ſimplicioribus, factis ſuis Divina præcepta demonſtret: & omnia, quæ diſcipulos docuerit*, (Pietati) *eſſe contraria, in ſuis factis indicet non agenda*. Cæterùm, ſi ex vita ſancta Superioris aliquis ſumat occaſionem peccandi, ſcandalum recipitur, non datur; unde ait Gregorius, *Ubi è Veritate ſcandalum oritur, non eſſe obviandum illi cum Veritatis detrimento*. Fraudem igitur in deceptione conſtituamus: & hanc in paſſivam, activamque, ſeu receptam & datam dividamus. Activam, datamque in Mendacio deceptionem reperio; qui enim mentitur, quantum eſt ex ſe, proximum decipit: paſſivam, receptamque in Amphibolo. Si enim hominis & bruti ſit nomen *Taurus*, & Titius, qui cum Tauro (homine) fuerat loquutus dixerit, *Taurum vidi*, verum dicet: interim, ſicut non loquitur ſufficienter, ut ego verum ſenſū intelligam, ſic nec inſufficienter, ut in falſum labar. Ergo, ſi *Tauri* nomine brutum intelligam.

Fraudis diviſio in receptam & datam.

N. B.
Exponitur, cur audito æquivoco, qui rem male intelligit ſibi, non verò loquenti, debeat errorem imputare.

Digitized by Google

ligam,& decipiar,non Titio, ſed mihi imputabo. Sic ſimiliter de Samuelis verbis philoſophandum eſt. Duo erat facturus: ſacrificare,& Regem ungere. *Interrogatus*,ad quid veneris,ſi reſpondiſſet,*Ad ſacrificandum tantum veni*; fuiſset proculdubio mentitus & decepiſset activè ſe auſcultantes. Quia autem dixit, *Veni ad ſacrificandum*, verum dixit. Si autem audientes voluerunt intelligere eum tantùm ad ſacrificandum eò veniſſe,ſibi imputent hoc enim ex ejus verbis non infertur. Fuit igitur hæc Samuelis bona fraus, paſſiva,& non activa;recepta & non data deceptio. Et hoc totum independenter ab omni Reſtrictione Mentali. Et quidem, nec omnia, nec ſemper, nec omnibus eſſe dicenda in Pſalmi V. dilucidatione demonſtrat S. Auguſtinus à Chriſti & Apoſtoli exemplo argumentum deducens. *Verum*, inquit, *occultavit & Dominus,cùm diſcipulis nondum idoneis dixit* Multa habeo vobis dicere,ſed nunc non poteſtis portare illa,*& Apoſtolus Paulus,cùm ait*,Non potui loqui vobis,quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, *unde manifeſtum eſt, non eſſe culpandum,qui aliquando verum ſubticet.* Immò, quia tempus loquendi, & tempus tacendi eſt,qui ubi oportet,ſilet,commendatur; ſicut è contrario,qui loquitur, ubi tacere debet, reprehenditur: quoniam ut cecinit Poeta neſcio quis.

Nec omnia, nec omni tempore, nec omnibus dicenda ſunt.

Illam condemnat Prudentia Sancta, tacere
Qui dicenda ſolet, quique tacenda loqui.

AD SECUNDUM.

ARgumentum,quod ex verbis Auguſtini ſumebatur, non ut efficax, & demonſtrativum,ſed ut probabile Emonerius adducit: & Ego,ne quidem probabile eſſe aſſero. Et in forma prioribus admiſſis nego Minorem illam,nempe,*Occultare Veritatem eſſe uti Reſtrictione Mentali*: nam S. Auguſtinus,aut non cognovit, aut ſaltem nunquam approbavit Reſtrictiones hujuſmodi: ipſi enim idem eſt *occultare Veritatem* ac *tacere*: nam agendo de illo, qui ſi verum diceret,proximum in diſcrimen & periculum præcipitaret, ſic ſcribit. *Paratus eſſe debet, verum occultare,non falſum dicere; ut neque prodas, neque mentiatur, ne occidas animam ſuam pro corpore alterius.* Et poſtea. *Si autem hoc nondum poteſt,vel ſola hujus neceſſitatis habeat mendacia,ut etiam ab iſtis, ſi ſola remanſerint, liberari mereatur;&* (lego,*oret*) *Spiritusſancti robor accipere, quo quidquid patiendum eſt pro Veritate, contemnat.*

An occultare veritatem ſit uti Reſtrictione Mentali?

Non datur neceſſitas aut periculum, ob quod dici poſſit mendacium.

AD TERTIUM.

REſpondeo altero Teſtimonio Auguſtini eſſe admittendas Reſtrictiones neceſſariò probari: at has eſſe purè intellectuales non probari. Aſſerui Cap. I. Art.III. dari Hypotheſes Tranſcendentales:quæ,quia ſemper in omni debent intelligi,non ſemper explicantur. Illæ erant, (1) ſi realiter poſſim (2) ſi licitè poſſim, (3) ſi ſine gravi damno aut incommodo meo aut alterius poſſim. Ergo jam ſcimus,quid Cnejo promiſerit Livius.Sub illa furoris circumſtantia, tamerſi realiter gladium reddere poſſit,licitè & ſine periculo non poteſt. At non promiſit ſe illicitè & cum periculo redditurum. Ergo negando modo gladium, nihil Livius cõtra promiſſionem molitur. Fruſtra ergo Adverſarii ad Mentales Reſtrictiones recurrunt.

Quàm certum eſt dari Reſtrictiones, tam eſt certum has non eſſe Mentales.

Dantur limitationes & reſtrictiones generales.

Probatur poſitivè, à nobis ſtare Auguſtinum.

HUjus Sancti Doctoris P. Ioannes Poncius *tom.4. in 3. diſt.38. quæſt. unic.pag.617.a.num.98.§. ex hoc.* teſtimoniis accuratè perpenſis colligit (& *manifeſtè*,ut ait) *quòd aut non ſciverit Reſtrictiones Mentales, quas negamus, aut quòd eas non diſtinxerit à mendacio.* Et ſcite has lineas *ex libri de mendacio.cap. 18.* ut Reſolutionem ſuam perſuadeat,ſcribit. *Ecce gravi morbo periclitatur ægrotus,cujus jam vires ferre non poſſunt, ſi ei mortuus, unicus & chariſſimus filius, nuncietur. Si à te quærat,* An vivat? *quem vitam finiſſe tu noſti, quando quidquid aliud dixeris præter unum de tribus; aut* Mortuus eſt, *aut* Vivit, *aut* Neſcio, *nihil aliud credit ille, quàm mortuum, quod te intelligit timere dicere,& nolle mentiri? Tantumdem valet etiam,ſi omni modo tacueris. Ex illis autem tribus duo ſunt falſa,*Vivit,*&* Neſcio, *nec abs te dici poſſunt,niſi mentiendo. Illud autem unum verum, id eſt,* Eſſe mortuum *ſi dixeris,& perturbati hominis mors fuerit ſubſequuta, abs te occiſus clamabitur.* Et quia Quæſtioni ſic propoſitæ ſuo ævo mentiendum in caſu eſſe reſpondebant nonnulli, laudantes officioſa mendacia, & eum qui periclitanti ægroto verum diceret, incriminantes; in eos orationem convertit, & ait. *Et quis ferat homines exaggerantes quantum ſit malè ſalubre mendacium devitari, & homicidam diligi Veritatem? Moveor his oppoſitis vehementer, ſed mirum ſi etiam ſapienter.* Tandem reſolvit, etſi de vita agatur,*non eſſe men-*

Sciant Logici, non Διλήμματα modo,ſed Τριλήμματα nec nõ Πολυλήμματα formari poſſe.

Quomodo reſpondere Ægroto aut cuicumque alii debeas, quando ipſi Veritatis cognitio realiter aut moraliter nocere poſſit?

tien-

Digitized by Google

cundum, & Adverſariis reſpondet dicens, *Nec me moves contemplantem luminoſum Bonum, in quo mendacii tenebræ nullæ ſunt, quod nobis mentiri nolentibus, & hominibus vero audita morientibus, homicida dicitur Veritas.* Et ut hanc doctrinam firmet *cap. 20.* addit, ne quidem ut ſalvetur proximi anima, mentiendum eſſe, &, ut perſuadeat, hos duos caſus proponit. Duos barbari infantes nondum baptizatos interceptos cuſtodiunt. Illos ſuffuſæ lachrymis, ut baptizentur matres poſtulant. Illi autem alteri, *Dabimus, ſi mentiaris*, & dicunt alteri, *Dabimus ſi te nobis proſtituas*. Quid illæ facient? Erant qui in caſu mendacium permitterent, proſtitutionem non permitterent; & in eos Sanctus Doctor exclamat, *Cur enim, ſi Cuſtodes iſti, ut nos ad baptizandum hominem admittant, ſtupro illici poſſint, non facimus contraria Caſtitati; & ſi mendacio decipi poſſunt, facimus contraria Veritati.* Et poſt pauca, *Sed quomodo jubeat Veritas, ut homo baptizetur, eſſe mentiendum, ſi non jubeat Caſtitas, ut homo baptizetur, eſſe mœchandum.*

Nullo in caſu eſt mentiendũ.

Sane ex his Auguſtini verbis evidenter colligitur, non admiſiſſe Sanctum Patrem Reſtrictiones mentales; nam, ſi illas approbaſſet, moribundo parenti, interroganti, *An ſuus filius viveret?* putaviſſet, ſe poſſe ſine mendacio reſpondere *Neſcio*, mente intelligens, *ut tibi dicam*. At iſtud *Neſcio* non ſine mendacio poſſe dici Sanctus Doctor affirmat. Ergo, aut non cognoſcebat, aut ſaltem reprobabat Reſtrictiones Mentales.

Conſtat Auguſtinum Mẽtales Reſtrictiones abſolutè negaſſe.

Ego autem hodie, pace S. Auguſtini, ægroto in tali caſu dicerem, *Neſcio*; nec mendacii umbram, etiam rejectis Mentalibus Reſtrictionibus, in hac reſponſione invenirem; nam mea Reſponſio per ejus Interrogationem, & ejus Interrogatio per Tranſcendentales Hypotheſes reſtringeretur. Vel attende. Hæc Interrogatio, *Vivit-ne filius meus?* per conſignificantes generales & tranſcendentales circumſtantias reſtricta, æquivalet huic. *Dic mihi, ſi licitè, & ſine meo, tuo, aut alius damno poſſis, an meus filius vivat?* & ego reſpondeo ſtatim *Neſcio*, hoc eſt, *Non habeo ejus mortis notitiam, quam ſine damno tuo communicare tibi poſſim.*

Dantur Reſtrictiones extrinſeca.

Omnis Interrogatio per circumſtantias tranſcendentales reſtringitur.

Et hic obiter noto, Silentium ipſum loqui in ſententia Auguſtini, & circumloquia alienam ſignificationem indipiſci.

Ad Qvartvm.

Quiſnam illorũ verborum ſit Author?

VT reſpondeam, noto (1) non eſſe Dorotheum, qui loquitur, ſed Abbatem Alonium: (2) eum agere de mutatione ſermonis & variatione verborum (3) de re, in qua opus ſit moderatione & prudentia (4) Dorotheum dubitare de ſecuritate hujus doctrinæ: & eundem (5) non habuiſſe ſatis exploratam vocabulorum Politicam ſignificationem.

Aliud eſt referre, & aliud dicere.

Circa primum aſſero, Authorum ſententias, quæ referuntur, non à Referentis perſona, ſed ab illorum, qui illas tradunt, cenſura, & judicio ſumere authoritatem. [Lego in Pſalmo. *Dixit Inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.* Et quia hæc Propoſitio *Non eſt Deus*, ab Inſipiente dicitur, & ab Inſipiente eam dici à Propheta refertur, pronuncio illam non recipere ullam authoritatem à Propheta, ſed ab Inſipiente (hic enim illam dicit) qualificari. Eſt igitur manifeſtum delirium.] Hinc ad rem noſtram. Sit ergo Dorotheus Pater maximæ authoritatis; verba tamen, quæ citat, tantam habent, quantam illis potuit Alonius dare. Alonium autem fuiſſe virum doctiſſimum debuiſſent Adverſarii probare.

Non à referente, ſed à dicente qualitatem Propoſitiones deſumunt.

Circa ſecundum dico; verborum ſermonumque mutationem & variationem non eſſe Reſtrictionem Mentalem, quia hæc in ſola interna cogitatione conſiſtit. Alonius igitur de Intellectuali Reſtrictione non agit.

Reſtrictio differt à mutatione & variatione.

Circa tertium obſervo, talem mutationem & variationem ab Alonio requiri, qualis ſine prudentia & circumſpectione eſſe non poſſit: inquit enim, *Niſi moderatè & prudenter te gubernaveris, ad ſupplicium mortis hominem trades.* At nulla circumſpectio aut prudentia requiritur ad ponendas Reſtrictiones Mentales. De ipſis igitur non agebat Alonius. Probatur Minor: nam apud illarum Tutores, *ut tibi dicam* eſt unguentum ad omnia, ſeu terminus tranſcendentalis. Et hunc terminum mente concipere res eſt perfacilis.

Quidquid prudenter fit, bene fit.

Aliquem mentis ut tibi dicam, *volunt eſſe clauſulam generalem.*

Circa quartum noto, Dorotheum potiùs pro noſtra doctrina allegari debere, nam contrariam condemnat. Et hoc perſuadeo ſic. Condonemus Emonerio, & aliis Abbatem Alonium agere de Reſtrictionibus Mentalibus. Condonemus, inquam; nam falſum eſt; &, ut ex præcedentibus liquet, non conceditur, ſed uberioris doctrinæ gratia, ut Veritas innoteſcat liquidiùs, condonatur. At Dorotheus ut incertam & periculoſam Abbatis Alonii opinionem condemnat. Mentales ergo Reſtrictiones condemnat. Probant Minorem hæc Sancti Patris verba. *Nec ſis tamen uſque adeò ſecurus & ſupinus ac ſecurs, ſed reſipiſce, ſed pœnitentiam ac lachrymas*

An Dorotheus à nobis ſit?

Quid ſit aliquam Propoſitionem condemnare?

 funde,

funde, & plora coram Deo, atque hoc tempus reputa ut tempus tentationis; neque id ſæpiùs ac frequenter agas, ſed ſemel in multo tempore. Ergo talis eſt, Dorotheo judice, Abbatis Alonii doctrina, ut qui ei adhæreat non ſit in conſcientia ſecurus, ſed laboret ſupina ignorantia & ſocordia, teneatur reſipiſcere, agere pœnitentiam, & lachrymis ſuum errorem abluere.

Dorotheus Alonii doctrinam condemnat.

An ſit bona in Logica Morali Conſequentia, Poteſt ſemel, Ergo poteſt ſemper?

Et hic obiter notet Moralis Logicus, eſſe quidem (pauculas tamen) leges, quæ conſuetudinem, non autem unum aut alterum actum incriminantur, pleraſque autem omnes de ſingulis actibus eſſe, & agendo de his, hanc ſanè Conſequentiam, *Poteſt ſemel ſine peccato fieri, ergo ſub eiſdem circumſtantiis poterit fieri ſine peccato ſæpe, aut etiam ſemper*, eſſe bonam. Sanè hujus ſecundi generis ſunt omnes leges Decalogi, ac proptereà etiam illa, *Ne mentiantor*. Ergo, ſi datur lex, de non mutandis verbis, & de non variando ſermone, ipſa erit ſecundi generis, adeoq; nunquam mutare verba, & variare ſermonem, erit licitum. Et ſi *verborum mutationis & ſermonum variationis* vocabulo Mentalis Reſtrictio (quod Emonetius vult) intelligatur, nunquam erit licita Mentalis Reſtrictio.

An ſint leges quæ conſuetudines ſolas inhibeant?

Quid in Architectura nomen Baſis, & quid in Trigonometria ſignificet?

Circa Quintum ſupponi volo unum & idem nomen in una & altera Facultate aliter & aliter accipi; nam *Baſis* aliter in Architectura & aliter in Trigonometria ſignificat; (ibi enim eſt ſolidum corpus, & hic linea) & *Fictio* aliter à Theologis, cum diſputant de Sacramentis, aliter ab alterutrius Iuris Profeſſoribus, ubi agunt de Hypotheſibus Iuris, & deniq; aliter à Grammaticis & hominibus in ſermone communi, & ideò quod negatur ab iſtis poteſt aſſeri ab illis ſine ſuſpicione mendacii. Dicit Theologus, *Baptiſmus licet cum fictione ſuſcipiatur, eſt validus*, & reponit Grammaticus, *Baptiſmus, ſi cum fictione ſuſcipiatur, eſt invalidus*; & uterque bene dicit; quoniam *fictionis* nomine ille peccatum mortale actuale intelligit: puta, ſi baptizari quidem velit Titius, non autem concubinam dimittere: & eodem nomine fictam hic intentionem intelligat, ut ſi Clodius nolit baptizari & tamen ſe velle fingat & ſub hac fictione baptizetur.

Quid apud Theologos & apud Grammaticos Fictio?

An ne baptiſmus cum fictione receptus ſit validus?

Hanc doctrinam videtur non bene perſpexiſſe Dorotheus, inquit enim, *Siquis rem quamlibet concupiſcis, & appetis, non audet tamen dicere*, Rem illam deſidero, & concupiſco, *ſed ſermonem pervertis, & amphibologia ſeu circumloquutione utitur dicens*, Hoc patior; Hac re mihi opus eſt; Huic rei ſubditus & obnoxius ſum; *& toties mentiri pergit, quoad deſiderium & concupiſcentiam ſuam expleat.* Et ego illud *mentiri pergit* non admittam, niſi impropriè ſumatur. Verbum profectò *Volo* nimis eſt imperioſum, & ſolis Principibus ſummis conceſſum; contemnit .n. ſocios ſuos, qui dicit,

Inurbana & indicibilia verba, quæ palabras deſcorteſes Hiſpani nominant, proſcripta ſunt à communi colloquio.

Sic volo, ſic jubeo: ſit pro ratione voluntas.

Igitur verbum *Volo*, ut alibi oſtendi, è Lexico Civili & Honeſto, quo Ingenui utuntur, expunctum eſt. Habere igitur debeo alia honeſta vocabula, quibus illæſa urbanitate poſſim dicere, *Hanc rem volo*, & ſubminiſtrantur mihi hæc, *Ob hujus rei defectum patior*, nempe, dolorem, quem mihi ejus carentia infert: *Hac re indigeo*; nempe ut ſolamen habeam: *Huic rei ſum obnoxius*; hoc eſt, pœnam patior, nam in hoc vocabulo *obnoxius*, Feſto aſſerente, pœna includitur. Et, in iis & ſimilibus loquutionibus modeſtia & verecundia relucent, non autem mendacii malitia percipitur. [Et hic loquendi modus apud Hiſpanos communiſſimus eſt, nemo enim audet dicere, Yo *quiero eſto*. Sed qui illam rem vult, circumloquitur dicens, *Yo he meneſter tal coſa.*]

Qui illarum loco alia decentia ſubſtituit, non mentitur.

De verbis Volo *&* Nolo. *Verè indicibilia ſint?*

Ad Qvintvm.

NEſcio cur Origenis adducatur authoritas, ſi quidem nullam inter Scholaſticos habet: ejus enim ſcripta, ut ipſe fatetur, ab inimicis ſunt corrupta, & inter ſuas ſententias multæ erroneæ interjectæ. Interim ut & id Adverſariis concedatur, ejus hodie ex urbanitate admittatur, aut ſaltem expendatur authoritas. Sed quid dicit.

De Origene. An ſit Scriptor Claſſicus?

Mendacium Officioſum aliquando eſſe licitum. Et reſpondeo fuiſſe hanc illo ævo aliquorum ſententiam: at hodie eſſet hæreticus, qui illam amplecteretur.

De officioſo mendacio.

At *mendacii* nomine, ait Emonetius, intellexiſſe Reſtrictionem Mentalem. Negat id Sanctus Hieronymus *libr. 2. contra Ruffin.* qui Origenis mentem percalluit.

Origenis & aliorum antiquorum ſententia.

At egit, ais, Origenes de mendacio, quod commiſerunt Iacob & Iudith: eorũ enim hiſtorias & verba producit, ut propriam ſententiam dilucidet. Hi autem non ſunt verè mentiti, ſed uſi fuerunt Reſtrictione Mentali. Origenes igitur eſſe licitas aſſerit Reſtrictiones Mentales. Et ego concedo Majorem: & Minorem diſtinguo. Illos (Iacobum & Iuditham) non fuiſſe mentitos in Origenis & multorum aliorum ſententia nego: illos non fuiſſe mentitos in aliorum ſententia tranſeat. Eoſdem autem, in Origenis ſenten-

De Iacobo & Iuditha. An-ne fuerint illorum opinione mentiti?

tia

tia uſos fuiſſe Reſtrictione Mentali, nego, & iterum nego.

Formatur argumentum ad hominem.

His præmiſſis ad hominem ſic argumentor. [Quas Emonerius Mentales Reſtrictiones appellat, Origenes *Mendacia* nominat. At *mendacii* nomine Origenes intelligit verum mendacium. Ergo ſenſit Origenes Reſtrictiones Mentales eſſe vera mendacia.] Major eſt Emonerii, Minor Sancti Hieronymi. Conſequentia legitima. Conſequens igitur negari nequit.

Ad Sextum.

Sententia Caſſiani & Chryſoſtomi.

Mendacium excuſari aut etiam in caſu neceſſitatis laudari à Chryſoſtomo, Caſſiano, & aliis Veteribus Patribus, concedo. Illos autem *mendacii* nomine non intellexiſſe verum mendacium nego. Et, quidquid de Chryſoſtomo ſit, ſaltem Caſſianum verum conſuluiſſe mendacium aſſerunt Sixtus Senenſis *Biblioth. Sacr. libr.* 5. *adnot.* 107. Cuychius *ad ejuſd. Caſſian. libr.* 5. *Inſtit. cap.* 17. Ciaconius *ibid.* & alii apud P. Ioannem Poncium *tom.* 4. *in* 3. *ſent. diſt.* 38. *quaſt. unic. pag.* 619. *b. num.* 167.

Ad illud, *Hoc* (mendacium verum) *eſſe peccatum, certum eſt*, diſtinguendo reſpondeo. Certum eſt nobis hodie: concedo. Certum erat tunc: nego.

Quid mendacii nomine intellexerint?

Ergo agebant de Intellectuali Reſtrictione; nego Conſequentiam. Quia, etiam ſi concedamus *mendacii* nomine Reſtrictionem illos intellexiſſe, non percipio, cur tam confidenter illos purè Mentales Reſtrictiones approbaſſe & tradidiſſe Emonerius affirmet, cùm ſuaviùs diceret, illos externas Reſtrictiones, quas nos ediſſerimus, commendaviſſe.

Et hic poteſt redire Redargutio, quæ *in Reſp. ad quint.* §. *His præmiſſis* contra Adverſarios concinnavimus.

Ad Septimum.

De D. Thomæ mente.

Admitto & exoſculor nomen & authoritatem S. Thomæ. Et ad primum locum nego S. Doctorem ibi docere, quæ aſſerit Emonerius; quoniam, ſi contextus accuratè legatur, docet tantùmmodò poſſe Confeſſarium non dicere veritatem. Et quis non ſciat, aliud eſſe *tacere* & aliud diverſum *negare*? Interim, quia Confeſſarius poteſt poſitivè negare, & id

De Confeſſario.

aliis in locis S. Thomas affirmat, condonemus omnia, & concedamus Sanctum ibi Doctorem aſſerere, poſſe Confeſſarium, peccata, quæ in confeſſione audivit, ſe audiviſſe negare. Quid autem inferunt? Argumentantur ſic. [Poteſt & debet Confeſſarius negare ſe ſcire, quæ audivit ſub ſacramentali ſigillo. At reverà illa ſcit. Ergo, ne mentiatur, juvari debet aliqua Reſtrictione Mentali.] Et ego conceſſa Majori, diſtinguo Minorem dicendo, Scit *ut quo*, concedo; *ut quod*, nego. Vel aliter. Scit homologicè, ut poſſit aut teneatur revelare, nego; aliàs, concedo. Vel adhuc aliter. Scit ut ſubditus, nego; ut Deus, concedo. Et hæc omnia quæ hic tanguntur ſolummodo, Cap. I. art. II. fusè tractata & dilucidata reperies.

An indigeat Reſtrictione Mentali?

An fuerit Iacobus Iſaaco ſuo parenti mentitus?

Ad Iacobi hiſtoriam, quæ difficilis eſt, illum enim multi dicunt fuiſſe mentitū, dico illum doctè ab Angelico Doctore excuſari; nec ad hoc Mentalem Reſtrictionem requiri; ut demonſtratum eſt Cap. I. art. III. Et hoc ultimum poteſt probari & explicari. Quoniam Iacob, ſiquidem ad dicenda illa verba diviniùs dirigebatur, illorum ſciebat ſenſum, vel non. Si primum: illa proferre poterat ſine ulla Reſtrictione Mentali. Si ſecundum, etiam illa ſine tali Reſtrictione proferre poterat, quod ſic perſuadeo. Multi Chriſtiani dicunt, *Deus eſt trinus & unus*, & terminos non intelligunt, ſciunt tamen hanc propoſitionem eſſe veram in ſenſu, in quo à Sancta Matre Eccleſia Fidelibus ut credenda proponitur; & illo ſenſu eamdem credunt. Alii, & quidem plurimi, dicunt, *Deipara labe Originaria culpa caruit*, & quod dicunt, eo credunt ſenſu, quo illud Viri docti crediderint, nec tamen errant, quia ſupponunt Viros doctos ſcire, quid Pietas indicat in hoc caſu. Ergo hinc ad Iacob. poterimus pede liberiori tranſire. Quoniam [ſi ipſe (verum illorum verborum) non ſciebat, tamen intelligebat ſe ad ea verba dicenda impelli à Spirituſancto; quandoquidem poterat cognoſcere Spiritum ſanctum non impellere ad mendacium, debebat ſcire, quod illa verba habebant aliquem ſenſum verum, & poterat ea dicere in eo ſenſu; nec tamen id faciendo uti deberet oratione reſtricta, ſed potiùs uteretur oratione vera in ſuo vero ſenſu. Et hoc tantùm vult D. Thomas.] Et Ego Poncii *pag.* 620. *a. nu.* 109. verba formalia exhibui. Præterea, ſi Moralem & ſupernaturalem verborum eorum ſenſum intelligebat Iacob, non indigebat ulla Mentali Reſtrictione: nam ille independenter à mente & lingua verus erat, & à circumſtantiis extrinſecis deſumebatur.

Multi verba, quæ ſanctè dicunt, non intelligunt.

Hujus Propoſitionis Deus eſt Trinus & Unus, *aut etiam hujus* Deipara originaria labe caruit, *ſcholaſticos terminos multi ignorant.*

De Reo. An, & quando crimen negare poſſit?

Venio tandem ad Reum, & ajo illum, ſive velit reſpondere, ſive nolit, ſive aſſentiatur, ſive appellet, nunquam indigere Reſtrictione Mentali. Vide Cap. I. Art. III.

Ad

AD OCTAVVM.

Quænam ſint tranſcendentales circumſtantiæ, quæ in omni contractu, tàm de futuro, quàm de præſenti, intelliguntur?

IN Scoti ſententia, quantum ad verba juvenis nullam Ego difficultatem invenio, non enim ille Mentali aliqua indiget Reſtrictione, nam Tranſcendentales circumſtantiæ [Si *vivam, ſi Deus voluerit,* &c. in contractibus de futuro: & *ſi validè poſſum,* &c. in contractu de præſenti: & ſimiles] ſemper intelliguntur.

Ea, quæ de Reo, Confeſſario, &c. paſſim dicuntur à Mentali Reſtrictione non pendent.

Illa, quæ dicuntur de Reo minimè urgent. Si interrogetur de crimine vero, ſed non probato, reſpondet, ſic jubentibus Iuris peritis, *Nego propoſita, ut proponuntur*; & hoc ſine ullâ Reſtrictione Mentali.

Sed demus, quod falſum eſt, egiſſe Scotum ibi de Reſtrictione Intellectuali. Ergo dicendus eſt illam condemnaviſſe. Probo Conſequentiam. Nam ait Subtilis Doctor. *Numquid, ſi neget, intendens tantùm negare ut propoſitum eſt, ſcilicet ut publicum (ſicut Sacerdos facit de confeſſo, dicens,* Nihil mali ſcio, ipſum feciſſe, *quia loquitur in publico, audivit autem in alio foro.*) nunquid tenetur ille, qui ita *negavit pœnitere?* Et reſpondet, dubium eſſe, an intervenerit culpa: & jubet Reum agere pœnitentiam. Senſit ergo uſum Intellectualium Reſtrictionum non eſſe in conſcientiâ ſecurum.

Similiter ad Durandum dicemus, non illum tantùm cum Scoto, ſed & univerſos Scriptores Catholicos aſſerere, Confeſſarium in tali caſu dicere poſſe *Nihil ſcio.* At plerique omnes negant has Reſtrictiones. Ergo, plerique omnes teſtantur, Sigilli Sacramentalis innocentiam & ſecuritatem non dependere ab ulla Reſtrictione Mentali.

AD NONVM.

Quid ſenſerit Ariminenſis?

NEgat Poncius Gregorium Ariminenſem poſſe pro contraria opinione citari; [non enim loquitur de Reſtrictione alicujus non expreſſi per voces, nec ſignificati ex circumſtantiis, aut communi modo loquendi: ſed de Reſtrictione, & Subintellectione alicujus, non expreſſi quidem per voces, ſed tamen intellecti ex communi modo intelligendi, aut circumſtantiis.] Ergo Gregorius militat pro noſtra ſententia: non enim quis Prudens negare Reſtrictiones poterit, nam in hoc toto Libro ſolummodò purè intellectuales negamus.

Quid Paludanus?

Eſt multò apertiùs Paludanus, in cujus verbis illa ſunt ſpecialiter conſideranda. *Quantumcumque verba ſint generalia, ſi loquens intendat ea reſtringere* (ecce unam conditionem) *& audiens ſimiliter debet intelligere* (ecce alteram) *non eſt mendaciū.* Ergo talia poſtulat verba, ut audiens teneatur intelligere ea in ſenſu loquentis.

De circumſtantiis conſignificantibus.

Hæc autem obligatio ex circumſtantiis conſignificantibus provenit. Ergo, ſi hæ duæ conditiones, aut altera ſaltem deficiat verba mente reſtricta mendacii condemnat Paludanus. Sunt igitur hujus Doctoris verba clara, ſed pro nobis, non autem pro Adverſariis, ut opinabatur Emonerius. Immo nec abſolutè pro nobis, nos enim minùs ſtrictè ſentimus.

Quid Pelbartus?

Æquivocatio, & manere poteſt, & auferri ſine Reſtrictione mentali.

Pelbartus nihil omninò de Mentalibus Reſtrictionibus habet, ſed ſolum conſulit Reo & Teſtibus, ut quando non tenentur dicere Veritatem ſubterfugiant, & æquivocè tantùm reſpondeant. Et Adverſarii, ubi æquivocationis nomen audiunt, ſtatim in ea putant Intellectualem Reſtrictionem includi.

Quid Gabriel, Adrianus, & Medina doceant?

Gabrielem favere Emonerio non video ſed eſto faveat: inquit enim difficile eſſe ſalvare talem loquutionem à peccato veniali. Sentit ergo Vir Doctus doctrinam de Reſtrictionibus Mentalibus, ſi illam cognovit, aut admiſit, non eſſe in conſcientia ſecuram.

Adrianus & Medina admittunt Reſtrictiones Mentales, quando ſcilicet conceptus reſtringens circumſtantia aliqua extrinſeca ſignificatur. Et Cajetanus *in* 2.2. *quæſt.*89. *art.*7. expreſsè negat orationem vocalem per actus purè internos reſtringi.

ARTICVLVS IV.

Enervantur Rationes, quæ ab Adverſariis objiciebantur.

SVpereſt, ut rationes ab Adverſariis adductas enervemus: tametſi enim contra Reſtrictiones Mentales argomenta poſitiva adduxerimus,& hæc ipſa viderentur ſufficere, ut diſſolverentur Objectiones: quia tamen varias doctrinas Adverſarii, nec omnes ſecuras intermiſcent, voluimus recognoſcere ſingulas & cenſura conſentanea illuſtrare.

Ad Primam.

De Opinionum delectu.

REſpondeo primò, inter duas verè Probabiles Sententias habere locū conſiderationem, quam in initio Adverſarii proponunt. Nam, ſi utraq; Opinio (Aſſerens, & Negans Intellectuales Reſtrictiones) probabilis ſit, illa debebit eligi, quæ minus peccata multiplicet, & conducat ad conſcientiæ ſolamen. Verùm enim verò, ut reverentiam debitam Intellectualium Reſtrictionum Propugnatoribus exhibeamus, dicimus illos eſſe multos & doctiſſimos Viros, & ſufficere ad extrinſecam Probabilitatem. Addimus nos ſuſpicati, eos in ſuam incidiſſe ſententiam defectu Grammaticæ Speculativæ, quæ negligitur in Theologiæ Gymnaſiis. Et concludimus ei,qui ſemel vim conſignificantium circumſtantiarum percalleat, impoſſibilia & improbabilia à ratione videri, quæ de hujuſmodi Reſtrictionibus ediſſeruntur.

Vtra ſit eligenda ubi utraque eſt verè probabilis?

Reſpondeo ſecundò Opinionem,ſi alias non ſit probabilis, non ideò probabilem eſſe dicendam, quod minùs multiplicet peccata. Alias enim Heterodoxorum Opiniones, [videlicet, *Mendacium officioſum eſt licitum*, *Eſt furtum ingenioſum laudabile: ſimplex mulieris, & viri commixtio non eſt peccatum*; & aliæ ſimiles] dicerentur debere in ſcholis doceri; nam ſi eſſent veræ, pauciora eſſent in Mundo peccata.

An utilitas reddat Opinionem probabilem?

Reſpondeo tertiò, rejecta illorum Opinione quæ docet, quaſcumque Intellectuales Reſtrictiones, ſemper & ubique licere,quam etiam adverſarii condemnant, Sobriam illam quam Viri doctiores tuentur, nihil præſtare omninò, quod non præſtemus Nos per conſignificantes circumſtantias. Non ergo illa eſt benignior aut numerum peccatorum imminuit; ſed ſine fundamento ſecuro prætendit, quæ nos certiſſimo innixi ſecuriſſimè & clariſſimè facimus.

Dicimus Reſtrictiones Mentales eſſe prorſus mundas.

Ad Secundam.

DEfectus Grammaticæ Speculativæ ſe inſinuant in Logicam, & multi in hac committuntur errores ob ſubtilitatū Grammaticarum ignorantiam. Datur Terminus purè Mentalis, at non purè Vocalis, quia vocem ſemper Intellectus concomitatur. Eſt res certa: & ab omnibus tradita. Lalemandetius *in Apparatu partit. 2.column.7.*aſſerit [Terminum Mentalem eſſe fundamentum Vocalis & Scripti: non enim eſt Terminus Vocalis, niſi quia præſupponitur eſſe in mente Mentalis.] Et hinc patet hanc Termini Mentalis Vocaliſque mixtionem aut compoſitionem non ita accidere, ut alter unam rem, & alter ſignificet aliam, nam uterque idem prorſus ſignificat: vox enim *homo*, & conceptus *homo*,(ex quibus Terminus Mixtus *homo* coaleſcit) habent eamdem indiviſibilem ſignificationem.

Negatur, Terminum in Mentalem, Vocalem, & Mixtum diſtingui: quia nō eſt poſſibilis purè Vocalis, & ideò omnis Vocalis eſt Mixtus.

Hinc venio ad argumentum & ajo illud eſſe tale ut ipſimet Emonerio diſpliceat: tale, inquam, ut diſplicuerit mihi illud Suario,celeberrimo Viro,adhiſſe. In forma verò ſic reſpondeo. Majorem juxta doctrinam, quam præmiſi concedo:& Minorem juxta eamdem doctrinam diſtinguo. Vti homines Termino Mixto, in quo totum quod mente concipitur, voce ſignificatur, concedo: Mixto autem, in quo aliquid mente concipiatur, quod voce non ſignificetur, nego. Et denique Conſequentiam eodem modo diſtinguo. Vti Oratione aut Enunciatione Mixta, in qua totum, quod mente concipitur, voce ſignificetur, concedo. Mixta autem, in qua aliquid in mente lateat, quod non ſignificetur labio, nego & iterum nego.

Et idem de Orationis in Mentalem, Vocalem, & Mixtam diviſione dicendum eſt.

Ad

Ad Tertiam.

Non ſolent, poſſunt tamen exprimi termini tranſcendentales.

ANTE Reſolutionem dico Terminos Tranſcendentales non exprimi in oratione verbis, quia ſubintelliguntur: at, ſiquis illos verbis exprimat ſenſum verborum non mutabit. Ideò, cum quæritur, *Quid ſit homo?* reſpondemus, *Homo eſt animal rationale*, nec tamen dicimus *eſſe creatum, finitum, dependens*, &c. quia, quæ à nemine ignorantur, ut expreſsè dicantur non poſtulant. Interim, non turbabitur ſenſus Definitionis, ſi illa, quæ ſubintelligebantur, verbis expreſſis proponantur: nec enim mentietur, qui dixerit, *Homo eſt animal rationale, creatum, finitum & dependens à Deo*. Nec erit, qui ſe fuiſſe deceptum aſſerat, ſi prius audiverit *Homo eſt animal rationale*, & illum eſſe *animal rationale creatum*, *finitum*, *& à Deo dependens*, poſteà reſciat. Vide quæ ſuperiùs ſunt dicta.

Quando illi exprimuntur ſenſum Propoſitionum non alterant.

Addo conſignificantes circumſtantias ita ad Orationis ſignificationem concurrere, ut hæc nullo modo transformetur, mutetur, alteretur, ſi illæ claris & manifeſtis verbis exprimantur. Sic Monialis, in carnis peccatum lapſa, bene confitetur, ſi dicat, *Profitui me viro ſoluto*, etſi nihil dicat de violatione voti & ſacrilegio, quia hæc habitus, quem gerit, conſignificat: quam ob rem illa ore prolata verba, *Proſtitui me viro ſoluto*, contracta per monaſticum habitum, qui percipitur oculis, æquivalebunt his, *Violavi votum Caſtitatis proſtituendo me viro ſoluto*. Et quid, ſi prædicta Monialis confiteretur, dicendo, *Violavi votum Caſtitatis proſtituendo me viro ſoluto*. An mutaret ſpeciem Accuſatio? An Confeſſarius diverſum formaret judicium? Minimè. Sint ergo conſignificantes circumſtantias talis eſſe naturæ & ingenii, ut ſine verbis totam rem ſufficienter exponant: talis, inquam, naturæ, ut nec transformeni, nec mutent, nec alterent ſenſum Propoſitionum, ſi verbis claris exprimantur. Hæc doctrina eſt certiſſima & etiam admiſſa ab Adverſariis: unde P. Ioannes Poncius *tom. 4. in 3. ſentent. diſt. 38. qu. unic. pag. 623. b. num. 124.* ſic inquit. [Addit Emonerius hunc diſcurſum. Siquis interrogarus à Iudice injuſtè, *An feceris aliquam rem, quam fecit, ſed non tenetur fateri*, reſponderet, *Non feci talem rem prout adſtrictus obligationi reſpondendi*, verum diceret: ſed ſi idem reſponderet, *Non feci*, non additis illis aliis verbis, Idem liceret (N. B.) ac quod diceret illis additis. Ergo, ſicut iis additis diceret verum, ita etiam iis non additis diceret verum; & conſequenter Oratio reſtricta non eſt mendacium, nec ea utens mentitur. &c.]

Quomodo Monialis confiteri debeat, ſi culpā carnalem commiſerit?

Quomodo reſpondere poſſit aut debeat reus contra Iuris formam interrogatus?

Contraria Partis Argumentum diſſolvitur

His prævifis ad Trilemma ab Emonerio propoſitum facili negotio reſpondebo. Sanè illam externæ expreſſionis omiſſionem eſſe malam pronuncio. Et Emonerius, ſi eſſet mala, ait; eſſet ob unam ex his tribus cauſis: & illas recenſes, & exponis. Et ego reſpondeo eſſe malam ob omnes tres illas cauſas; eſt enim formaliter propter ſecundam mala; & hæc in primam, & tertiam ſe inſinuat. Probabat Minorem, quoad priorem partem, quia non poteſt oſtendi unde oriatur obligatio explicandi totum mentis conceptum. Reſpondeo illam conceptus intellectualis partem, quæ verbis non exprimitur, aut transferre verba ad oppoſitam, ſeu diverſam ſaltem ſignificationem, aut relinquere illæſum verborum ſignificationem. Si primum ex octavo Decalogi Præcepto, aut non ponendi illam Mentalem Reſtrictionem, aut ipſam ſigno externo exprimendi naſcitur obligatio; aliàs enim verba contra mentem impingerent, & committeretur mendacium. Si ſecundum contingat, quod intendit Argumentum conteditur. Probabat eamdem Minorem, quoad ſecūdam partem; quia nihil in verbis ſtrictè loquentis reperitur, quod in mentem impingat. Et hoc ipſum ego rotundè nego; quia verba & formalitas, quæ reſtringit, opponuntur clariſſimè. Et tandem eamdem Minorem quoad tertiam partem conabantur ſuadere; quia, nec Deus, nec Natura audienti jus conceſſit, ut debeant illi omnes conceptus interni propalari. Et diſtinguo: ſi ipſi nec opponantur verbis, nec illorum ſignificationem mutent, aut alterent, concedo: ſi autem tanquam conſignificans circumſtantia admiſſi, verborū ſignificationem alienam & immutent, nego. Ergo tota difficultas eo vergit ut Reſtrictiones alienantes, aut etiam contrariantes, à merè concomitantibus aut etiam contrahentibus ſecernamus.

Vel dicito, non peccare Adverſarium quia ponit actum illum mētalem; nec quia nō profert lingua totū, quod mente concipit; ſed (& nota hoc bene) quia talia verba profert, ut ſecundum ſe conſiderata (nec enim ab intellectu contractionem ullam, aut propagationem recipiunt) mētis conceptui contradicant.

Rationalitas non opponitur Animalitati.

Dicit ore Petrus, *Homo eſt animal*. Et mente adhuc addit *rationale*, ut tota mentalis propoſitio ſit, *Homo eſt animal rationale*; & ajo hanc Reſtrictionem non alienare nec falſificare Orationem vocalem: quoniam ſi verbis expreſſis poneretur, & *Homo eſt animal rationale*, Petrus diceret, nihil diceret priori aſſerto contrarium.

Nomen Homo ſine addito, non ſignificat pictū, ſed vivum.

In ſuo cubiculo habet Regis picturam Iſidorus, & ait, *Rex eſt in meo cubiculo*: & ne mentiatur mente addit *pictus*, ut tota oratio ſit, *Rex pictus eſt in meo cubiculo*. Epitheton autem *pictus* eſt alienans: nam *Rex*, ſi nihil addatur, vivum ſignificat: & *pictus*

Digitized by Google

pictus evacuat vocis ſignificationem ad viſibilem Regis imaginem. Et oppoſitionem docebitur, qui vel tyroni & inferioris candidato Grammatices has duas Aſſertiones *Rex eſt*, &c. & *Rex pictus eſt*, &c. repræſentare voluerit.

Qui dicit Non eſt domi *negat univerſaliter: qui autem dicit* Non eſt domi ad talem effectum, *illum domi eſſe affirmare videtur, & tantum de cauſa diſputare. Ergo hæc Aſſertio alteri contradicit.*

Eſt domi Iulius & quidam rogatus, An ſit domi? reſpondet *Non eſt domi*, & mente ſubintelligit, *ut obſideat Argeliam*, & ajo has duas Propoſitiones (Vocalem, Mentalem) eſſe oppoſitas: nam prior (Vocalis) eſt abſoluta & contradicit huic, *Eſt domi*. At poſterior (Mentalis) non contradicit huic *Eſt domi*; bene enim eſſe domi poteſt Iulius, & tamen non eſſe domi, ut obſideat Argeliam.

Præterea, diverſum & adverſum judicium formabit, qui audit hanc Propoſitionem, *Rex eſt*, & qui hanc *Rex pictus eſt*; item qui hanc, *Non eſt domi*, & qui hanc, *Non eſt domi ut obſideat*. &c. Ergo illæ reſtrictiones, ſi conſignificarent & vocalem Orationem reſtringerent, verba alienarent, & eorum receptæ ſignificationi adverſarentur. Vel, qui dubitet, illas expreſsè ponat. Ergo, ſi Intellectuales Reſtrictiones admittantur, inter verba, & mentem erit manifeſta contrarietas. Ergo & mendacium.

Ad Quartam.

Quinam magis timendi & vitandi ſint, qui palam mentiuntur, an qui utuntur Reſtrictionibus intellectualibus?

EGO autem Mentalibus his Reſtrictionibus aſſentiri non valeo: quia eas nec utiles, nec poſſibiles judico; & quia illos, *Que obran ſiempre con ſegunda intencion y ſe reſervan para obrar un reſguardo*, ab omnibus incriminari video, Objectis in Quarta Ratione (ſicut etiam cæteris) univerſim reſpondeo, ingenuos, & prudentes viros plus cavere ab hominibus, quos Reſtrictionibus Intellectualibus abuti putant, quàm ab illis, quos ſciunt eſſe prorſus mendaces. Et hanc ob rem hujuſmodi ego homines nec in Conſiliarios adſumerem, nec ad Principes & Reges legarem. P. Ioannes Poncius *tom. 4. in 3. ſent. diſt. 38. qu. unic. pag. 610. a. num. 72.* appoſitè ait. (Quoad Conſiliarios & Legatos dico, eos non debere laudari ob prudentiam aliquam, quam monſtrant locutione reſtricta utendo; ſed potiùs propterea eſſent vituperandi, & ſiquis eos propterea laudaret, ſine dubio vituperaret eos, qui talibus locutionibus nollent uti, eſſetque ex numero eorum, à quibus *deridetur juſti ſimplicitas*, & quibus *nihil ſtultius videtur* (ut inquit Gregorius libr. 10. in Iob. cap. 16.) *quàm mentem verbis oſtendere, nihil callida machinatione ſimulare*. Qui etiam benè deſcribit eodem loci illam prudentiam hujuſmodi Conſiliariorum & Legatorum, dum dicit: *Hujus mundi ſapientia eſt cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare*; cui inferius opponit veram prudentiam, dicens: *Sapientia Iuſtorum eſt nihil per oſtenſionem fingere, ſenſum verbis aperire*.

Ignominioſum eſt à viris notatis ignominia laudari.

Haploteſ.

Illa verba quæ litera (a) in argumento ſignabantur; videlicet: *Hay muchas coſas que ſe pueden permittir, y no acconſejar, y particularmente por eſcrito*, ſunt certiſſima: & ſi aliquid deberet in ſpecie proponi, eſt Diſputatio, quæ propugnat Reſtrictiones Mentales. Pro illis loqui (præſcindendo à ratione, & authoritatem ſolam conſiderando) tolerabile eſt: at pro illis & præcipuè in lingua vernacula ſcribere, periculoſum eſt. Prodierunt nuper duo Eruditiſſimi Libri, alter, qui *Advertencias para Reyes, Principes, y Emperadores*, alter qui inſcribitur *El Embaxador*, quorum prior à D. Chriſtophoro de Benavente y Benavides, poſterior à D. Ioanne Antonio de Vera eſt concinnatus: & in utroque fusè ediſſeruntur Reſtrictiones Mentales: cum tamen hæc Quæſtio valde ſubtilis ſit & obſcura; & quia in illa paſſim allucinantur Viri Eximii, à Laicis non deberet tractari. Leguntur iſti libri à plurimis, nam illos illuſtrium exemplorum copia, & digeſtio doctrinalis commendat. Pauci Lectores eos intelligent. Ergo multi etſi eorum doctrina cenſeretur ſecura, abutentur. Accedit, quòd illa non ſemper ſint firma & ſecura, ut oſtendam clariſſimè illorum Rationes præcipuas enervando.

Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, inquit Gentium Apoſtolus, ut ſciamus, non poſſe permitti omnia licita; nec poſſe conſuli omnia, quæ permittuntur. Et multa interdum poſſe dici, quæ periculose ſcriberentur.

An, & cum poſſit Reus crimen negare?

Eſt licitum, inquiunt, negare etiam cum juramento, crimen, quod nondum eſt probatum, Ius enim Naturale unicuique concedit, ut poſſit vexationem redimere; Magis ergo erit licitum proferre aliquod ſine juramento mendacium pro conſervatione & incolumitate Reipublicæ.

Hæreticum eſt dicere, non fuiſſe à Deo interdicta mendacia.

Et ego dico Primò, *Hæc propoſitio*, Licitum eſt pro ſalute Reipublicæ aliquod mendacium dicere, quæ à D. Ioanne Antonio litera (a) aſſeritur, *quoad ſe eſt hæretica*. Quoad D. Ioannem excuſari fortaſſè poteſt, non enim erat Theologus, debebatque à Reviſoribus ſui Libri juvari.

An, & quando Reus poſſit non confiteri?

Dico Secundò, *Illa verba*, Crimen, quod nondum eſt probatum, &c. *indigent reſtrictione & limitatione*: negari enim nō poſſe crimen plenè probatum, omnes dicunt: & non poſſe poſt probationem ſemiplenam in cauſis Civilibus etiam omnes; & in cauſis quæ de rei vita, &c. diſputant, plerique omnes. Vide, quæ Cap. I. art. III. dicuntur.

Dico Tertiò, *Non conceſſit Ius Naturale, quod poſſit quis verum negare, quando interrogatur illegitimè*. Patet: quoniam, etſi interrogetur illegitimè, nullum illi concedit Ius, ut mentiatur. Ergo, qui Reum excuſat, non debet ad Privilegium Iuris Naturalis, aut alterius recurrere, ſed oſtendere non fuiſſe mentitum. Quoniam, ſi falſum dicit, nullo poteſt privilegio juvari: ſi verum, nullo indiget privilegio. Et, quia hæc attentè meditatur Scotus apud P. Ioannem Poncium *tom. 4. in 3. Sent. diſt. 38. quæſt. unic. pag. 620. b. num. 3.* nihil aliud concedit Reo, quàm dicere, *Nego propoſita, ut proponuntur*. At jam re melius examinata aſſerit Emonerius apud eumdem Poncium *pag. 623. b. num. 124.* poſſe Reũ dicere, *Non feci talem rem, ita ut habeam obligationem reſpondendi*, & ſublata vocali reſtrictione, quę à Tribunali & Officio Iudicis conſignificatur, poterit reſpondere, *Non feci*. Nullum ergo Reo Ius concedit facultatem mentiendi: at Civile ita Conſiſtorium conſtituit, ut in caſu poſſit negare crimen Reus ſine mendacio.

Quomodo debeat reſpondere.

Dico Quartò, *Legatus, qui ſervit Regi pauperi & inermi, ſi interrogatus à Rege, ad quem eſt miſſus, an ſuus Rex multas pecunias habeat, copioſum exercitum nutriat, &c. ſi glorioſè loquatur, & nulla reſtrictione juvetur, & recenſeat, quæ vera de facto non ſunt, mentietur, & in Deum, & ſuum Regem peccabit*. Sanè contra Deum; quia Deus interdicit omne mendacium. Et contra ſuum Regem, quia quæ vires, pecunias & exercitum concernunt, ſunt publica; & meliùs (& hoc cum reflexione mentis ſcribo) à Regibus vicinis, quàm ab ipſo, qui mittit Legatum, noſcuntur. Illi igitur, ſi tam aperta audiant à Legato mendacia, incipient ſuſpicari indigniora, & tam mittentem, quàm miſſum infidelibus adnumerare. Corruunt igitur, quæ D. Ioannes Antonius Vera ad liter. (*b*) proponebat.

De Legato. Quo modo loqui debeat?

Impotentiam Regis meliùs ſciunt vicini & peregrini, quàm ipſe Rex.

Poterit Legatus in tali caſu loqui æquivocè, ita tamen, ut ejus verba in aliquo ſenſu congruo ſint vera. Poterit interrogantem Principem reconvenire, puta, ſi dicat, *Iam ſcit V. M. quid reſponſurus ſum, nam Oratorum eſt magnificè de ſuis loqui Principibus: eorum enim Rhetorica per unam ſolam Figuram Eloquentiæ decurrit, quæ vocatur Hyperbole*. Et ſic ſe ſubducet quin mentiri cogatur.

Qualis ſit Legatorum Rhetorica?

Dico Quintò, *Legatus, qui ſervit Regi pauperi, & tamen aſſertivè dicit*, Habet magnos theſauros, *ſubintelligendo*, in ſuo deſiderio, & in meo, *mentitur, nec hac Intellectuali Reſtrictione excuſatur*. Hanc Mentalem Reſtrictionem ut inutilem rejicit D. Ioannes Antonius; & ſi hic non juvat Reſtrictio, neſcio cur tanto niſu Intellectualium Reſtrictionum innocentiam tueatur. Interim, quia non præbet aliam viam, ut hujuſmodi Reſponſio labe mendacii careat, videtur in tali caſu approbare mendacium, & ſerio admittere illa ejus verba, quæ non ut aſſerta, ſed ut objecta proponebam; videlicet, *Licito ſerà ſin jurar dezir una mentira para la conſervacion y vida de una Republica*. At illa ſunt hæretica, & ab omni Viro probo neganda.

Reſtrictionem excuſat a mendacio Legatum.

Dico Sextò. *Quidquid importent verba, quæ litera (c) leguntur, magnos errores Laici, ubi audeſcunt in Theologiâ, committunt, & ideò Viros doctos debent interrogare*.

Unicuique in ſua Arte, & nõ in aliena, eſt credendum.

Quoniam ut ait Ovidius.

> *Navita de ventis, de bubus narrat Arator,*
> *Enumerat Miles vulnera, Paſtor oves.*

Dico Septimò, *Aliud eſt diſſimulare Veritatem, & aliud dicere Falſitatem*. Interim, quæ ad literam (*d*) ſcribuntur à Vera cautè legenda ſunt; vel enim Ego Hiſpanicam linguam non intelligo, aut ſuo Legato iterum, iterumque, Vir in Politica bene verſatus, at Theologiæ imperitus, mentiendi facultatem concedit.

Non mentitur, qui diſſimulat.

Dico Octavò, *Qui directè Interrogationi non reſpondet, ſed per circumloquia & ambages diſcurrit, tacitè inſinuat, ſibi veritatem, ſi diceretur, non favere*. Ita D. Vera liter. (*e*) Ita etiam S. Auguſtinus, quem Cap. II. Art. IV. produco. Nemini ergo ſuadendum eſt, ut per circumloquia à difficultate ſe ſubducat.

Male reſpondet qui ad circumloquia recurrit.

Dico Nonò. *Regnum injuſtè adquiſitum debet reſtitui*. Eſt contra D. Veram litera (*f*) Et tamen vid tui Reſolutio certiſſima: nam, ſi in minimis momenſi rebus obligat Reſtitutio, cur in Imperiis & Regnis ejus obligatio ceſſabit.

An debeant regna uſurpata reſtitui?

Dico Decimò. *In Ioannis de Vega & Didaci de Mendoza Diſſertatione, quæ in fine Ratiocinii legitur, ſemper ab Haploteſe (ſinceritate) & Vega ſtabimus*. Studeat igitur Legatus Proth:oremati à Ioanne de Vega præſcripto. Quoniam *Engañar con la Verdad*, eſt doctrina, quæ debet à Legatis univerſis addiſci. Si enim tibi non creditur, liberè veritatem expone, & eam dicendo (N.B.), neminem profectò decipies, at occaſionem præbebis, ut cum tua utilitate, ſe decipiat, qui velit.

Quid ſit Engañar con la Verdad? An, & cur liceat?

Ad Qvintam.

Iterum Domino Veræ ſua verba dabo, *Hoy coſas*, inquam, *que ſe pueden permi-*

An omnia, quæ licita poſſint conſule? An & ſcribi?

mittir, y no acconſejar, particularmente por eſcrito, addo, *y mas, ſi ſe eſcriban en la lengua vulgar*. Sunt enim aliqua, quæ ſpeculativè (ab inconvenientibus præciſa) videri poſſint conſentanea Rationi, quæ tamen propter comitantia pericula conſuli in praxi nequeant: &, ne ab indoctis legantur, ſcriptis mandari non debeant, & præcipuè in lingua vulgari & vernacula.

De Occulta Cōpenſatione.

Et talia profectò ſunt, quæ de Occulta Compenſatione dicuntur. Quoniam in una inſula, nulli Principi ſubdita, in qua mille ſint leges, quæ privatæ libertati præjudicent, Aurelius homo ſincerus, prudenſque qui nec præpediatur erroribus, nec affectibus ſit præoccupatus; quia, quæ ſua ſunt, nec per Iudicem poteſt adquirere, nec vult ad violentiam venire, per Occultam Compenſationem poterit recuperare. Quid inde ad praxim? Ille Aurelius, de quo in Caſu, eſt homo hypotheticus, non quales ſunt in Mundo homines, ſed quales eſſe deberent: hodie enim omnes præpediuntur erroribus, & tam graviter ſeducuntur affectibus, ut neceſſarium fuerit lege expreſſa ſancire, ne ullus eſſe Iudex aut Teſtis in cauſa propria poſſit; univerſi enim laborant *αὐτοφιλίᾳ*, ita ut unicuique inclamet Pittacus Γνῶθι σεαυτόν. Vna & eadem eſt Arithmetica, quæ apud omnes in uſu, & tamen à debitore & à creditore tam diverſi fiunt computus, ut, ubi ridiculam aliquam ſupputationem videt, *La cuenta ſin la hueſpeda*, clamet Hiſpanus; ratiocinia, quæ à ſolo creditore fiunt, rationi diſſonare ſupponens. Præterea, illa inſula, de qua etiam in Caſu, non reperitur in Europa, cujus univerſæ Vrbes legibus ſanctiſſimis per Miniſtros idoneos gubernantur. Hæ omnem Iuſtitiam privatam, ac proptereà omnem Occultam Compenſationem inhibent, nec unquam fuit in ullo tribunali admiſſa reſponſio, quæ Reum, accuſatum de furto, ob Occultam Compenſationem excuſaret. Occultæ igitur Compenſationes non ſunt licitæ.

De loco & circumſtantiis, ſub quibus eſſet licita.

An hodie talis locus ſit?

Γνῶθι σεαυτόν. Noſce te ipſum.

Humanæ leges omnem Iuſtitiā privatā interdicunt.

Hinc ad Argumentum Veræ venio, illudque ad hanc formam reduco. *Quando in Decalogo furtum inhibuit Deus, permiſit Occultas Compenſationes, ne privatis hominum juribus præjudicaretur. Ob eamdem ergo cauſam, quando in Decalogo interdixit mendacia, conceſſit Reſtrictiones Mentales.*

An inter occultas Compenſationes & Mentales Reſtrictiones connexio ſit?

Poſſem dicere Primò, inter Occultas Compenſationes & Mentales Reſtrictiones connexionem non eſſe; nam apud Lacedæmonios olim furta ingenioſa (talia ſunt, quæ per hujuſmodi compenſationes admittuntur) tolerabantur, & non permittebantur mendacia. Et Deus quando juſſit, ut Iſraelitæ ſpoliarent Ægyptios, ut eis mentirentur, non permiſit.

An Deus illas permiſerit?

Poſſem dicere ſecundò, nimis animoſa eſſe illa verba, *Quando prohibiò (Dios) el hurto, dio por licito hazerſe una ſatisfecha en ſecreto*. Nam in Decalogo, *Non furtum facies*, & *Non loqueris falſum teſtimonium* lego, in illo autem, *Licitæ ſunt Occultæ Compenſationes, aut Mentales Reſtrictiones*, non lego.

Hac Probatio Mentales Reſtrictiones dedecorat.

Hæc, & alia intermitto, & tantùm aſſero, Viro docto & prudenti ſufficere, ut vel ipſum nomen Reſtrictionum Mentalium deteſtetur, eas eſſe tales, ut earum Tutores innocentiam earumdem oſtenſuri, Occultas Compenſationes eſſe licitas in conſcientia ſupponant.

NOTA. I.

De Iure ſecreti. *An omnia debeant omnibus dici, an verò aliqua taceri debeant?*

An homo Sincerus in pectore feneſtram, & in illa tranſparētem cryſtallum habere debeat?

ANtequam finem imponam huic Articulo placet Domini Veræ verba, quæ vult, ut Oracula, ſine examine admitti, cum verbis Oraculi Delphici componere, ut ſimul poſita & inter ſe collata, evidentiùs differentiam oſtendant. Dicebat *loc. cit.* Vera.

Pues ſuponiendo, que el Principe es la Cabeça de eſte Cuerpo de la Republica, y que ſu Embaxada le ſuſtituye en aquella parte de negocios, que trata con mas ſemejanza que otro miniſtro, es parecer de muchos, que deſampararla (trayendo el pecho de criſtal tranſparente) es no ſolo contra razon, pero contra la miſma naturaleza. At quod condemnat Vera, jam à pluribus ſæculis approbaverat Socrates; qui tametſi propter alias Sententias magnam gloriam & applauſum meruerit, propter ἁπλότητα (ſinceritatem) omnium fuit Mortalium Sapientiſſimus dictus ab Oraculo Delphico. Conſtat ex Vitruvio Pollione, qui decem de Architectura Libros ingenioſè conſcripſit; & quia ſingulis præmittit aliquam Curioſam Hiſtoriam, in Tertii Præfatione ſic inquit. *Delphicus Apollo Socratem omnium Sapientiſſimum Pythia reſponſis eſt profeſſus. Is autem memoratur prudenter doctiſſimèque dixiſſe, Oportuiſſe hominum pectora feneſtrata & aperta eſſe, uti non occultos haberent ſenſus, sed patentes ad conſiderandum. Vtinam verò rerum Natura ſententiam ejus ſequuta, explicata & apparentia ea conſtituiſſet. Si enim ita fuiſſet, non ſolum* (*) *laudes, aut vitia Animo-*

Laudatur Socrates.

An, & cur fuerit Sapientiſſimus dictus ab Apolline Delphico?

Sententia Socratis.

Suam eam fecit Vitruvius.

*) Debuit, aut vituperiis laudes, aut vitiis virtutes; non laudes vitiis opponere.

V 2 rum

rum ad manum adſpiterentur, ſed & Diſciplinarum Scientia, ſub oculorum conſiderationē ſubjecta, non incertis judiciis probarentur ſed & Doctis & Scientibus autoritas egregia & ſtabilis adderetur. &c.

Incidētes Quæſtiones.

Et in hac hiſtoria diſpiciendum breviter eſt: *Quid? Quis? & Cui?* in propoſito Caſu loquatur.

Quid dicatur?

Dictum, de quo diſſeritur impræſentiarum, eſt, *Oportuiſſe hominum pectora eſſe feneſtrata & aperta.*

Et quisnam illud dixerit?

Sed quis id dicit? Socrates referente Vitruvio. At teſte Luciano *in Hermotimo* Momus. Et, ſi debetur fides Hiſtoriographis noſtris, Alphonſus cognomento *Sapiens*, cui multa, nam erat ingenioſus & doctus, circa fabricam hominis peroraviſſe dicitur; quæ ſi fuiſſent indicta, nulla expoſitione aut interpretatione indigerent.

N. B. Alphonſo Hiſpaniæ Regi, Viro profectò ingenioſiſſimo adſinguntur nonnulla, quæ ipſe non cogitavit.

Quo tempore Socrates Vitruvius, & Lucianus floruerint?

Sanè inter Socratem Lucianumque eſt temporis diſtantia notabilis. Quoniam Socrates naſcitur anno ante Virgineum Partum, 471. (non autem 469. ut aliquis ponit:) Moritur annorum 71. Olympiad. 95. & anno 400. Vixit autem Vitruvius Iulii Cæſaris tempore; illi enim nuncupavit ſua Opera. Et Lucianus, dictus *Apoſtata*, qui fuit Philoſophus Epicureus, & periit laniatus à canibus ſcribebat ſub annum Chriſti 171. Ergo inter hunc annum & Socratis nativitatem intercedunt anni 642. Lucianus ergo potuit legiſſe Vitruvium, & hiſtoriam hanc accuratius narrare.

Ann. 471.
171.
642.

An, & cur Momus Vulcano inſultet, aſſerente Luciano?

An, & cur Natura Socrates aſſerente Vitruvio?

Cæterùm, quidquid de veritate hiſtoriæ ſit, Lucianus introducit Momum, Vulcano hominis plaſtæ, aut etiam formatori inſultantē, quod errores multos, eoſque graves commiſerit in corporis humani fabrica; & inter alios ponit hunc: quòd pectus clauſum in eo finxerit, cùm apertum deberet. Et ſimilem errorem & ratiocinationem accenſet Naturæ Vitruvius, quam eſſe putat Hominum conformatricem.

Natura, qua hominem plaſmavit, eſt Deus.

Sed quia, nec Vulcanus aliquis; nec Natura ipſa, ſi *Natura* nomine intelligatur Virtus aliqua diſtincta à Deo; ſed ſolus Deus produxit hominem; & quia ut Deuter. 32.4. dicitur, *Dei perfecta ſunt opera*, nulla Idea Corporis humani eſt perfectior quàm Divina, ad quam fuit formatus de facto. Ergo blaſphemare & deſipere eſt, velle aliter philoſophari.

An Dictum, de quo agitur, metaphoricè intelligendum ſit?

Præterea, ſi verba, de quibus diſputatur, intelligantur (prout debent) metaphoricè, quàm ſit neceſſarium Secretum in bene gubernata Republica, nec intellexit Socrates, nec Sacrificulus ille, qui per fiſtulam Apollinis nomine populo reſpondebat: ſed neq; Vitruvius, qui utriuſque adſentitur errori quòpiam ſine Secreto Politica periclitatur. Vbi enim exclamat Scholaſticus,

De Secreto. An noceat Scholaſtico, & Politico proſit?

> *Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum ſciat alter,*

ibi ſuppreſſa voce inquit Politicus,

> *Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt.*

An in omni Republica, etiam Angelica, ſit obſervandum?

Ius Secreti non ſolùm inter Homines ſed etiam inter Angelos: nam, quæ cogitant mente, cognoſcentur ab aliis, ſi ipſi illis colloquendo communicent; & non alias. Dn. Auguſtinus Redingus *tom. 1. ſua Theolog. diſq. 17. de Angelis. art. 3. num. 14. pag. 518.* ait (Angelorum eſſendi modus eſt Politicus, exigens convictum ſocialem. Ejuſmodi autem ſocietas dicit mutuam cogitationum communicationem: atque adeo colloquutionem. &c.)

Ab Angelis ad Homines à fortiori argumentum deducitur.

Hinc à fortiori argumentum conformo. Eſt bene inſtituta & gubernata Angelorum Reſpublica. Sed Angeli, etiam glorificati, qui peccare non poſſunt, habent & conſervant Ius ſecreti. Ergo, & homines id ſervare debemus. Nam, cum inter nos multi ſint perverſi & mali, ipſi bonos opprimerent, ſi ſecreta & arcana negotia penetrarent. Ergo, cum agimus de pectore feneſtrato & aperto, rejicienda eſt abſolutè Socratis, Vitruvii, & Luciani Opinatio; & tenenda eſt ſententia Veræ; non autem abſolutè, & ſimpliciter, ſed cum debita limitatione. Oportet, ut homines habeant clauſa pectora, hoc eſt, oportet, ut non omnibus & ſingulis propalent univerſa quæ ſciunt, aut quæ ſentiunt, ſed quæ & quibus expediat. Interim, oportet etiam, ut hoc ſecreti jure non abutantur; qui enim ſic dictante Prudentia, poteſt licitè Veritatem tacere; non poteſt proximum apertè aut clam & per inſidias decipere; hoc eſt, non poteſt, vel apertè mentiendo; vel per Reſtrictiones internas, mentales & inſenſibiles circumveniendo.

Rejicitur Socratis, Vitruvii, & Luciani ſententia.

Domini autem Vera Opinio corrigitur, & limitatur.

Tacere interdū licet; mentiri verò nunquam licet.

NOTA II.

De Loquacitate. *An in ipſa, quæ tacentur, dicantur?*

Quid ſignificent Loquacis verba?

OPponitur Secreto & Silentio Loquacitas: & quando hominem linguæ incontinentis audimus, plura ex his, quæ non dicit, quàm ex his, quæ profundit, cognoſcimus.

Qui multum loquitur, non dicit, nec putat ſe eſſe univerſis moleſtum; at hoc ejus verba ſignificant, unde Euripides

> Ἀνὴρ γὰρ ἐστὶς ἥδεται λέγων ἀεὶ,
> Λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.
> *Quiſquis multa loquendo delectatur,*

Is

Digitized by Google

Is non intelligit præſentibus ſe eſſe moleſtum.

Et quod liberè dictu? Non ſolùm profusè ſed & liberè loquuntur aliqui, & latet aliquid in eorum libertate & profuſione, quod prudentes ſubaudiunt. Homeri enim verbis Caliſthenem temerè coram Alexandro loquentem admonuit Ariſtoteles, dicens,

Ὠκύμορος δή μοι ἔσσεαι οἷ' ἀγορεύεις.

Talia nate loquens non multo tempore vives.

Et rectè præmonuit; nam illi liberas dicendi exitio fuit. *Laertius lib. 5. cap. 1.*

Tepidè accuſare eſt excuſare. Sicut Accuſatoris in crimine probando nimius tepor Rei innocentiam ſuadet: & pari modo nimius in accuſando fervor, & profuſæ Philippicæ eiuſdem Accuſatoris animum tacitè incriminantur. *In Comœdia Partis trigeſimæ primâ, pag. 32.* alteri ex perfidis & laſcivis ſenibus, qui accuſarant Suſannam, ſic loquebatur Daniel. *Tu paſſion ſe manifieſta,* *Qui nimio fervore alium incriminatur, Reũ excuſat, nam ſuam malevolentiam oſtendit.*

Quando quieres encubrilla,
Que a una pregunta ſencilla
Mal ſe ajuſto eſſa reſpueſta.
Y aqui con errado intento
Iuras ſin neceſſidad,
Que adonde eſta la Verdad
De que ſirve el Iuramento?
Y antes podre yo dudallo,
Quando en cuydado advierto,
Que haze tu credito incierto
La fuerça de aſſegurallo.
Y eſſa Fee, que en ti ſe mira,
Ni la apruebo, ni me aggrada,
Que Verdad muy affirmada,
Tiene aſſomos de mentira.

ARTICVLVS V.

De Stratagematibus. *Oſtenditur, non habere locum in iis Reſtrictiones Mentales.*

An Mendacii malitia in inſidiis & ſtratagematis à belli Iuſtitia aut Iniuſtitia pēdeat? IVſtitiam belli Eruditiſſimus Dominus Vera ut ſtratagemata & inſidiæ labe mendacii careant velut Fundamentum Deciſionis requirit. Sed adlucinatur omninò; nam Injuſtitiam ipſe cum Mendacio, Iuſtitiam cum Veracitate confundit. Non quæritur, *an ſtratagemata in tyrannico bello careant omni malitia*, ſed, *an careant circumſtantia mendacii*, quoniam in injuſto bello illa mendacii inficiuntur malitia, etiam in bello juſto inficientur. Nam ſi hoſtis Civitati aſſidens ſine faciendi animo dicat. *Ego volo diſcedere*, juſtum, aut injuſtum ſit bellum, mendacium manifeſtum committet. Si autem in bello injuſto dicat: *Ego manere volo*, verum dicet, ſed tamen hæc ipſa verba erunt injuſta, qualia etiam hæc privati hominis: *Ego volo occidere. Volo furari.* &c. Sed hic diſputamus de mendacio in ſpecie, & dicimus, PRIMO, *Eos* *Noſtra Reſolutiones.* *qui bellum injuſtum gerunt ſive per ſtratagemata, ſive bello aperto hoſtem invadunt, ſanctè procedere.* ET SECVNDO. *In bello injuſto ſtratagemata eſſe malitia belli mala, mendacii autem in utroque (juſto, & injuſto) circumſtantia carere.*

Aſſertum primum verbis Auguſtini perſuadeo, qui in *lib. Ioſue qu. 11.* ſic ſcribit *Hinc admonemur non injuſtè fieri ab his, qui juſtum bellum gerunt, ut nihil homo juſtus præcipuè cogitare debeat in his rebus, niſi ut bellum juſtum ſuſcipiat, cui bellum fas eſt, neque enim omnibus fas eſt. Cum autem juſtum bellum ſuſceperit, utrum aperta pugna, utrum inſidiis vincat, nihil ad Iuſtitiam intereſt.* Porrò in ſtratagematibus de Injuſtitiæ & Mendacii malitia poterat dubitari. Priorem, ſi bellũ juſtũ ſit, excludit Auguſtinus: injuſta igitur ſunt in bello injuſto. Cæterum de Mendacii circumſtantia nil dicit. *Quid ſentiat S. Auguſtinus?* *An ſtratagemata & inſidias falſitatis & mendacii condemnes?*

Secundum Aſſertum eſt commune. Illud tradit P. Ioannes Poncius *tom. 4. in 3. lib. ſentent. diſt. 38. qu. unic. num. 204. pag. 647. b.* dicens. [Licet uti ſimulatione in bello, v. gr. præ ſe ferendo fugam ad retrahendum poſt ſe hoſtes, cum nihil minus cogitatur, quàm fugere. Et idem eſt de ſimilibus aliis ſtratagematibus & aſtutiis. Hæc eſt communis ſententia &c.] Probat exemplo Ioſuæ, qui juſſit Iſraelitis metum & fugam ſimulare, ut hoſtes ſecuriùs deleret. Et addit exemplum Hebræorum pugnantium contra Gabaonitas: & ſubjungit: [Ab eo tempore, communi jam omnium gentium uſu receptum eſt, ut abſque ullo ſcrupulo hujuſmodi ſimulationibus *An liceat in bello fugere, ut hoſtem ad inſidias deducant?* Ioſue cap. 8. Iudic. cap. 20.

Digitized by Google

nibus utantur; & qui his dexteriùs hostes circumvenire poſſunt, bello aptiores judicentur, & magnis laudibus & præmiis aſfici ſoleant.) Et firmat ratione meo judicio fortiſſima. Nam Iura omnia Divina, & Humana inclamant, Hoſti, etiam Ethnico, fidem eſſe ſervandam. Ergo mendacia inter hoſtes non licent. Ergo ſtratagemata non includunt mendacia. Patet Conſequentia; quia ſi illa mendacii ignominia inficerentur, qui ſtratagemate in inſidias inciderent, circumvenientibus infidelitatem exprobrarent. At non exprobrant, non conqueruntur. Ergo ſciunt nihil habere omninò ſtratagemata, quod mendacii aut infidelitatis labe commaculetur: aliud eſt enim inimicos decipere, & aliud toto Cœlo diverſum facere aliquid, quod occaſionē præbeat, ut ſe ipſos inimici decipiant. Nec contra Chryſoſtomum adduci paritur: licet enim *lib. 1. de Sacerdot.* ut Concionator res amplificet, & ſtratagemata fraudes & impoſturas vocet, in illis poſtea fraudem ſine fraude, & impoſturam ſine impoſtura reperiri aſſeverat.

Hoſti debet fidem ſervari. Hoſtis mendacio deceptus ſe queritur: inſidiis & ſtratagemate deceptus non conqueritur. Omnium ergo ſententia ſtratagemata non ſūt mendacia.

Noſtra hæc doctrina demonſtratur clariſſimè; ſi enim ſtratagemata mala dicantur, ex duobus tantùm capitibus, poteſt in illa derivari malitia; vel enim ſunt mala quia hoſtibus detrimentum inferunt, vel quia inficiuntur circumſtantia mendacii.

Non primum; quoniam in bello juſto hoſtem deſtruere licitè poſſumus, unde Virgilius clamat

— *Dolus, an virtus quis in hoſte requirat.*

Virgil. Æn. 2.

Non ſecundum: aliud eſt enim dicere *Nos timemus hoſtem & fugimus*, & aliud *ea facere, quæ facere ſolent, qui hoſtem timent, & fugiunt*. Qui dicunt illud prius, aſſerentem propoſitionem proferunt; & ſi contra mentem loquantur, mentiuntur. Qui verò faciunt hoc poſterius, nihil prorſus affirmant (nequeunt ergo mentiri; non enim ſine affirmatione poteſt mendacium reperiri) ſed ponunt ſignum amphibolon, quod æquè timorem fugamque, ac prudentiam & ſimulationem ſignificet. Ergo, ſi illud ſimulationis ſignum ſit, & hoſtis ſignum fugæ eſſe credat, & ſpe vana illectus in inſidias labatur, ſibi imputet.

Vbi nihil aſſeritur, aut negatur, mendaciū committi non poteſt.

Præterea illud ipſiſſimum ſignum (nempe, ſe ſubtrahere & recedere) quod æquivocum eſt, & ſecundum ſe conſideratum æquè timorem, ac provocationem ad locum commodiorem ſignificat, per perſonarum circumſtantiam reſtrictum, poſteriorem hanc ſignificationem fortitur. Quoniam, ſi Hebræi exteri & peregrini Palæſtinos & agros & viros invadant, ſunt generoſi & fortes milites. At in primo incurſu ſe ſubducunt & abeunt. Quid inde? An-ne jam Victoriam eſtis indepti Palæſtini? Rem perpendite, & conſiderate. Si Hebræi ſunt in malitia tyrones, & vos temerè fuerunt aggreſſi, & inexſpectato telorum nimbo ſunt à vobis retuſi (bene dicitis) fugiunt Hebræi. Verum enim verò, ſi ſunt ſtrenui & veterani milites, victoriis clari, & armis cœleſtibus quæ comitantur belli Iuſtitiam, militant: ſi nihil inexſpectatum repererunt, ſi retrocedere non ſunt coacti, provocatio eſt, quæ à vobis exiſtimatur fuga. Vos volunt in loca ſtrictiora deducere, ut minori periculo univerſos trucident.

Stratagema eſt ſignum in hoſtium oculis dubium & incertum.

Vnde tolli æqui vocatio poſſit, aut ſumi reſtrictio?

Hinc ad Locos ex Sacra Scriptura in Probatione Prima, Secunda, & Tertia poſitos dico illis, *Stratagemata eſſe licita*, manifeſtè probari: at non probari illorum innocentiam ab aliqua Mentali Reſtrictione pendere. Nec contrarium §. *His præmiſſis* ſuadetur: nam ibi ſyllogiſmus proponitur, qui facili negotio diluitur. Majorem illam, *Stratagemata ſunt licita*, & conceſſi, & concedo. Nego tamen Minorem, videlicet, *At præſcindendo ab omni Intellectuali Reſtrictione ſunt pura mendacia*; & ad Probationem concedo, homines, ſicut verbis, ſic etiam factis loqui. Addo tamen, ſicut verbis non ſemper affirmant aut negant, ſic nec factis. Tres eſſe Mentis Operationes cum Logicis univerſis fatebor: inferamque eſſe ſigna, quæ ad primam, quæ ad ſecundam, aut etiam ad tertiam pertineant. Et quia in ſecunda tantùm invenitur Mendacium, Signa, quæ ad eam non pertinent, Mendacium continere non poſſunt. Nego itaque milites, cum ac ſi timerent, regrediuntur, aliquid affirmare aut negare; nego illos fugæ ſimulatione dicere, *Nos veſtras vires, & potentiam timemus*: ſed regreſſum ponere, qui cum à duabus cauſis provenire poſſit, nempe, aut à timore, aut à deducendi hoſtem ad alium locum deſiderio, dat occaſionem, ut belli Princeps, qui ſic hoſtes fugientes videat, circumſtantias adjacentes conſideret & ſine diſcuſſione matura conſequentiam non inferat. Ergo ſi milites cum regrediuntur, nil facto aſſeverant aut negant, nulla eorum actus indiget Reſtrictione Mentali.

Quid probent Textus Sacræ Scripturæ?

An Stratagemata eſſe licita?

An dari Reſtrictiones Mentales?

Qui hoſtes fugientes videt, debet prudenter & cautè procedere.

Digitized by Google

NOTA I.

De licitis, & illicitis Inſidiis, & Stratagematibus, quæ in Sacra Scriptura leguntur.

Tacitus Annalium libr. 11. *Nec irrita nec degeneres ſunt inſidiæ adverſus tranſfugas & violatores fidei.*

STruit inſidias Iacobo Eſauus *Gen.* 24. 42.) Haitanis Ioſue, *Ioſue* 8.12.) Sichemitis & Baalitis Abimelech *Iudic.* 9. *verſ.* 25.34.43.) Sampſoni Dalila 16.12.) Benjamitis Iſraelitæ 20. *verſ.* 29.36.) Amalecbitis Saul 1. *Sam.* 15.6. Davidi 28.15.& 24.12.) Baaſa Nadab. 1. *Reg.* 15.27.) Eliæ Iezabella 19. 14.) Benadab Reg. Iſrael 1. *Reg.* 4.8.) Phaceco Ozias 15.30.) Servi Amon 21 22.23.) Abiæ Ieroboam 1. Paralip. 13. 13.) Ioſaphatho Ammonitæ, & Moabitæ 20.12.) Zadabo Ioas 24.26.) Amaſiæ Ieruſalem 25. 27.) Aſſuero Bagathan & Thraes, *Eſther* 6.2.) Pio impius *Pſ.* 40.8.9.) Chriſto Iudæi *Matth.* 26 4. *Marc.* 14.1. *Luc.* 6.7. *&* 11.53. *&* 19.37.) Ioanni Herodias *Marc.* 6.19) Paulo Iudæi *Actor.* 9.24.25.29. *&* 20.3.19. *&* 23.25. *&* 2. *Corinth.* 11.26.)

Hos poſſet locos Eruditus conſiderare & perpendere, ut ex illis, ſi placeat, argumenta deducat.

Stratagema injuſtas inſidias Genius.

P. Æmil. lib. 7. *Omnium inſidiatorum animus ubi fallere ſe cognoſcit, ferox eſt; ubi deprehenſum ſe intelligit, timidus & imbellis.*

NOTA II.

An apud Ethnicos olim fuerint ſtratagemata?

ASſero & pulchrum locum ex Æneidos ſecundo profero. Deſcribit Trojæ excidium; & inter alia memoranda, ſic inquit.

Irruimus denſis & circumfundimur armis:
Ignaroſq; loci paſſim & formidine captos
Sternimus. Adſpirat primo Fortuna labori.
Atq; hic exſultans ſucceſſu animiſq; Chorœbus,
O ſocii, quà prima, inquit, Fortuna ſalutis
Monſtrat iter, quaq; oſtendit ſe dextra, ſequamur.
Mutemus clypeos, Danaumq; inſignia nobis
Aptemus. Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?
Arma dabunt ipſi. Sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique inſigne decorum
Induitur, laterique Argivum accommodat enſem.
Hoc Ripheus, hoc ipſe Dymas omniſq; juventus
Læta facit: ſpoliis ſe quiſq; recentibus armat.
Vadimus immixti Danais, haud Numine noſtro:
Multaq; per cæcam congreſſi prælia noctem
Conſerimus; multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alii ad naves & litora curſu
Fida petunt; pars ingentem formidine turpi
Scandunt rurſus equum, & nota conduntur in alvo.
Heu nihil invitis fas quemquam fidere (a) Divis.
Ecce trahebatur paſſis Priameia Virgo
Crinibus à templo Caſandra, adytiſq; Minervæ
Ad Cœlum tendens ardentia lumina fruſtra
Lumina; nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus,
Et ſeſe medium injecit moriturus in agmen.
Conſequimur cuncti, & denſis incurrimus armis.
Hic primùm ex alto delubri culmine telis
Noſtrorum obruimur (b) oriturq; miſerrima cædes
Armorum facie & Grajarum errore jubarum.
Tum Danai gemitu, atq; erepta Virginis ira
Vndiq; collecti invadunt &c.
Illi etiam, ſiquos obſcura nocte per umbram
Fudimus inſidiis, totaq; agitavimus urbe
Apparent: primi clypeos mentitaq; tela
Agnoſcunt: atq; ora ſono diſcordia ſignant
Ilicet obruimur numero. &c.

a) Dicit *invitis Divis*; non quod putet aliquid contra illorum placitum poſſe fieri, ſed quia nihil ſine eorum voluntate & concurſu poſſit fieri.

b) Qui habitũ hoſtilem induit, ut inimicos circumveniat, duplex ſubit periculũ: nam oppetitur ab hoſtibus, ſi cognoſcitur; & ab amicis, ſi non cognoſcitur.

CAPVT IV.

DE RESTRICTIONVM RESTRICTIONE.

Recognoſcunt Adverſarii Capitum Præcedentium Articulos, & Reſtrictiones reſtrictas protrudendo, contra Nos iterum argumentantur: Eorumq; Conatus à Nobis ſecundo calamo iterum retunduntur.

Cur hoc Caput addatur?

VIdent Adverſarii, ſe ſuam Opinionem non poſſe univerſim defendere; & ideò *inveniunt* aliquas Reſtrictiones, quibus nimium à ſe aſſertarum Reſtrictionum latitodinem contrahant, & reſtringant, ut qui ſolutas nequeunt, ſaltem Reſtrictas poſſint Reſtrictiones tueri. Et Reſtrictiones, quibus ipſi Reſtrictiones reſtringunt, tres ſunt. *Primò* enim illas ut

An, & quo modo ipſæ Ageſtrictiones reſtringantur?

falſas & illicitas ab adminiſtratione Sacramentorum excludunt. *Secundò* jubent, ut pretioſo Alexipharmaco ſint ſimiles; nam ſicut hoc à Medico prudenti in levi morbo non præſcribitur, ſic nec illæ paſſim admitti debent, ſed urgente gravi neceſſitate. *Tertiò*, eaſdem ſub honeſtarum Virginum habitu & ſpecie conſiderant, noluntque ut admittantur nudæ, ſed conſignificante aliqua circumſtantia exornatæ. *Nos autem* contrà obſiſtimus, & duo Ratiocinia formamus. Dicimus enim Primò,

Eodem prorſus modo de utriſque Reſtrictionibus debet Sinceritas philoſophari.

At, ut Vos tandem dicitis, & fatemini, Soluta, & Laxa ſunt Reſtroctiones illicita.

A Solutis ad Reſtrictas.

Ergo Reſtricta eadem debent Cenſura condemnari.

Et ſecundò ſubjungimus.

Ratio, ob quam Reſtrictiones Mentales in Caſibus à vobis affignatis ſunt illicitæ, non eſt illorum Caſuum ſpecialis & propria, ſed caſibus univerſis communis.

& à Reſtrictis ad Solatas argumentum formatur.

Ergo, ſi illa ratio ſufficit, ut in illis Caſibus illicitæ ſint; etiam in aliis omnibus Caſibus ſufficiet.

Univerſim ergo loquendo & in omni caſu ſunt illicitæ.

In noſtra igitur perſiſtentes ſententia, affirmamus prædictas Mentales Reſtrictiones (reſtrictæ, aut reſtrictæ ſint) impoſſibiles eſſe. Et, ſi eſſent fortè poſſibiles, eſſe prorſus inutiles, nec cogi Hominem poſſe, etſi in Interrogatione termini reduplicentur, ut ad illas recurrat. Ergo uberioris doctrinæ gratia de ſingulis circumſtantiis, quibus Adverſarii Reſtrictiones reſtringunt, in particulari diſſeramus.

An ſaltem admittenda ſint Reſtrictiones reſtrictæ?

AR-

ARTICVLVS I.

De Reſtrictionibus ad Sacramentorum Adminiſtrationem Reſtrictis.

COntra Mentales Reſtrictiones Viri docti ob adminiſtrationem Sacramentorum argumenta deſumunt: & nos, quia brevitati ſtudemus, ad Sacramentalem Confeſſionem convertimus oculos, & ſic in forma argumentamur.

An Reſtrictiones in Sacramentali Confeſſione ſint licitæ?

Si ſunt licitæ in colloquio communi Reſtrictiones Mentales, etiam in Pœnitentiæ Sacramento erunt licitæ. At in eo non ſunt licitæ. Ergo nec alibi.

Minorem demonſtramus clariſſimè. Quoniam qui ejuſmodi Reſtrictiones admitteret, ſi occidiſſet Presbyterum, bene confiteretur dicens, *Occidi hominem*, cogitans eum eſſe Sacerdotem. Et qui inceſtum, adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, &c. ſuam ſororem, alterius uxorem, invitam, aut Sanctimonialem cognoſcendo, commiſiſſet, ſuum in Sacramentali Confeſſione peccatum ſufficienter exponeret, ſi circumſtantiam, quæ addit novam ſpeciem, cogitando, *Cognovi unam fœminam* diceret. Et qui propudioſa præpoſteræ Veneris labe cum fœmina ſe macularet, ſimiliter ſatisfaceret dicens, *Cognovi fœminam*: infamemque, quem tacet lingua, modum, mente recogitando. Et denique, qui rem ſacram, aut profanam loco ſacro concreditam, &c. furatus fuiſset, poſſet dicere *Furatus ſum*, & circumſtantiam ſubticere, nam eam mente conſiderando, ad Sacrilegii ſpeciem, furtum, quod fatetur, reſtringeret. Atqui falſa & ſcandaloſa ſunt hæc omnia. Mentales ergo Reſtrictiones in Confeſſione Sacramentali ſunt ſacrilegæ.

An ſatis ſit cogitare peccata, an requiratur, ut etiam ore illa, quoad ſubſtantiam, & circumſtantias ſpeciem addentes explicentur?

Conſiderant perpenduntque hoc Argumentum Adverſarii, & quia congruam ejus diſſolutionem non inveniunt, dant manus, fatenturque in Sacramentorum materia non habere locum Reſtrictiones Mentales. Et ingenuè aſſeverant, invalidè, aut etiam ſacrilegè operari, eum, qui in Sacramentorum formis verbum aliquod eſſentiale ſubticeat, etſi illud mente proferat [Puta, ſi in Baptiſmi adminiſtratione lingua diceret, *Ego te baptizo in nomine Patris*, tantummodò; & mente tacita ſubjungeret, *& Filii*, *& Spiritusſancti*. Aut, ſi in Miſſa panem conſecraturus diceret, *Hoc eſt corpus*, & compleret mente orationem dicens, *meum*. Aut, ſi in Confeſſione Pœnitens, ſuorum peccatorum mediam partem lingua, & aliam mediam mente exprimeret. Aut denique, ſi Confeſſarius *Ego* lingua diceret, & *te abſolvo* intellectu tacito pronunciaret. &c.]

Verba, quæ eſſentialia ſunt in Formis Sacramentorum, debent voce proferri.

Vt igitur ſuam Opinationem retineant, & obnoxii non ſint argumento præfato, Reſtrictiones reſtringunt, & temperatiorem hanc Concluſionem propugnandam ſtatuunt.

Mentales Reſtrictiones in Sacramentorum materia illicitæ & ſacrilegæ ſunt, in aliis autem (tam privatis, quàm publicis) laudabiles & practicabiles.

Prima Reſtrictionum Reſtrictio.

Eſt falſa; & hoc evidenter oſtendo. Attende.

Peccat Pœnitens, qui in Sacramentali Confeſſione utitur Reſtrictione Mentali. Ergo non facit Confeſſionem, qualem Tridentinum præſcribit, & ex illo dilucidant Expoſitores. Ergo, vel Tridentinum, in Sacramentorum adminiſtratione nominatim hujuſmodi Reſtrictiones condemnat, vel aliquid ex rebus his, quas incriminatur, clauditur in Reſtrictionibus, quando in uſu Sacramentorum admittuntur. At nullibi illud, & nullibi Doctores & Patres jubent, ne utamur Reſtrictione Mentali, & tamen illam interdicunt. Ergo ſub alio nomine illam condemnant. Aliquid ergo in ſe Reſtrictio continet, quod incriminatur Tridentinum. Sed quid? Vt id poſſim exponere, dabo circumſtantias & conditiones, quas Confeſſio ut bona ſit, in omnium ſententia requirit. Conſidera verſus ſequentes.

An, & cur Reſtrictiones damnentur?

Sit ſimplex humilis Confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata.
Fortis, & accuſans, & ſit parère parata,

Confeſſionis Sacramentalis qualitates.

Haplotes.

Singulas circumſtantias, quæ recenſentur ſingulatim conſidero;& Fidelitatem,Integritatemque expendendas adſumo; cæteræ enim nihil habent cum Mentali Reſtrictione commune. Ergo Confeſſio cum Mentalibus Reſtrictionibus facta, ideò damnatur, quia non eſt fidelis, nec integra: quoniam mentitur Pœnitens,ea enim abſoluta ait, *Non habeo aliud, quod explicem* cùm tamen adhuc teneatur omnia illa confiteri,quæ tametſi mente conceperit,voce externa non dixit. Ergo Conceptus & verba mentis non ſunt pars Orationis Vocalis. Nam aliàs Confeſſio eſſet integra, fidelis, & verax. Atqui hæc ratio(nempe, quæ ſtatuit *internos Mentis actus, nullo ſigno externo proditos, non eſſe partem Orationis Vocalis*) non ſolùm in Sacramentorum materia, ſed in quacumque habet locum. Igitur, ſi illa Ratio Reſtrictiones Mentales in Sacramentorum uſu & ritibus incriminatur, etiam aliàs in materia quacumque perſuadebit eas eſſe indefenſabiles & improbabiles.

Quæ cum Mentali Reſtrictione fieret, nec eſſet verax, nec fidelis, nec integra.

ARTICVLVS II.

De Reſtrictionibus per Neceſſitatem, aut Vtilitatem reſtrictis. *An ſint neceſſariæ in Republica Reſtrictiones Mentales? An ſaltem tunc admiti debeant, cùm uſum illarum cohoneſtabit neceſſitas?*

Cur non mententur Dii Politicorum opinione.

VElle Politici à Theologis laudari,aut ſaltem excuſari Mendacia; & quia hoc non obtinent, non poſſe conſervari & gubernari Mundum ſine Reſtrictionibus Mentalibus vociferantur. Cælum à Tellure ſecernunt. Diis, inquiunt, quoniam ſibi ſufficiunt,(*) nec indigent aliorū ope, Reſtrictionibus Mentalibus uti non licere: at Homines,qui aliter non poſſemus convivere, illis uti debemus. Reges enim & Principes,& eorumdem Legati, ſi ſemper deberent puram & putam Veritatem aſſerere, nunquam poſſent honeſtos fines conſequi. Homines hodie in Mundo Vtili Honeſtum poſtponunt; & niſi,quæ tua intereſſunt, alteri ſua intereſſe perſuadeas, nunquam illum in tuam opinionem deduces. Sæpe cum vafris & improbis agendum eſt;&,niſi procedatur cautè, ab illis terentur & peſſundabuntur ſinceri,& triumphabitur ipſa Veracitas. Reſtrictiones profectò ſunt alexipharmaca contra mendacia Inimici Potentis. Natura (quo nomine Deus intelligendus eſt, ut monet Seneca) non deficit in neceſſariis; ergo, quæ cæteras omnes animantes, præter dentes, ungues & cornua, (hæc earum arma ſunt) ſycophantiis dolis & aſtutiis ornavit, non eſt cenſenda homines neglexiſſe,illoſque ita Veritati adligaſſe, ut potiùs obeant, quàm emancipari, petere. Vbi monet,ut ſint ſimplices ſicut Columbæ,ut ſint etiam ſicut Serpentes cauti & aſtuti tolerat,& Veracitatis nuditatem tegi agninæ pellis perizomate ſuffulto vulpina permittit.

*) *Sadai* dicitur Deus, quia ſibi ſufficit.

An perirent, aut ſaltem periclitarentur Reſpublica, ſi Principes & Legati tenerentur puram & putā ſemper Veritatē proferre?

Eſtote prudētes ſicut ſerpētes, & ſimplices ſicut columbæ.

Hæc eſt multorum apud Sublimes Principes Miniſtrorum Sententia. Eam tuetur & ediſſerit D. Ioannes Antonius de Vera *in ſui Legati diſcurſ.* 2. *pag.* 86. *b.* Eamdemque exornat & confirmat D. Chriſtophorus de Benavente, in Advertentiarum, quas Regibus, Principibus,& Legatis præſcribit.*cap.* 22.*pag.* 500.dicens. *Las Mētales Reſtricciones ſon muy neceſſarias* CON IVSTA CAVSA. *Si no las admitieſſemos juntamente con palabras amphibologicas,ne ſe podian* (lego,*podrian*)*ſalvar muchos caſos de la Eſcritura*, hoc eſt. *Valde ſunt neceſſariæ Reſtrictiones Mentales; videlicet quando non temerè,ſed* EX IVXTA ET LEGITIMA CAVSA *admittuntur. Si non admitterentur,multa Sacræ Scripturæ loci non haberent ſanam expoſitionem.* Dixerat pag. præc. 499. *Muchas vezes las uſaron los Santos; y aſſi ſiempre ſeran permitidas* CON IVSTA CAVSA; *y ſi el otro lo entendiere en diverſo ſignificado,culpeſe a ſi miſmo*, videlicet; *His ſæpe Reſtrictionibus ſunt uſi Sancti: & ideò ſemper erunt licitæ, ſi* LEGITIMA CAVSA *interveniat. Quod, ſi alter diverſo in ſenſu verba acceperit,ſibi imputet.* &c. Progreditur,& de eodem argumento differens, pag. 507. ſubjungit. *Los Sacros Canones, las Leyes, y graviſſimos Authores ſobre el uno y otro Derecho appruebun las Mentales Reſtricciones* CON IVSTA CAVSA, *con los quales ſubterfugios juzgo*

Matth. 10. 16. *Sæpe reperit illud* con juſta cauſa, *ut moneat nos, Intellectuales Reſtrictiones, de quibus agimus, eſſe illicitas, niſi legitima cauſa (nempe, aut gravis neceſſitas, aut notabilis utilitas cohoneſtet.*

An multi Sacræ Scripturæ loci expoſitione congrua carēāt, niſi admittantur Reſtrictiones Mentales?

Negat totus Articulus Primus, Capitis præcedentis.

que

que nueſtro Embaxador (adde, *y qualquier Politico*) *puede ſalir de muchos embaraços; pues pudiendo celar la parte de Verdad, que le conviniere; como lo que dixere no contenga mentira; pudiendo* (lego, *puede*) *no reſponder derechamente al Principe, que le pregunta; pues no ſiendo ſu ſubdito*, (*) *ni preguntado legitimamente, no eſtà obligado a reſponderle derechamente, pudiendo diſſimular y fingir ſin mentira, uſando palabras y acciones amphibologicas* CON JVSTA CAVSA; *no queda la vereda tan eſtrecha, que ſea meneſter entrarſe por el ancho camino de la mentira y engaño, que tanto han pretendido allanar los Politicos de nueſtra edad*. Volui hunc Librum & Authorem citare, quia eſt valde eruditus, & paſſim ab Aulicis legitur, & non occurrit omnibus hujus Concluſionis fallacia. Reponam eam Latinè, ut ab omnibus intelligatur; ſi enim D. Chriſtophorus Romanis ſcripſiſſet, dixiſſet. *Sacri Canones, &* (a) *Leges Civiles, graviſſimique alterius utrius Iuris Doctores ubi illas* JVSTA NECESSITAS, AVT CAVSA *excuſat, approbant Reſtrictiones Mentales. Et cum his limitationibus & ſubterfugiis, poterit, ut opinor, Legatus, aut quicumque Politicus ſe ſubducere ab arduis & gravibus difficultatibus. Cùm enim poſſit eam celare Veritatem, quæ expediat, modo non pronunciet mendacium, tuta conſcientia reſpondebis, & maximè Principi apud quem Legationem exercet: non enim eſt ejuſdem ſubditus, & illegitimè interroganti non tenetur reſpondere directè: ſed poteſt diſſimulare, & ſine mendacii labe fingere, atque ex* CAVSA JVSTA *verbis & actionibus æquivocis & amphibologicis. Vnde, rebus bene perpenſis, ſemita quæ Legatos & Oratores manet, non eſt ita ſtricta, ut cogat illos inire fallaciarum & mendaciorum viam, quam inrunt, & ſternere noſtræ ætatis Politici conati ſunt.*

Non eſt bona conſequentia, Daniæ Regis Legatus in Suecia nō eſt ſubditus Regi Sueciæ. Ergo poteſt mentiri Regi Sueciæ.

a) Temerè id pronunciat Chriſtophorus non enim eſt in toto Iure Pontificio aut Cæſareo Canon aut Lex; Mentales Reſtrictiones approbans: ſed illas deteſtantur univerſi Iudices in Tribunalibus,

Verba illa, *pudiendo diſſimular y fingir ſin mentira*, ad mentem D. Chriſtophori tranſtuli; important autem plus quàm ille intendit; quoniam Latinum *Fingere*, & Hiſpanum *Fingir* non æquipollent, ut alibi etiam adnoto; verbo enim hoc Latinus ſignificat & *formare* & *mentiri*; & hoc ultimum tantùm Hiſpanus. Et hanc ob rem, ſi verba potiùs, quàm mentem Authoris vellem reddere dixiſſem, *Poteſt diſſimulare & ſine mendacio mentiri*. Et hoc de verbo *Fingo* adnotaſse ſufficiat, ad rem veniamus.

Quid verbum Fingo importet Latinè & Hiſpanicè?

An ſine mendacio quis mentiri poſſit?

Pronuncio itaque Politicorum authoritate non obſtante, mediam iſtam Sententiam, ſi nihil addatur quod illam reſtringat & alteret, æquivalere illi, quæ aſſereret, *Non licere ſemper mentiri, ſed tantùm aliquando & alicubi*: quæ non ſolùm apud Ethnicos, ſed olim patronos inter Chriſtianos habuit? Et quis nō cōfiteatur, hanc ipſam ſententiam, ſi probabilis eſſet (admitti enim non poteſt) fore adhuc caliginoſam, & periculoſam in praxi? Vnde enim ſcire poteris, hic & nunc eſse licitas, tunc autem & ibi eſse illicitas?

De media Adverſariorum Opinatione.

An aliquando licitum ſit mètiri?

Reſpondent aliqui, eas tunc eſse opportunas & laudabiles, cùm ſobriè & prudenter admiſsæ. Sed quid eſt, quæſo, ſobriè illas & prudenter admitti? ſi enim mendacia ſunt, ceſsat quæſtio, nemo enim poteſt prudenter & ſobriè mentiri: nam quodcumque mendacium in linguæ ſobrietatem & prudentiam impingit. Pergunt illi, & dicunt licere uti his Reſtrictionibus in rebus maximis & arduis, cùm agitur de defendenda vita aut fama proximi: quoniam in morbis aut periculis gravibus extraordinaria adhibentur remedia, & ſobrius Reſtrictionum mentalium uſus poſtulat, ut non paſſim & in negotiis levibus, ſed tantummodò rarò & in difficilibus admittantur. Sunt enim Iuramento in hoc ſimiles, quod licèt ex natura ſua bonum ſit, & in Veracitatem non militet, ſi illo frequenter utaris, abuteris, nam, reverentia, quæ ſummo Numini debetur, poſtulat, ut ſine neceſſitate non jures.

An ſobriè quis mentiri queat?

An cum de vita agitur?

Non licet ſine cauſa jurare.

At hæc cantilena eſt antiqua, nam de Mendacio Veteres eodem modo philoſophabantur: cenſentes rem eſse vilem & indignam mentiri paſſim; laudabilem & generoſam, cùm neceſſitas poſtulat, aut etiam jubet. Sophocles *in Creuſa*.

An ſi neceſſitas poſtulet mentiri liceat?

Καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὰ ψευδῆ λέγειν
Ὅτῳ γὰρ ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθει' ἄγει,
Συγγνωστὸν εἰπεῖν ἐστὶ, καὶ τὸ μὴ καλόν.

Haud quidem honeſtum eſt mendacia loqui.
Cui tamen diram perniciem veritas affert,
Huic venia danda, licet inhoneſta (falſa) *loquenti.*

Sophocles.

Vbi reatum, ſed venia dignum invenit Sophocles, ibi nihil reprehenſibile reperiri, Piſander, vates Camireus, aſſeverat: canit enim,

Οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεύειν.

Non reprehendendus eſt, qui mendacium pro vita dixerit.

Piſander.

Illi *in Theſauro* conſentit Diphilus dicens

Ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ
Λεγόμενον οὐδὲν περιποιεῖσθαι δυσχερές

Diphilus.

Eg exiſtimo mendacium ſalutis gratia
Prolatum nihil adferre mali.

Lucianus.

Audi & Lucianum *in Phil.* qui etiam in aliquibus caſibus mendacia approbat, aut etiam conſulit. *Multa ſunt*, ait, *quæ nonnullos mortales mentiri compellunt; quia in rem vident conducere. Qui etiam cum uſus poſtulat, mentiuntur, non tantùm venia, ſed laude digni ſunt; ut qui hoſtes fefellerunt, vel ad ſalutem tali quopiam pharmaco uſi ſunt in neceſſitatibus. Cujuſmodi multa Vlyſſes etiam fecit, ut & vitam ſuam, & ſociorum reditum redimeret.* Conſon*t* Platoni, *qui lib. 3. de Repobl.* aſſerit. *Mendacium concedendum eſſe Medicis, aliis verò minimè. Medici quippe ut ægrotantium animos conſolentur promittunt ſæpe ſanitatem, etiam in ipſo mortis agone, ne animum deſpondeant:* qui hanc doctrinam *dial. de juſto*, etiam ad Milites extendit, dicens. *Mentiri, decipere, lædere, offendere injuſtum eſt: hoſtes autem offendere, juſtum. Item per fraudes decipere.* Vnde illud. *Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?* quamobrem his aut ſimilibus rationibus conſideratis Herodotus *lib. 3. Hiſt.* mentiendi in neceſſitatibus ampliſſimam facultatem indulget. Ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι inquit, λεγέσθω. *Sicubi etiam mendacium dici opus eſt, dicatur.*

Et, quod mireris, ipſe Plato.

An medicis mentiri liceat?

An etiam Militibus?

Stat ergo Adverſarios ut ſuas Reſtrictiones tueantur, ineptè ad neceſſitatem, aut Vtilitatem recurrere: nam quidquid Poetæ Gentiles occinant, *Quiſquis metu cujuslibet Poteſtatis veritatem occultat* (occultat poſitivè, qui negat) *iram Dei ſuper ſe provocat: quia magis timet Dominum (temporalem) quàm Deum*, ut inquit Auguſtinus *Epiſt. ad Conſulanum.* Et habetur *11. qu. 3. §. Quiſquis.* Ergo ſi Mentales illæ Reſtrictiones mendacia ſunt, non illas poteſt cohoneſtare neceſſitas: igitur priùs erat demonſtrandum non eſſe mendacia, & poſteà determinare loca & tempora, in quibus quæ ſemper licerent expedirent: nam, ut monet Apoſtolus, *Non omnia, quæ licent, expediunt.*

In nullo caſu mentiri licet.

An oratio mentaliter reſtricta ſit mendax?

Nos ergo duas proponamus reſolutiones, quas puto clarè & evidenter demonſtrari.

Quid extra caſum neceſſitatis aut utilitatis dicendum ſit?

Prima. *Illicitæ ſunt Intellectuales Reſtrictiones extra caſum gravis neceſſitatis, aut notabilis utilitatis.* Eſt certa: non tamen debet à nobis ſpeciali ratiocinio probari, quoniam ab ipſiſmet Adverſariis cōceditur.

Corollarium. *Ergo, ubi nulla urget neceſſitas, nec allicit loquentem utilitas, Oratio reſtricta mendax & falſa eſt.* Probatur. Nam ex hoc ſolo capite condemnantur loquutiones reſtrictæ. Si enim falſitatis, mendaciiq; carerent malitia, ab omnibus admitterentur.

Secunda. *Illicitæ ſunt Intellectuales Reſtrictiones, etiam in caſu gravis neceſſitatis, aut notabilis utilitatis.* Demonſtratur; quia nulla neceſſitas aut utilitas poteſt cohoneſtare mendacium. Et quidem etiam in gravis neceſſitatis, & notabilis utilitatis caſu Orationem reſtrictam continere Mendacium, ex Reſolutione prima (nuper poſita) & ipſius Corollario manifeſtè deducitur. *Quoniam* (attende bene) *non ab eo, quod res ſit neceſſaria, aut non ſit; ſed ab eo, quòd exiſtat, aut non, Propoſitio redditur vera, vel falſa.* Id eſſe verum ſciunt univerſi Dialectici; & quia inter ipſos Ariſtoteles ſummum locum meritò occupare videtur, ipſum audiamus: libro enim περὶ ἑρμηνείας *tract. 3. cap. 6.* ſic ſtatuit.

Quid autem ubi urgeat neceſſitas vel utilitas?

An à neceſſitate aut utilitate quoad nos, an verò ab exiſtentia quoad ſe, habeat Propoſitio, quòd ſit vera vel falſa?

Κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσις τινὸς κατά τινος. Ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσις τινὸς ἀπό τινος. Ἐπεὶ δέ ἐστι καὶ τὸ ὑπάρχον ἀποφαίνεσθαι ὡς μὴ ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον καὶ περὶ τοὺς ἐκτὸς γὰρ τοῦ νῦν χρόνους ὡς αὔτως: ἅπαν ἂν ἐνδέχοιτο καὶ ὃ κατέφησέ τις ἀποφῆσαι καὶ ὃ ἀπέφησέ τις καταφῆσαι.

Propoſitio Affirmativa Græcè eſt Κατάφασις, *& Negativa* Ἀπόφασις.

Affirmatio eſt enunciatio alicujus de aliquo. Negatio eſt enunciatio alicujus ab aliquo. Quia verò (a) *quod exiſtit enunciare licet, quaſi non exiſtat; & quod non exiſtit, quaſi exiſtat; & quod exiſtit quaſi exiſtat; & quod non exiſtit, quaſi non exiſtat: itidemque in temporibus, quæ* (ſunt) *extra præſens:* (Ideirco) *quodcumque aliquis affirmarit, negari; & quodcumque quis negarit, affirmari poteſt.*

Nullas eſſe negativas Propoſitiones noſter Hercules Logicus, ut exiſtimo, aliquando perſuaſit.

a) ὑπάρχον non ſignificat *quod eſt neceſſarium, aut utile,* ſed *quod exiſtit.* Ioannes Scapula in Lexico verb. ὑπάρχω. [Item *ſum exiſto.* Ariſtoteles d p t. lib. anim. libr. 1. πολλὰ κοινὰ πολλοῖς ὑπάρχει τῶν ζώων. Poli. 5. ὑπάρχει μῖσος τοῖς τυράννοις. *In Tyrannos odium exiſtit.*]

ὑπάρχω. ὑπάρχον.

Ecce Ariſtoteles, ut nos doceat, quando loquenti aſſentiri debeamus, non conſiderat noſtram aut ſuam neceſſitatem, aut utilitatem; ſed, utrum prædicatum revera inſit ſubjecto, hoc eſt, utrum Propoſitio enunciet rem ut eſt in ſe.

Quid, ut vera ſit, in propoſitione requiratur?

Propoſitionem cum re comparari debere: *& ab eo, quod res ſit, aut non ſit, veram, aut falſam dici,* omnes Viri docti aſſeverant: & quidem tam univerſaliter, ut nec Scientiam Divinam admittant ad Veritatis creatæ veritatem concurrere. Dicebant aliqui. *Illa Propoſitio Humana,*

An Scientia Divina in veritatis definitionē ingrediatur?

aut

Digitized by Google

aut Angelica (hoc eſt, ab Homine, aut Angelo prolata) *eſt vera, quæ idem de ſubjecto affirmat, quod & Scientia Divina*. Et ego ajo, circumloquia & hypotheſes in hac Aſſertione inveniri; eamque formaliter non eſſe veram. Quoniam hæc Propoſitio, *Triangulus habet tres lineas*, eſt vera quia enunciat rem ſicuti eſt: Eſt ſimilis Scientiæ Divinæ (cognitioni, quam habet Deus de Triangulo) quia Deus omnia cognoſcit & intelligit, ut ſunt in ſe. At hæc ipſa ſimilitudo non eſt de conceptu formali Veritatis: Quoniam, ſi fingeremus Deum dicere aut putare, *Triangulum habere quatuor lineas*, non inde ſequeretur, tunc ad eſſentiam Trianguli quartam lineam requiri, non illam Propoſitionem, *Triangulus habet tres lineas*, eſſe falſam; ſed Deum illum, quem fingebamus, decipi. Conſono P. Richardo Lynceo, qui *tom. 1. Philoſoph. lib. 1.* in quo totam ſuam Dialecticam ad ſynopſim reducit, *nu. 85. pag. 19. b.* ſic inquit.

An conformitas cum Scientia Divina ſit de eſſentia Veritatis creatæ?

[Veritas conſiſtit eſſentialiter in conformitate actus cum objecto ſuo; ſive in eo, quod ſic repræſentat objectum ſuum, ſicut hoc ſe habet à parte rei & non aliter: quare hæc propoſitio, *Petrus currit*, ob id erit vera, quia affirmat de Petro currere, & Petrus reapſe currit. Quod autem aliqui docent, Veritatis quidditatem, & eſſentiam ſitam eſſe in conformitate cum Scientia Divina; ideoque noſtram cognitionem eſſe veram, quia affirmat de objecto id ipſum, quod de illo affirmat, ac dijudicat Scientia Divina: hoc inquam, niſi fallor, eſt falſiſſimum. Tum, quia, ut docet Ariſtoteles *in Prædicam. cap. de ſubſtan. 10.* (ut quæ ex communi ferè omnium ſententia à nobis jamjam præmiſſum eſt) *Ex eo quod res eſt, vel non eſt, Propoſitio vera vel falſa eſt*: Non ergo ex eo quod Scientia Divina rem eſſe, vel non eſſe affirmet. Tum etiam, quia Scientia Divina haud dicitur vera per conformitatem cum noſtra: Ergo nec è converſo. Et verò hic recurrere non eſt ad perfectionem Divinæ Scientiæ, & imperfectionem noſtræ: Namque noſtra Scientia perfectior eſt multis objectis à Deo cognitis. Sicut ergo Divina Scientia dici debet ab adverſariis vera per conformitatem cum quocumque objecto ſuo; quidni, & per hoc quod ſit noſtræ Scientiæ conformis. &c.]

Si Propoſitio enunciat rem ut eſt in ſe erit vera; ſi aliter, falſa: quidquid præter hoc accidat aut non accidat, erit præter eſſentiam Veritatis.

An Scientia Divina ſit vera, quia eſt conformis Scientiæ Humanæ?

Ergo debemus ſimplicem Propoſitionem à Cauſali diſtinguere: ſæpe, enim ſimplex, quæ vera, reddetur falſa, ſi fiat cauſalis, ut *Æthiops eſt rationalis & niger*. Hæc enim vera eſt; eritq; falſa, ſi dicamus, *Æthiops eſt rationalis quia eſt niger*; aut etiam, *Quia eſt rationalis eſt niger*. Ergo, ſic ſimiliter, licèt ſit vera hæc Propoſitio, *Cognitio humana eſt vera, quæ eſt conformis Divinæ*; hæc erit falſa, *Eſt vera, quia eſt conformis Divinæ*. Ergo ſimiliter, tametſi ſit vera hæc Aſſertio, *Arithmetica agit de numeris, & eſt neceſſaria mercatoribus*, hæc erit falſa, *Arithmetica agit de numeris, quia eſt neceſſaria mercatoribus*, licèt enim non eſſent in mundo mercatores, quibus ſervire poſſet, illa de numerorum proprietatibus ageret. Ergo, ſi Oratio reſtricta à neceſſitate præſcindendo, ſit falſa, nunquam à neceſſitate indipiſcetur, ut ſit vera; eſt enim extra omnem conceptum Veritatis neceſſitas.

De Propoſitione Cauſali.

Sæpe Propoſitio, quæ ſine particula cauſali eſt vera, in falſam tranſit, ſi cauſalis reddatur.

Non eſt de eſſentia Veritatis neceſſitas.

AR-

ARTICVLVS III.

Iterum de Reſtrictionibus Mentalibus per Legitimam Cauſam reſtrictis.

An Legitimæ Cauſæ *nomine aut gravis Neceſſitas, aut notabilis Vtilitas veniat intelligenda?*

De Antonini Dianæ & Antonii Cotonii mente. An hoc modo reſtrictas Reſtrictiones admiſerint; & an illas ſufficienter probaverint?

Volui horum Theologorum Argumenta producere, ſũt enim periti ſſimi; & , ſi illis ſatisfecero, cenſebor cæteris ſatisfeciſſe.

HOrum libẽter Theologorum meminerim, nam ſunt Viri Doctiſſimi & mihi ſpecialiter chari: qui tametſi Intellectuales Reſtrictiones admittant, diſſolutas condemnant, & tantùm ſobrias conſulunt, quando videlicet illas cohoneſtat neceſſitas aut utilitas conſiderabilis. Sit

CONCLVSIO. *Diana, & Cotonius nunquam reſtrictarum Reſtrictionum innocentiam probarunt.* Et ipſa nullo alio modo meliùs ſuaderi poterit, quàm aliquos eorum locos producendo & Reſponſione congrua dilucidando.

Nota illud ſimpliciter falsũ.

Mentalium Reſtrictionum reſtrictio.

Quem habere animum debeant qui utitur reſtrictione mentali?

a ἀμφίβολον ut amb. num ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ καὶ βάλλεσθαι ergo adıūcta voce λογία sit ἀμφιβολολογία, vnõ ἀμφιβολογία. At iā uſus obtinuit, ut facilioris pronunciationis gratia alterum λο ſubticeatur.

Sanè Coronius *in ſumm. verb. Iuramentum, num.6.* ex Diana *part.5. tr.6. reſol.30.* ſic inſit. [Poteſt aliquis jurare ſimpliciter falſum, addendo aliquid mente, ex quo Iuramentum ſit verum, quoties intervenit juſta cauſa. Iuſta cauſa eſſe poteſt, neceſſitas, vel utilitas, ad ſalutem corporis, honoris, rerum familiarium, vel etiam quando injuſta interrogatio proponitur. Verum in his caſibus animus jurantis nõ debet eſſe fallere proximum, ſed occultare Veritatem, quam manifeſtare non expedit. Iurare autem verbis ſine juſta cauſa, ut quod Princeps ſit in aula, intelligendo pictum, probabilius eſt eſse peccatum mortale, ut ajunt Leſſius *libr. 2. cap. 42. dub. 9. num.46.* & alii; ſed etiam probabile eſt, non eſſe mortale extra Iudiciũ, & præjudicium: nam in tali juramento deficit ſola neceſſitas ſeu diſcretio; Quia non debeter ſine neceſſitate contra audientium ſenſum amphibologicè jurari, (a) ſed juramentum, cum deficit ſola diſcretio, non eſt peccatum mortale: Ergo. Ita Sanchez *in ſum. tom.1. lib.3. cap.6. num.22.* & Diana *part.2. tractat.15. reſol.25.* &c.]

Qualis ſit Summa à Cotonio elaborata?

Oportet verba ſingula bene conſiderare. Cotonii Summam citò, nam in ipſa Vir diligens Dianæ Opera ad σύνοψιν reduxit: & ideò in illo libro uterque legitur, uterque auditur, & uterque citatur. Nota illud *ſimpliciter falſum*, & illud *juſta cauſa*; ut ſcias reponi hic Sententiam, quam præcedenti Articulo Dominus Vera ſuadere conabatur. Et quia eadem Opinio reponitur, pãtere ut eadem etiam reponatur Solutio; & ut iterum meum candidum Lectorem doceam quid requiratur, ut vera ſit, vel falſa, Propoſitio vocalis, Ariſtotelem jam Articulo præcedenti produxi: ergo, nequis me illum obtorquere opinetur, proderit impræſentiarum exhibere aliquem ejus diſcipulũ, qui ejus nobis mentem exponat. Aperiam igitur primum librum Dialecticum, qui in manum veniat: nam hæc eſt doctrina communis, in qua Doctores neſciunt opinionum divortia. Lalemanderius mihi ſubminiſtratur, quem libenter lego, nam in ipſo multa reperire ſoleo, quæ in aliis Authoribus deſiderantur. Hic itaque *in Apparat. Iſagog. part.4. columna.54. num.10.* ſic ait [Eſt autem Enunciatio, *Oratio, verum, vel falſum ſignificans*, ex Ariſtotele *1. Periherm. cap.4.* Quid ſit Veritas, vel Falſitas, non eſt hujus loci explanare: niſi, quod Veritas, *ſit quadam conformitas*, & Falſitas *quadam difformitas*. Veritas Propoſitionis, *eſt conformitas Propoſitionis cum re ſignificata per Propoſitionem*: ut, ſi paries ſit albus, & dicam, *Paries eſt albus*, vera erit Enunciatio, quia eſt conformitas Propoſitionis cum pariete albo. At ſi paries non ſit albus, dicam tamen *Paries eſt albus*; eſt falſa Propoſitio, quia non eſt conformitas cum pariete, qui eſt niger, & non albus.] Et bene diſcurrit, quoniam teſte Ariſtotele 2. *Me-*

Quid requiritur, ut vera aut falſa ſit, propoſitio vocalis?

Lalemandetius commendatur.

Quid Veritas, & Falſitas ſint?

taphyſ.

taph. Veritas Propoſitionis Mentalis, *eſt adæquatio rei ad intellectum*. Vnde Veritas Propoſitionis Vocalis, *erit adæquatio rei ad verba*. Me bene hanc conſequentiam intuliſſe ex ipſomet Philoſopho perſuadeo: nam *lib. 4. Metaphyſ. cap. 7. text. 41.* agens de Vocali ipſa Propoſitione, his verbis ſuos Lectores inſtituit. [Eſſe, *& eſt, verum eſſe ſignificat*: non eſſe *autem non eſſe verum: atque in Affirmatione, atque in Negatione. Vt, ſi Socrates Muſicus ſit, in hac Enunciatione*, Socrates eſt Muſicus, *id verum eſſe declarat. Aut, ſi Socrates non ſit albus, in hac Enunciatione*, Socrates albus non eſt, *idem verbum hoc eſſe verum ſignificat.*] Et hinc prodiit commune illud Dialecticorum Pronunciatum, *Ab eo, quod res eſt vel non eſt* (putant dicitur) *Propoſitio redditur vera, vel falſa.*]

Quid ſit Veritas in Propoſitione Mentali, & quid in Vocali?

Quid in hac materia nos doceat Ariſtoteles?

Vnde Propoſitio ſit vera, vel falſa?

Hæc Ariſtotelis verba, & illa etiam Lalemandetii recognoſco; &, quia nullum Logicum vidi, qui aliter loqueretur aut ſcriberet, falſa eſſe aſſero omnia, quæ de Mentali Reſtrictione dicuntur. Vt Vocalis Poſitio vera ſit, requiritur, ut ſit rei conformis. Et, ſi eſt verè difformis, non illam conformem reddet Neceſſitas, nec Vtilitas, nec interrogantis temeritas. Vt rem dilucidem, uti volo clariſſimo hoc exemplo. Quid ſit Taurus, jam ſcimus: & Minotaurũ eſſe, *ſemibovemque virũ, ſemivirumque bovem*, non ignoramus. Pone Cretæ Regem præcipere, ut cras ſub meridiem omnes compareant in ſua aula, & ſinguli importent Minotaurum pictum in tabula; juberetque, ut qui illum non ferat, trucidetur. Comparent omnes; ſinguli ſuos Minotauros pictos ferunt: & inter eos Arſindus non Minotaurum, ſed merum hominem habet pictum in tabula. Comparet Minotaurus vivus, & tabulæ ſunt illi conformes, quia ipſe eſt ſemibos, & ſemivir, & illæ ſemibovem & ſemivirum repræſentant. Modò Arſindi tabulam conſideremus. Eſt ſimpliciter falſa; non enim eſt Minotauro vivo conformis, quia illum repræſentat aliter, quàm eſt in ſe. At Arſindus ex juſta cauſa cogitat illum ſemibovem, qui deeſt in tabula. An-ne ideò tabula fiet Minotauro conformis? An ideò jurare Arſindus poterit illam ſuum prototypum (hoc eſt, Minotaurum) exæquare? ſi id faceret, eſſet perjurus. At urget Neceſſitas, ais, urget utilitas, & conſtat de injuſtitia præcepti. Sed ego, ut ut ſint iſta vera, non urgebor: quia picturam, quæ Minotauro eſt diſſimilis: nec Neceſſitas, quam Arſindus patitur: nec Vtilitas, quam conſequi ille poteſt: nec Regis præcipientis iniquitas, ſimilem reddet. Ergo adhuc neceſſitate, utilitate, & præcepti iniquitate poſitis, tabula illa erit difformis Minotauro: &, qui conformem aſſerat, mentietur: & qui conformem eſſe juret, perjurii ſacrilegium committet: quoniam ab eo quod prototypum ſuum referat, aut non referat, non autem à juſta aliqua cauſa, neceſſitate, utilitate, æquitate, iniquitate, &c. pictura conformis aut non conformis nominatur.

Negantur Reſtrictiones mentales.

De Minotauro. Quid ipſe ſit?

Caſus proponitur.

Relegatur, & bene conſideretur hæc circumſtantia.

Sicut de tabula picta, ſic de Propoſitione philoſophandum eſt quoniam Propoſitio, ſive mentalis, ſive vocalis illa ſit, eſt ſuo modo pictura, nam eſt objecti propoſiti repræſentatio.

Dictum puta. Propoſitio Vocalis, omnibus conſignificantibus circumſtantiis affecta, eſt quædam pictura ſenſibilis. Erit vera, ſi rem enunciet, ut eſt in ſe; erit falſa, ſi rem enunciet aliter, quàm eſt in ſe. Et, ſi ſimpliciter eſt ſuo objecto difformis, & diſſimilis, (& ideò falſa) non reddet illam objecto ſuo conformem, ſimilem (& ideò vera) terminus aliquis purè cogitatus, & nõdictus, quia hic nõ eſt pars orationis vocalis: &, ſi reverà non ſit pars, quando non eſt neceſſitas, nec utilitas, nec ulla interrogantis impietas, quia non eſt ſenſibilis: non illũ aut neceſſitas aut utilitas, aut interrogantis impietas reddet audibilem, aut ſenſibilem; nec dabit, ut ſit pars Orationis ſenſibilis; quia ab eo quod rei dictæ conformis ſit aut non ſit; non autem ab eo, quod cum neceſſitate, aut ſine neceſſitate; nec ab eo, quod cum utilitate, aut ſine utilitate: nec ab eo, quòd ex metu ab interrogantibus injuſtè ſive juſtè incuſſo, aut ſine metu proferatur, Propoſitio dicitur vera, vel falſa. Et huc reſpexiſſe videtur Iuſtus Lipſius, qui *in Cent. 2. Epiſt. 97.* exclamat, *Veritas eſt pura, candidaque, & immunis ab omni affectu.* Eſſe, inquit, debet pura; ergo mentalis non debet alios habere terminos præter mentales; & ſenſibilis, non debet alios recipere præter ſenſibiles; nec cenſebitur alios recipere, ſi non habeat in mente terminum, cui non reſpondeat in lingua alius æquivalens, qui idem profectò objectum exprimat. Et debet eſſe candida; non enim eò illa tendit, ut audientem decipiat: & tandem ab omni affectu immunis; nam omnes animi affectus extra ipſam ſunt, nec illam poſſunt in mendacium convertere: nam, ſi Petrus ſit dives, hæc Propoſitio, *Petrus eſt dives*, ſive ex amore, ſive ex odio, ſive ex neceſſitate, ſive ex levitate, ſive cum ſpe, ſive ſine illa, ſive ob timorem, ſive abſque illo: & tandem ex quocumque affectu proferatur, erit vera.

Cur non poſſint Reſtrictiones Mentales falſã aliquam propoſitionem verã reddere?

Neceſſitas, utilitas, interrogantis temeritas, &c. ſunt circumſtantiæ intrinſecæ, quæ ad verificationem, aut falſificationem propoſitionum non concurrunt.

Cur Veritas dicatur pura?

Cur candida?

Cur immunis affectibus?

Vt finem huic diſcuſſioni imponam, volo adhuc conſiderare illa verba, *Poteſt aliquis jurare ſimpliciter falſum addendo aliquid mente.* &c. At oſtendi (& ut mihi perſuadeo, demonſtravi) quidquid mente addatur, non alterare aut tangere Poſi-

Verborum extrinſecam ſignificationem interni actus intellectus non alterant.

per-

tionem Vocalem. Hæc igitur, ſi priùs erat ſimpliciter falſa, ut Coronius ſupponit, poſt illam actus mentalis additionem remanebit ſimpliciter falſa. Iuramentum igitur, quod ſuper illam ceciderit, erit ſacrilegum, & peccatum lethale.

Quo animo utantur homines Reſtrictione Mentali?

Et adhuc conſiderare debeo verba illa, *Verùm in his caſibus, animus jurantis non debet eſſe fallere proximum, ſed occultare Veritatem, quã manifeſtare nõ expedit*; nam in illis puto impoſſibilem doctrinam includi: quoniam in his ſemper caſibus jurantis animus eſt, fallere proximum.

Caſus proponitur.

Pono exemplum. Debes Franciſco centum aureos, quos teneris ſolvere, quando mille receperis, quos tibi erat donaturus Euſebius. Recepiſti iſtos mille; at, quia occurrit occaſio, ut loces matrimonio filiam, illis indiges, ut ipſam dotes. Occurrit, inquam, occaſio; quam, ſi permittas prætergredi, non ſperas aliam ſimilem te fore habiturum. Habes cauſam juſtam, ut ſolutionem differas; ut facias, quòd Franciſcus exſpectet.

An cauſa potuerit ſolutio differri.

Adeſt neceſſitas, utilitas, & timor occaſionis perdendæ. Plura Diana non poſtulat. Occurrit tibi Franciſcus, & interrogat, An illas pecunias ab Euſebio receperis? reſpondes *Non*, ſubintelligendo, *ut tibi dicam*. Mentiris ſanè: ſed hoc modo non urgeo, ſed contendo, te his verbis habere animum fallendi proximum.

Quid ſit proximum fallere?

Nam, quid eſt fallere? Fallis, cùm eum, qui dubitat, & ſcire verum vult, verbis tuis præſtas, ut diſcat falſum. S. Auguſtinus *lib. 1. de doctrina Chriſtian.* & *lib. 7. Confeſſ.* S. Thomas *quæſt. 5. de Verit. art. 10.* & *Opuſc. 39. cap. 1. in fin.* At in caſu tu eò tendis, ut à tuis verbis Franciſcus diſcat, te nondum ab Euſebio illas recepiſſe pecunias, (nam, ſi hoc ſciret, ſibi ſolvi juberet) ergo illis verbis illum directè vis decipere.

An, qui utitur Reſtrictione mentali, intendat occultare veritatem, an potius manifeſtare falſitatem?

Præterea; illa tua verba *Non recepi*, addita Reſtrictione Mentali, vel ſunt vera, vel falſa; ſi falſa, intentum habeo; non enim Reſtrictio illa Mentalis ſufficit, ut quæ erant ſimpliciter falſa, convertantur in vera. Cæterùm, ſi ſint vera, tu per illa manifeſtas Veritatem, ergo implicat ſe, qui dicit, *te habere in illis animum occultandi Veritatem, quam manifeſtare non expedit*.

His præmiſſis ſic contra Mentales Reſtrictiones ratiocinor. Paulus ait, *Non feci*, ſubintelligens, *ut ſibi dicam*. Et interrogo, hæc Pauli verba aut erunt vera, etſi ſine neceſſitate aut utilitate dicantur, aut tunc tantummodò erunt vera, cùm ex neceſſitate aut utilitate dicuntur. Neutrum juvat. Ergo.

Quid præſtarent Reſtrictiones Mentales, ſi ſine limitatione admitterentur?

Non primum; nam Reſtrictiones illæ, ſi ubique admitterentur, fidem omnem humanam tollerent, & omnia humania colloquia perturbarent: & ideò Leſſius, quem Diana, Coronius, & omnes, qui reſtrictas Reſtrictiones admittunt, ſequi volunt, non audet dicere, ubique habere locum Reſtrictiones Mentales. Sed neque admittunt cæteri; hodie enim plerique omnes extra neceſſitatis, aut utilitatis caſum illas incriminantur.

Propoſitionem falſam in verã non convertit proferentis neceſſitas, aut utilitas, nec interrogantis temeritas.

Ergo hæc Pauli verba, *Non feci*, falſa ſunt, ſi ſine neceſſitate, aut utilitate dicantur: & hoc non obſtantibus illis verbis, *ut ſibi dicam*, quæ, ut dicebamus, ſubintelligit Paulus. Ergo non erunt vera, etſi neceſſitas, aut utilitas ſuperveniat. Patet: non enim ab eo, quòd proferens neceſſitate aliqua præpediatur; nec ab eo, quòd utilitatem ſperet; ſed ab eo, quòd Oratio prolata ſit rei ipſi conformis, propoſitio eſt vera; & ſine perjurio poteſt juris jurandi Sacramento firmari.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

De Reſtrictionibus Reſtrictis per adjacentes circumſtantias. *An denique mentales Reſtrictiones ſint irreprehenſibiles, cum adſunt circumſtantiæ extrinſeca conſignificantes?*

In deſperatis morbis multa & varia medicina adhibentur.

PERICVLOSVS, aot etiam deſperatus morbus eſt, pro quo plures cæque inefficaces, præſcribuntur medicinæ, Et quia Adverſarios video in claſſes dividi, & ſubdividi, & nihil opportunum audio, actum eſſe de Mentalibus Reſtrictionibus infero. Interim adhuc alium modum illas ſobriè defendendi proponamus.

Non ſemper licet, inquiunt, *Mentalibus Reſtrictionibus uti, ſed tunc tantùm quando adſunt circumſtantiæ extrinſecæ ſenſibiles conſignificantes.*

An, & quando candelabrum accenſam facē ſuſtinet, lux nō à face, ſed à candelabro proveniat?

Et reſpondeo, in tali caſu fore illas licitas, ſi eſſent poſſibiles: at tunc eſſe impoſſibiles, evidenter probabo. Et, ut id meliùs poſſim, hunc Caſum decidendum propono.

Erat Coſmopoli Celſimetius, vir qui volebat ab ingenio laudari, & probandum aſſumpſit, aulam, quanta erat, à candelabro illuminari. Vt eum fuiſſe falſum oſtenderent, candelam abſtulerunt diſcipuli, & obſcura fuit aula. Et quia manebat candelabrum, illam ab illo non illuminari contendebant. Et ad illos Celſimetius ait. Non debetis ſiniſtrè interpretari, quæ dicta dexterè; omnia enim intelligenda ſunt, cum grano ſalis. Doctrina mea admitti debet ſobriè; non univerſim, & in omnibus caſibus. Aſſero enim illuminari à candelabro aulam, non ſemper; ſed quando illud ſuſtinet accenſam facem. Ridenr illi, & reponunt, nec tunc quidem illam à candelabro illuminari, ſed à face.

Quādo extrinſeca conſignificantes circumſtantiæ adſunt, non à purè internis actibus, ſed ab illis reſtringitur verbi ſignificatio.

Amice Lector, dictum puta. Omnes, qui hoc ultimo modo Mentales Reſtrictiones tuentur, ſunt Celſimerii, & candelabro adſingunt effectum illum, qui procedit à face. Quando ardet fax, illuminatur aula, & non concurrit ad illuminationem candelabrum: nec aliter, quando adſunt Circumſtantiæ extrinſecæ conſignificantes, ſignificatio dictionum generalium aut æquivocarum reſtringitur quidem; ſed à quibus? ab illis conſignificantibus Circumſtantiis, quæ notæ audientibus; non vero ab occultis mentis actibus, qui audientes latent.

Hanc Mentales Reſtrictiones tuendi viã eſſe hodie in Schola communem, video paſſim; ubi enim earum Propugnatores argumentorum Contrariæ Partis pondere premuntur, ad conſignificantes Circumſtantias recurrunt, eaſque in conſortium Mentalium Reſtrictionum adſciſcunt. Et, ut meliùs hanc doctrinam percipias, volo ex Poncio nonnullas periodos exſcribere: ipſe enim *tom. 4. in 3. ſentent. diſt. 38. quæſt. unic. pag. 623. b. num. 124.* ſic ſcribit:

Quomodò hodie paſſim defendantur Reſtrictiones Mentales?

An noſtra tandem Sententia Emonerius ſubſcribat?

[Addit Emonerius (& ipſe eſt, ut vidiſti, Mentalium Reſtrictionum Propugnator acerrimus) hunc Diſcurſum. Siquis interrogarus à Iudice injuſtè an fecerit aliquam rem, quam fecit, ſed non tenetur fateri, reſponderet: *Non feci talem rem prout aſtrictus obligatione reſpondendi*, verum diceret; Sed ſi idem reſponderet, *Non feci*, non additis illis aliis verbis, idem diceret; ac quod diceret iis additis. Ergo ſicut iis additis diceret verum, ita etiam iis non additis, diceret verum, & conſequenter oratio reſtricta non eſt mendacium, nec eam utens mentitur. Probat Minorem, quia ex circumſtantiis illius interrogationis, (N.B) ſufficienter innoteſcit, quod ipſe reſpondet in illo ſenſu, Et quoties ex uno verbo ſignificatur ſufficienter aliquid, non eſt neceſſarium addere alia verba.] Relege, quæſo, attentè totum iſtum paragraphum, vide biſque Emonerium Opinionem Celſimetii reponere, & ad conſignificantes Circumſtantias recurrere, quibus, ut neceſſarium eſt, admiſſis, etſi eſſent poſſibiles, eſſent prorſus ſuperfluæ Reſtrictiones Mentales.

Conſignificātes circumſtantiæ æquivocam orationem reſtringunt.

Mercator debet ut homo & ut mercator conſiderari. Grana, quæ eſt in victu inſumpturus, ut homo habet, ut mercator non habet.

Meam hanc Reſolutionem firmo exemplo appoſitiſſimo, quo apud Poncium *loc. cit.* utitur Emonerius. Ponit enim ob oculos Mercatorem, qui ſolebat pu-

Emptor, qui an ille grana habeat, interrogat; non quærit, An habeat grana ut comedat, ſed an habeat ut vendat. Bene ergo mercator reſpondet, Non habeo.

publicè triticum vendere, & jam non habet ampliùs ullum, quod ſit venale, licet habeat quod retinere vult ad proprios uſus. Is, ſi quæratur ab ipſo, an habeat frumentum, poteſt abſolutè, & ſimpliciter dicere, *Non habeo* intendendo quod non habeat frumentum venale, nec eſt neceſſe, ut addat illa verba: *Non habeo, quod vendam*, nam ex circumſtantiis id intelligitur, cum velle ſufficienter.] Et Ego hic video Mercatoris verba reſtringi, at nego illa per ullam Mentalem Contractionem aut Determinationem reſtringi. Ergo tandem nobis Emonerius ſubſcribit.

Hanc doctrinam Emonerii ſententiam generalem & univerſalem eſſe, teſtatur ipſemet Poncius dicens. [Hoc exemplum Emonerius tradit univerſaliter ad omnes locutiones reſtrictas, quæ fiunt cum debita cauſa; exiſtimat enim, quod quemadmodum intelligitur ex circumſtantia huius reſponſionis, quod intelligat de frumento venali; ita, quoties quis loquetur, aut dicit aliquid eſſe vel non eſſe, debeat intelligi, quod id non dicat niſi in ſenſu aliquo vero, ſivè illo, quem exprimit, ſive alio, quem mente premit, & non tenetur ob legitimam cauſam exprimere.] Et Ego fateor, in caſu non eſſe neceſſarium, ut ſenſum, quem in mente concipit, verbis exponat; illum enim Circumſtantiæ ſufficienter declarant, ut toto hoc Libro demonſtramus.

Hinc patet Emonerium verbis ſententiam mentaliter, Reſtringentium renuiſſe; re autem Circumſtantias conſignificantes propugnare; quod obſervat, & advertit Poncius, ſcribit enim [Videtur (Emonerius) ſibi conciliare in re Authores Secundæ, & Tertiæ Sententiæ, quia dum Authores ſecundæ, & Tertiæ ſententiæ affirmant licere Reſtrictionem, quando ſignificatur aliquo modo exteriùs, & dum Authores Tertiæ ſententiæ negant licere Reſtrictionem, niſi quando eſt cauſa Legitima, toties ſecundum Emonerium ſignificatur Reſtrictio exterius, ſequitur manifeſtè, quod utrique Authores conveniant jure, in caſibus, in quibus licet, & non licet Reſtrictio.]

Stat igitur (quod nuper dicebamus) licere Orationem Reſtrictam, & macula carere mendacii, quando Circumſtantiæ extrinſecùs reſtringentes ſuccurrunt. Et his intervenientibus, ſuperfluas eſſe quaſcumque Reſtrictiones Mentales; &, ſi hæ (externæ Circumſtantiæ) abſint, nullos Mentis actus ad reſtringendam Orationem ſufficere.

ARTICVLVS V.

De Reſtrictionibus reſtrictis per Reduplicationem.

Quid faciendum ſit, cum ille, qui interrogat, ingenioſa cautela omnes Reſtrictiones excludit?

Proponitur, exponitur, & impugnatur Patris Poncii ſententia.

Quia ejus Reſolutio æquè militat contra Internas ac contra externas Reſtrictiones, poſtulat hic Articulus, ut ab univerſis perpendatur.

An poſſit ſuper Reſtrictionem cadere Reduplicatio?

SCiunt & debent ex officio cognoſcere omnes cautelas, circumloquutiones & Reſtrictiones Iudices; & ut vel invitis Iuribus, Veritatem materialem extorqueant Interrogationes ingenioſè contexunt, & excludendo Reſtrictiones portam interdum Reo, ut poſſit cauſam ſuam propugnare, præcludunt. Poſſent adduci multi caſus, ſed ſequentes, ſi bene expendantur, ſufficiunt. Proponam igitur nonnullos, in quibus præoccupentur Reſtrictiones. Et erit PRIMVS. Reo de homicidio accuſato dicit ſeverus Iudex; *Petii, an occideris Titium? negaſti: quia vel non occidiſti peccaminoſè; vel non occidiſti ita ut poſſis probari: vel quia non teneris reſpondere; ſic enim Reſponſionem tuam à Tribunalis conſignificatione reſtringi exiſtimas: at nunc interrogo, an cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut etiam, an clam & ſine teſtibus Titium occideris? an ita occideris, ut mihi non tenearis fateri.* Erit ſecundus, *Petii à te, Domine Paroche, an Livia tibi fuerit adulterium confeſſa? negaſti*

An ergò poſſit Reus,

an etiam Parochus, & Confeſſarius.

ſti, quia non eſt tibi confeſſa ut homini, ſed ut Deo; nunc pergo ulterius, & interrogo, An tibi ut Deo (hoc eſt, ut Chriſti perſonam in Confeſſionali repræſentanti) fuerit hoc peccatum confeſſa? Erit Tertius. *Poſtulavit à te eleemoſynam Carolus, & te non habere reſpondiſti; nomine eleemoſynæ intelligens non quamcumque pecuniam, ſed quæ datur pauperibus: modò, quia eſt ingenioſa pauperum importunitas, non jam eleemoſynam, ſed unum aureum petit Carolus, & exſpectat, an poſſis reſpondere, Non habeo?* Hæ, & ſimiles Interrogationes reſtrictæ videntur non poſſe ſecundam Reſtrictionem recipere, & reducere ad extremas anguſtias hominem, ita ut debeat, directè reſpondere, aut mentiri: & hanc ob rem, quia à Poncio abeo, & me frui luce, ubi ille eſt adlucinatus, exiſtimo, ejus verba produco.

An, qui negabat eleemoſynā, utatur reſtrictione?

SECTIO I.

Sententia P. Poncii proponitur.

Quis & qualis ſit P. Poncius?

CArcagienſis in Hibernia Provincia Religioni Seraphicæ Grandium Theologorum Nutrici P. Ioannem Poncium Scriptorem celeberrimum dedit. Fuit olim Romæ in S. Iſidori Collegio Primarius Anteceſſor, & Subtilis Doctoris cognomento Scoti, natione Hiberni Quæſtiones, quas in Sententiarum libros ſcripſit Commentariis doctiſſimis dilucidavit. Ejus ingenium mihi perplacet, & ideò ejus doctrina & nomine meas ſæpe Concluſiones honoro. Verum enim verò, quia *tom. 4. in 3. ſentent. diſt. 38. quæſt. unic. pag. 626.* agens de illo, qui ita alterum interrogaret, ut nullum locum reſtrictioni relinqueret, nec meis Fundamentis, nec ſuis conſonat, ejus verba formalia, ut meliùs poſteà impugnetur, præmitto.

Verùm talis poſſit Interrogatio fieri, ut nulli Reſtrictioni det locum?

HIS non obſtantibus, nullo modo exiſtimo poſſe quem uti reſponſione reſtricta, in ullis caſibus, in quibus ſignificat interrogans, ſe excludere reſtrictionem, quamvis revera alias teneretur eam excludere. [*lego*, non excludere.] Vnde (A) ſi Iudex quærat, *An reus fecerit tale quid ulla ratione, ſivè ſic, ut debeat, aut poſſit illud fateri, ſive ſic, ut non debeat, nec poſſit? & ſivè ipſemet Iudex habeat autoritatem interrogandi, ſive non habeat?* exiſtimo tum reum non poſſe negare cum illa reſtrictione, *ita ut poſſim dicere*, aut *ita ut debeam*: quia illa reſtrictio ex ſuppoſitione talis particularis Interrogationis intelligitur excluſa communi omnium acceptione (B) quemadmodum in caſu vendi-

An poſſit Iudex omnes Reſtrictiones excludere?

Haplotes.

totis frumenti, licet ſiquis peteret abſolutè *An haberet frumentum?* cum non haberet vendibile, licet haberet non vendibile, poſſet reſpondere, *quod non*: tamen ſi interrogaretur, *An haberet ullo modo frumentum, ſive vendibile, ſive non vendibile?* non poſſet reſpondere *Non habeo*, quia ex natura interrogationis excludebatur illa reſtrictio de vendibili. Similiter (C) ſi quis quæreret à Confeſſario. *Audiſti, nè aut ut homo, aut ut Miniſter Dei, aut vices ejus gerens tale peccatum in confeſſione heſterna à tali homine, ſive poſſis, aut tenearis illud dicere, ſive non?* credo, quod poſſit [*lego* non poſſit] dicere, quod non audivit illud, modò illud audiverit, quia reſtrictiones, quas aliàs adhibere poſſet ex ſimplici interrogatione, & præſertim illæ, quas communiter adhibere ſolent: nempè *Non audivi, ut ut teneor, aut poſſim dicere, Non audivi, ut homo, Non audivi ut ſubditus.* Sunt præcluſæ per ipſammet interrogationem ſic limitatam, ita ut nemo prudens poſſit intelligere ex circumſtantiis illius interrogationis, quod locutio ejus eſſet reſtricta illis reſtrictionibus.

An hæc interrogatio, Habesne frumentum, ſi mercatori detur per circumſtantiam (emendo, & vendendo) perſona, reſtringatur?

De Interrogatione facta Confeſſario in materia ſigilli.

Et ſanè ſi id liceret ſuppoſita tali interrogatione in caſu Confeſſionis, aut Rei, liceret etiam (D) univerſaliter in omni occaſione, in qua peccaret quis confitendo veritatem, uti reſtrictione, & univerſaliter illa reſtrictio in omni tali occaſione eſſet tam ſufficienter nota ex circumſtantiis interrogationis, ac eſſet in caſu hoc Confeſſarii. Vnde in hoc convenio cum Emonerio, quod minùs conſequenter diſcurrant ii Theologi, qui concedunt uſum reſtrictionis in caſu Confeſſarii, & rei, & non concedunt illum univerſaliter in omni caſu in quo peccaretur confitendo veritatem ſine reſtrictione, imò ſi liceret eam adhibere in caſu Confeſſari interrogari cum limitationibus à me propoſitis, omninò liceret ea uti in omni prorſus caſu, in quo ſequeretur notabile detrimentum, ſi quis ea non uteretur, ſive poſſet exponere ſe illis nocumentis, ſive non abſque peccato (E). Nec ſatis intelligo differentiam illam, quā adhibet Malderus in caſu de abuſu reſtrictionum Mentalium *cap. 10. ſect. 2.* inter has duas reſtrictiones, quæ conjungi poſſunt & ſolent internè cum reſponſione negativa *neſcio*, nempe *ſic ut debeam dicere*, & *ſic, ut poſſim dicere*, quaſi prima liceret; non enim dubito, quin in quocumque caſu, in quo poſſit quis verè dicere: *neſcio* ſic, *ut debeam dicere*, poſſit etiam verè dicere: *neſcio* ſic *ut poſſim dicere*, nam quando non poteſt quis aliquid facere, non debet illud facere. Vnde in quocumque caſu poteſt quis habere in mente hanc reſtrictionem

An negare homo poſſit, quæ ſine peccato confiteri non poteſt?

De differentia à Maldero propoſita.

An inter poſſum dicere & debeo dicere reperiatur differentia?

Digitized by Google

ſic ut poſſim, poteſt etiam habere alteram *ſic ut debeam*. Imo, & quotieſcumque poteſt quis dicere verè: *neſcio, ſic ut debeam dicere*; poteſt etiam dicere: *neſcio ſic, ut poſſim commodè*, quia non debet uti reſtrictione Mentali, niſi in caſu in quo non poſſit quia commodè ſine detrimento ea uti, & conſequenter quoties poteſt habere hanc reſtrictionem: *neſcio, ut debeam dicere* poteſt habere alteram: *neſcio ut poſſim*.

Lege attentè, & percipies Mentales à Pōcio Reſtrictiones ſæpe admitti & ſæpe etiam negari.

De differentia aſſerta à Soto.

Non etiam intelligo (F) differentiam aliam quam aſſignat Sotus de detegendo ſecreto *in 3.p.q.3.& lib.5.de Iuſt.qu 9. a 8.* inter reſtrictiones, quæ fierent mediantibus verbis dicentibus ordinem ad *loqui*, & non dicentibus; quaſi licerent reſtrictiones cum illis primis verbis, & non cum ſecundis, ita ſcilicet, ut qui interrogaretur homicida *An fecerit homicidium* non poſſet dicere *Non feci*, ſubintelligendo *ſic ut tenear illud fateri*. Si verò interrogaretur *An ſciverit quis interfecerit*? poſſit dicere *Non*, ſubintelligendo *Sic ut debeam dicere*, non intelligo, inquam, hanc differentiam, nec dubito quin in quocumque caſu liceat uti una reſtrictione, liceat etiā, & altera; nec credo ullum eſſe, qui ex natura hotū verborum; *Neſcio quis fecerit*, potius intelligat, aut intelligere poſſit reſtrictionem illam, *ut dicam*, quam ex verbis; *Non feci, Non eſt domi*, unde ruit fundamentum Soti, nempe, quod ex communi hominum uſu ſubintelligeretur illa reſtrictio in verbis quibuſdam, & non in aliis. Adde neceſſitati illi, ob quam Authores recurrunt ad reſtrictionem, ut vitent ſcilicet præmiſſa incommoda non ſatisfieri poſſe per reſtrictiones illas ſolas, quas admittit Soto, quia interrogantes poſſent facillimè urgere ad reſponſionem in verbis illis, quæ dicit Soto eſſe incapacia reſtrictionis.

An Reſtrictiones, quas nec docet Soto, invento ejuſdem ſatisfaciant?

Quid dicturus ſit Teſtis, aut Reus, quando Iudex omnem Reſtrictionem excludit?

Quod ſi quæras (G) quid ergo faciendū ſit teſti, aut reo, quando injuſtè examinantur à Iudice excludente per modū interrogationis reſtrictiones? Reſpondeo ipſos reſpondere poſſe *ſe non teneri aliò modo, quam ſecundum formam Iuris reſpondere, ſecundum autem formam Iuris ſe negare quod fecerint, & quod ſi urgeantur ulteriùs, non debent ulteriùs reſpondere, ſed repetere prædictam reſponſionem, aut tacere, vel devertere ſermonem ſemper ad alia, & rogare, ut agatur ſecum juridicè, cæteraque committere Deo*, quæ eſt doctrina Doctoris (nempe Scoti) *in 4.diſt.15.q.4.*

Et quid in ſimili caſu poſſit aut debeat facere Confeſſarius?

Idem dico de Confeſſario (H) ſi interrogetur juridicè, quamvis huic ſemper reſpondendum putarem, ſi interrogaretur, an audiverit tale quid in confeſſione? *Se quæ audiverit in confeſſione, nec debere, nec poſſe dicere; nec dicturum etiam ſi ad mortem eſſet damnandus, tale crimen quamvis illud audiviſſet.* &c. Imò circa hoc adverto, mihi videri perienloſum Confeſſario dicere *Se non audiviſſe tale crimen in confeſſione*, quamvis revera illud non audiret, (I) quia hoc ipſum videtur eſſe aliqua revelatio Confeſſionis.

An prudenter Confeſſarius dicat nunquam ſibi Titium confeſſum fuiſſe vel unum peccatum mortale?

Prætereà puto non eſſe conſultum, ut Confeſſarii (K) ſignificent ſe per confeſſionem continuam Petri, v.gr. cognoſcere, quod nunquam peccavit aut nunquam ſe audiviſſe ab illo in confeſſione peccatum mortale, quia præterquam quod aliquo modo ſignificaret confeſſionem alterius, adhuc pauci crederent illis, & darent occaſionem aliis malis hominibus mentiendi in confeſſione & non ſignificandi ſua peccata ut ſcilicet idem diceretur à Confeſſario de ipſis, quod fecerint talia, vel talia opera bona, & quod non peccaverint, & ſic reputarentur boni. Sed præcipuè moveor ad hoc ſentiendum, quia eo ipſo, quo Confeſſarius ſoleret dicere de aliquibus, quod ipſi non peccaverint mortaliter, toto eo tempore, quo ipſe audivit eorum confeſſiones, & non diceret hoc de aliis, eo inquam ipſo ſignificaret, quod alii peccaverint mortaliter, & ſic revelaretur aliquo modo aliorum confeſſio; poſſet enim, unuſquiſque formare apud ſe hunc diſcurſum; Cur ille Confeſſarius diceret Petrum ſibi confitentem tanto tempore non peccaſſe mortaliter, & non diceret idem de Paulo, niſi quia Paulus eſt ipſi confeſſus aliqua peccata mortalia, non verò Petrus.

An hoc de Titio & non de Sempronio aſſerere contra hunc aliquam malam ſuſpicionem ingenerat?

Quo debeant modo agere Confeſſarii in colloquiis privatis?

Itaq; conſultum omninò exiſtimo Confeſſariis, ut non ſolum non agant de peccatis particularium perſonarum, ſed nec etiam de virtutibus tamquam in confeſſione cognitis, ſed quantum ad ſcientiam habitam in confeſſione eodem modo ſe gerant, reſpectu omnium, nec hos magis laudantes, quàm illos, ſed de omnibus eodem omninò loquentes modo, quo loquerentur, ſi eorum confeſſiones non excepiſſent.

Debent mortem ſubire potiùs, quàm peccatū in confeſſione auditum revelare.

Quòd ſi pati deberent mortem (L) niſi ad mentem interrogantis categoricè reſponderent, *audiviſſe ſe à Petro tale peccatum in confeſſione, aut non audiviſſe*, tum occurrit obligatio per ſequutionem, tormenta, & mortem ipſam ſubeundi, & ſi ſenes ſint, aut debiles, proptereaque ſuo & aliorum judicio tormentis ſufferendis impares, ſperandum tum eſt in Domino, qui non confundit, nec derelinquit ſperantes in ſe, nec patitur nos tribulari ſupra id, quod poſſumus. Illis autem recolendum eſſet illud Auguſtini libr. contra mendacium cap. 17. *Sed inquies ipſa morerentur. At vide quid ſequatur; morerentur enim cœ-*

Auguſtini ſententia.

leſtis

leſtis habitationis incomparabiliter ampliori mercede, quàm domus illæ quas ſibi fecerunt in terra eſſe potuerunt. Mererentur enim futura in æterna felicitate mortem perpeſſæ pro innocentiſſima veritate.

An, & quando debeat Confeſſarius abſolutè negare?

Dices. Si Confeſſarius non negaverit abſolutè (L) ſe audiviſſe in confeſſione crimen de quo interrogatus, eo ipſo intelligetur, aut ſaltem vehemens ſuſpicio habebitur, quod iſtud crimen audivit, quia alias ſimpliciter negaret ſe illud audiviſſe nec in hoc difficilem ſe præberet: ergo tenebitur id negare. Reſpondeo negando ſequelam, ſi ſignificet ſe non poſſe dicere, nec audiviſſe ſe nec non audiviſſe, ſive audiret, ſive non audiret. Fateor quidem ſi eſſet talis, qui negare ſoleret audiviſſe ſe in confeſſione, quæ non audivit quoties interrogaretur de illis, tum vehementem daturum eum de peccato ſuſpicionem de quo interrogatus nollet reſpondere ſe id non audiviſſe, unde ex hoc ipſo capite confirmo quod dixi non debere homines negare aut aſſerere quippiam de quo interrogantur unquam de re intellecta in Confeſſione, quia ſi ita ſe gerant in caſu prædicto, cum negaverint ſe poſſe reſpondere negativè aut affirmativè ad interrogationem non dabunt ullam ſuſpicionem de audito crimine, alias autem dabunt.

An, ſi ſubterfugiat, malis ſuſpicionibus occaſionem aperiat?

De adultera. Quid dictura ſit, ſi crimen ſit occultum, & à marito interrogetur?

Quantum ad caſum uxoris interrogatæ à viro de adulterio (M) commodè reſpondebit hujuſmodi interrogationem eſſe impertinentem, ac talem, cui ipſa non deberet reſpondere & quod ſi ipſa eſſet conſcia talis criminis & negaret ipſum non debere fides ipſi adhiberi. Quæ enim uxor conſcia talis criminis vellet illud fateri? eſſet hæc etiam commoda reſponſio: *Marite mi, cur me de hoc interrogas? Putaſne me aut ullam aliam talis criminis conſciam, faſſuram illud, an non ſcis quod talia crimina difficulter confiteamur ipſi Deo? quid ergo putas nos ea faſſuras extra confeſſionem, & quidem maritis, quibus minimè omnium, ea vellemus eſſe comperta.*

Hæc ergo & ſimili aliquo modo abſque mendacio, aut reſtrictione deberet ſe extricare, & ſi non poſſent patienda eſſent omnia.

An ſit laudanda, quæ tale crimen ſuo marito fateatur?

Ego ultrò fateor (N) pauciſſimas fore mulieres, quæ quamvis conſciæ criminis de quo à marito interrogantur non ſtatim id negabunt ſe unquam feciſſe, & ſi quæ ſit, quæ id non negabit, de ea poſſe dici meritò *Quæ eſt hæc, & laudabimus eam, fecit enim mirabilia in vita ſua*, quod de viro juſto, & contemptore divitiarum *Eccl. 31.* dicitur, ſed ſum etiam certiſſimus, quod cum ſic interrogantur, vix, aut ne vix quidem recordentur æquivocationis, aut reſtrictionis, ſed ſplendidè, & ſimpliciter mentiantur, & negent feciſſe ſe quod fecerunt. Nec id pro fragilitate humana mirum videri debet, cum in eo mendacio non eſſet, ut communiter ſupponitur, aliud peccatum, quàm veniale, & cum meliores Chriſtiani aliquando peccent venialiter ſine occaſione tam urgenti, juxta illud, *Septies in die cadit juſtus*, miraculum potiùs eſſet ſi fragilis mulier non peccaret venialiter mentiendo officiosè ad vitandam tam gravem calamitatem, quam pati deberet ſi veritatem fateretur: Unde imprudentiſſimè à maritis, aut aliis proponuntur illis tales quæſtiones, cum debeant eſſe moraliter certi, quod ipſæ ſi conſciæ ſint, non fatebuntur veritatem. Nec (O) minus etiã imprudenter, ſed magis impiè adigunt ipſas aliquando ad jurandum, quod tale crimen non ſint perpeſſæ, nam neque veriſimile eſt, eas juraturas ex veritate ſaltem juxta mentem eorum, qui illud proponunt & prætereà datur ipſis valde urgens occaſio pejerandi ſine ullo emolumento.

Mendacium officioſum tantùm eſt veniale

Chriſtiani, etiã religioſiſſimi, peccata venialia committunt

Imprudentes & impii ſunt mariti, qui in ſimili materia ab uxoribus juramentum extorquent.

An liceat uti Reſtrictionibus in communi colloquio?

Quod ſi in his graviſſimis caſibus uti Locutione reſtricta non liceat, multò minus ea uti licebit in aliis minoris momenti & præſertim communiter, & ad ſingulas ferè interrogationes, in quibus quamvis quis poſſet abſque magno incommodo fateri veritatem, mallet tamen eam occultare, (P) in quo ſanè deplorandus eſt nimius quorumdam abuſus, & quod pejus eſt inſtructio, *cum quibus quod ad me attinet non alio modo converſor, quàm cum merè mendacibus me gererem, nihil prorſus credendo illis, quam quod mea non refert credere quamvis falſum eſſet*. Nec negari poteſt, quin æquè ipſis, ac mendacibus, in omnibus, quæ dicunt credendum aut diſcredendũ ſit, nam vix mendaces etiam ſolent abſque aliqua cauſa mentiri, & quoad eos, quibus aliquis loquitur perinde prorſus eſt, quod is utatur, aut non utatur reſtrictione.

Monitum Politicum.

Quo modo ſe debeat habere cum his, quos ſcit uti Reſtrictionibus intellectualibus?

Quando liceat, & quando non liceat eas admittere?

Ex hactenus dictis in ſolutione præſertim argumenti deducti ex incommodis, quæ oriri poſſent, niſi licerent orationes reſtrictæ cum cauſa ſufficienti, habemus (Q) Regulas faciles ad diſcernendum, quando licet uti reſtricta oratione, & quãdo non. Nam quoties in ipſa interrogatione, aut ex circumſtantiis loquutionis excluditur omnis reſtrictio, non licebit ea uti ob quantumvis gravem cauſam: quoties autem non excluditur reſtrictio, ſed quæritur aliquid ſimpliciter, tum vix regula univerſalis dari poteſt, ſed ex natura perſonarum, ac interrogationis, ac aliarum circumſtantiarũ facilè colligi poteſt hic & nunc in particulari quando reſtrictio ſub-

in-

intelligi poteſt ſufficienter, & quando non.

An juramentũ Reſtrictam Orationem afficiens ſit ſacrilegum?

Vbi obiter advertendum (R) quod quoties quis uti poteſt locutione reſtricta abſque peccato, aut mendacio, toties poſſit ſi opus ſit, abſque perjurio jurare mediante tali reſtrictione; Vnde ſi Iudex interroget à reo, aut teſte, *An fecerit tale quid?* quod non tenetur fateri, quia poteſt ex dictis ſimpliciter dicere *Quod non fecerit illud*, poterit etiam jurare *Quòd non fecerit illud*, quæ eſt ſententia communis Authorum & fundamentum ejus eſt obvium, quia poteſt quis abſque perjurio confirmare quamcumque orationem veram quando eſt neceſſe, ſed ex dictis illa oratio eſt vera in illis circumſtantiis, ergo poteſt confirmari juramento. Idem eſt de Confeſſario dicendum, quando interrogatur ſimpliciter *An cognoverit aliquod tale, vel audiverit?* licet enim audiverit illud in Confeſſione, quia poteſt abſolutè dicere, *quod non audivit tale quid*, poteſt etiam jurare, *quod illud non audiverit*, ſubintelligendo *extra Confeſſionem*.

De eo, qui ſe ſine æquivocatione loquuturum juraverit.

Ad hæc Authores tenentes licere uſum (S) Reſtrictionum Mentalium, quotieſcumque eſt urgens cauſa iis utendi, dicunt quod quamvis quis juraret ſe non æquivocaturum, poſſit tamen æquivocare, unde vidi cujuſdam viri doctiſſimi concluſionem, qua aſſeruit, *Iuratus non æquivocare, æquivoca*: quod tamen non ita intelligendum eſt, ut ſi juraret aut nunquam ſe audiviſſe ab illo in confeſſione peccatum, poſſit poſteà ullo modo æquivocare, quia hoc eſſet manifeſtè pejerare, ſed ita intelligi debet ut in ipſomet juramento æquivocet, nimirùm jurando externè abſolutè & ſimpliciter, quod non æquivocabit, ſed ſubintelligendo in mente, *niſi quando poſſim legitimè æquivocare*. Suppoſito autem hoc juramento, eo non obſtante, poterit poſtea æquivocare, quoties alias legitimè id facere poſſet, quia non juravit tum ſe non æquivocaturum.

Quibus poteſt modis exigi juramentum de non æquivocando.
Hi modi ponuntur & dilucidantur.

Verum hæc doctrina ad prædictam noſtram doctrinam, ut vera ſit eſt accommodanda, nimirùm ſic ut ſi quis abſolutè & ſimpliciter quærat juramentum de non æquivocando, poſſit tum quis id jurare, cum ſubintellectione præmiſſa, quia in tali caſu præſumendum eſſet de altero, niſi aliud conſtaret aliunde, quod nollet alia ratione juramentum exhiberi. At ſi exigeret juramentum ſic, ut juraret à quo exigeretur Iuramentum, quod nullo modo vellet æquivocare, nec ſi poſſet aliàs, nec ſi non poſſet, & quod etiam nulla ratione æquivocaret in ipſomet illo juramento, nec ſi poſſet, ſi non poſſet, exiſtimo, quod non poſſet tum æquivocare, nec inter præſtandum illud juramentum, nec poſtea etiam antequam abſolveretur ab obligatione juramenti, quia per hujuſmodi circumſtantias ſufficienter excluditur reſtrictio quæcumque, ita ut non ſignificetur ullo modo ex communi acceptione, & intellectione hominum. Et hæc modo ſufficiant de Æquivocatione, & Reſtrictione Mentali.

Sic placuit P. Ioanni Poncio diſcurrere, qui videtur ſuam hauſiſſe ſententiam à Paludano *in 4. diſt. 21. qu. 3. art. 3* (deſcripto à Capreolo 16. *quæſt. 1.*) qui ſic ſcribit. [Qui negat ſe ſcire aliquid omni modo; dicens, *Nullo modo ſciendi ſcio illud*, ſi ſcit illud aliquo modo, mentitur.

SECTIO II.

Veritas exponitur & demonſtratur.

Conſignificantium circũſtantiarum diviſio.

AD duas claſſes reducuntur Conſignificantes Circumſtantiæ; aliæ enim ita adhærent perſonæ, ut non poſſint excludi: aliæ verò, quia non adhærent, poſſunt. Vtramque Claſſem illuſtremus exemplis. Et primo de Reſtrictione, quæ poſſit excludi diſſeramus.

Nomen Taurus eſt æquivocum.

Petrus in media hyeme dicit, *Flammiger illuſtrat radiis Sol cornua Tauri*. Et bene dicit, nam *Taurus* eſt nomen æquivocum; & quando hæc dicebat Petrus paſcentem Taurum in prato ſuo conſiderabat.

An ab interrogante hæc æquivocatio demi poſſit?

At inſtat Lælius. Hoc dicis, quia loqueris de Tauro terreſtri & ſenſibili: & ego volo ut mihi de Cæleſti, qui ſecundum in Zodiaco locum obtinet, & non de alio loquaris. Ajo, jam fuiſſe à Lælio ablatam æquivocationem, nec poſſe Petrum *Tauri* nomine terreſtrem intelligere, ſed debere intelligere Signum Cæleſte.

Variæ nominis Canis ſignificationes proponuntur.

Clariùs percipietur hoc ipſum in propoſitione negativa: quoniam, ſi dicat Titius: *Non vidi canem*, latiſſimè patebit hæc propoſitio, & erit vera, etſi latrabilem viderim: hoc enim nomen variè accipitur. Primò enim ſumitur pro domeſtico, noto animali, qui à Græcis Κύων, & *Perro* ab Hiſpanis vocatur. Secundò eſt piſcis, cani ſimilis. Tertio, Furiæ vocantur *Canes*, Virgilius — *Viſæque canes ululare per umbras Adveniante Dea*, unde inimicos loco convitii *canes* dicimus. Quartò Chirurgi forcipem, quo dentes mollares evellunt, *Caniculum*, Hiſpanicè *Perilla* nominant. Et Quintò in Cælo *Canis Sirius* (a) eſt Sol, ait enim Suidas Σείριον τὸν κύνα, εἴτε καὶ τὸν ἥλιον. Ἴ-

Quid Sirius ſignificet?
Quomodo ſcribi debeat?
An per i, an per y?

βυκος

Digitized by Google

βυκος γὰρ πάντα τὰ ἄςρα Σείρια λέγει. *Sirium Canem quidam Solem aiunt: Ibycus autem omnia aſtra Siria appellat.* Et quidem præter Canem majorem & minorem, quæ notiſſima ſunt ſydera, Canis erat, quæ hodie *Vrſa minor*, quod demonſtrat clariſſimè nomen Κυνόσουρα, *Canis cauda*, quo illa Conſtellatio notatur.

a] In Operibus Petri Gaſsendi, aliàs Viri eloquentis, paſſim *ſyrius* pro *Sirius* legitur. Ejus libri ſunt poſthumi; & à Syria putavit Sydus illud nominari. Correctoricum tamen ἀπὸ τοῦ σειραίνειν, *à ſiccando* dicatur.

ἥλιος, Sol. *cujus generis ſit?*

b] ἥλιος *Sol*, apud alios Authores maſculini generis eſt; at Suidas τὴν ἥλιος ſcribens, eſſe fæmineum tradit.

Poteſt, qui interrogat tollere æquivocationem. Nempe, particulariter:

Ergo ſtabit homonymia, quouſque ille, quicum loquitur Titius, illam auferat nomen *Canis* reſtringens, & interrogando de aliquo in particulari; ut, ſi petat, *An Canem piſcem Titius videris?* tunc enim illa Reſponſio *Non vidi Canem*, marinum concernet, & non alium: nec erit Titio liberum, aut æquivocè loqui, aut vocem *Canis* ad terreſtrem, vel cæleſtem contrahere.

Aut etiam univerſaliter procedendo.

Cæterùm, ſi Titius generaliter interrogetur ab Aufrido dicente, *Scio nomen* Canis *laborare ὁμωνυμίᾳ, & variè accipi, & hanc ob rem ego peto, an in aliqua dictæ vocis uſurpatione videris Canem*, & Titius, *Non vidi*, reſpondeat, omnem Canem excludet, &, ſi hunc vel illum (terreſtrem, marinum, aut cæleſtem) viderit, ſua Reſponſio erit falſa.

Hucuſque Paludano & Poncio aſſentior: tranſeamus igitur ad Reſtrictionum aliam claſſem, quæ non poteſt excludi; & ut procedamus dilucidè, exemplum primò in Foro Criminali ponamus.

An ſint Reſtrictiones, quæ non poſſint excludi?

CVm moderamine inculpatæ tutelæ Paulus Heliodorum occidit: accuſatur, intercipitur, incarceratur. In tribunali à Iudice rogatus, *An Heliodorum occiderit?* reſpondit *Non*, & benè; nam Iudex de criminoſo homicidio quærit, & Paulus neminem criminosè interemit. At Iudex, nam ingenioſus eſt, & in hujuſmodi cautelis & circumloquiis verſatus, Paulo ait. *Negas, quia tametſi reverà illum occideris, illum vel non occidiſti criminosè, ita ut debeas puniri, vel non occidiſti politicè ita ut poſſit homicidium probari, vel denique non occidiſti homologicè, ita ut tenearis confiteri; & ideò nunc ego te interrogo, utrùm non criminosè, non politicè, non homologicè Heliodorum occideris?* Hic Paludanus, & Poncius dant manus, & aſſerunt non poſſe Reum non confiteri. Ego autem, etiam in Caſu, aſſero Reum reſpondere debere *Non occidi*, quoniam Iudicis verba, & conſignificantes circumſtantiæ opponuntur, & Interrogatio, quam verba & circumſtantiæ illæ conſtituunt, contradictoria involvit. Et, ut illas percipias, difficultatem evolvamus.

De circumſtantiis, quæ Iudicis interrogantis verba afficiunt.

An ab Interrogatione excludi & amoveri poſſint?

Adverbium criminosè ab Interrogatione Iudicis excludi nequit.

Paulum, qui, ut ſe tueretur, invaſorem occidit, Iudex interrogat, *Occidiſti-ne ſine crimine (nempe, ut te defenderes) Heliodorum?* & quia Officii dignitas & Tribunalis ratio ſemper & in omni Interrogatione adverbium *criminosè* ſubintelligi jubet: tota hæc Interrogatio, prout ex verbis Iudicis & ex circumſtantiarum conſignificatione componitur, æquivalebit huic, *Occidiſti-ne* CRIMINOSE, *& tamen ſine crimine Heliodorum?* Et Paulus negativè reſpondet: repugnat enim ut criminosè occiderit, qui ſine crimine occidit.

Idem dico de adverbio probabiliter: hoc eſt, ita ut crimen probari poſſit.

Prætereà Aurelium, qui ſine teſtibus Matthæum occiderat, Iudex interrogat, *Occidiſti-ne clam & ſine teſtibus Matthæum?* Reus reſpondet *Non*. Et cur non mentitur? Quia Tribunal, quia Officium Iudicis agit de crimine Politico, probabili, quod ſaltem ſemiplenè probari poſſit. Tota igitur Iudicis Interrogatio, prout ex verbis & conſignificantibus circumſtantiis coaleſcit, reddit hunc ſenſum. *Occidiſti-ne Matthæum clam & ſine teſtibus*, ITA TAMEN VT PER TESTES AUT (*) TESTEM, CRIMEN PROBARI POSSIT? Et reſpondet negativè Aurelius; repugnat enim, ut crimen ſimul coram teſte & ſine teſte comittatur.

*) Adhæreo Sententiæ cõmuni: ſcio tamen apud nonnullos Viros doctos unum teſtem æquivalere nulli teſti.

Etiam adverbium homologicè *nequit à criminali interrogatione ſeparari.*

Denique Iura omnia decernunt, ut Reus illegitimè interrogatus non teneatur reſpondere; & illegitimè interrogatur, quando contra Iuris diſpoſitionem: quando videlicet, nec eſt ſemiplena informatio, nec aliquid aliud æquivalens. Et quia Cæcilius fuerat de homicidio accuſatus, cum Iudex ex calore imprudenti ante ullam teſtium citationem examinat. Negat Cæcilius omnia. Et illi Iudex. *Dicas igitur mihi. Occidiſti-ne Talem ita ut mihi crimen confiteri non debeas?* Et tunc Aurelius, *Non occidi*. Et aſſero hunc benè dicere, quoniam Interrogatio terminis inficitur contradictoriis. Tribunali enim & Officium, adverbium *homologicè*, hoc eſt, *cum obligatione confitendi* in interrogationem inſinuat, ita ut tota Interrogatio, prout ex verbis & circumſtantiis conſtat, ſit, *Occidiſti-ne Talem* CVM OBLIGATIONE CONFITENDI, *ita ut non tenearis confiteri?* Et Cæcilius neminem tali modo interfecit.

Quid illud ſignificet?

Quomodo verba Iudicis expreſſe dicta a verbis à circumſtantiis tacitè ſuggeſtis diſtinxerim?

N.B. Majoris claritatis gratia, verba, quæ Tribunal Officium Iudicis, & aliæ cõſignificantes circumſtantiæ tacitè ſub-

in-

intelligi jubeat, à verbis à Iudice expreſsè prolatis diſtinxi; nam illa per parvas Capitales, & hæc per literas Italicas ſeu Curſivas decurrunt.

De Pœnitentiæ Sacramento.

Proponitur Caſus.

TRanſeo ad Pœnitentiæ forum Sacramentale, & dico has duas Propoſitiones, *Barnabæ* (Id Confeſſarii nomen ſit) *Livia fuit adulterium confeſſa*, & *Barnabæ Livia nunquam fuit tale crimen confeſſa* item has, *Livie peccatum Barnabas audivit*, & *Barnabas non audivit* immò etiam has *Barnabas habet illius ſibi confeſſi adulterii notitiam*, & *Barnabas non habet notitiam*, tametſi prima fronte contradictoriæ appareant, non ſolùm non involvere ullam contradictionem, ſed eſſe ſimul veras. Varios ſuperiùs ſenſus poſui & expoſui: cogorque hic rurſus propter Poncium potiores reponere & dilucidare. Attende.

Recenſentur tres circumſtātia & conſiderationes, ſub quibus de peccatis ſibi confeſſis nihil ſcit prorſus Confeſſarius.

Barnabæ (ut Deo: ut Dei vices gerenti) *Livia fuit adulterium confeſſa*; *Barnabæ autem* (ut homini privato) *non fuit confeſſa*.

Livia peccatum Barnabas audivit (ut quo; *hoc eſt*, ut inſtrumentum Domini noſtri Ieſu-Chriſti) *non autem audivit* (ut quod; *hoc eſt* ut Cauſa principalis.)

Barnabas habet illius ſibi confeſſi adulterii notitiam (nempe, in depoſito notitiam videlicet, quæ non eſt ſua, ſed Pœnitentis; & ideò nequit de illa ſine licentia Pœnitentis diſponere) *non autem habet* (in ſuis, de quibus, ut de propriis, poſſit, ut voluerit, diſponere.)

An omnes in Interrogatione Tyrannus excludere & eliдere poſſit?

Sed quid, ſi iniquus Princeps dicat Barnabæ, [Reſtrictiones quibus utuntur Confeſſarii, jam ſcio; verborum ſortilegia, quibus auditores obfuscant, non ignoro; & ideò volo ut mihi directè reſpondeas, & dicas, *An tibi Livia ut Deo, fuerit adulterium confeſſa? An hoc ab ore illius peccatum audiveris* ut quo? *An hujus criminis perpetrati notitiam, quæ non eſt tua, nec potes de illa diſponere, habeas, ſaltem in* depoſito, *ut poſſis illa uti quando & qualiter voluerit Livia?*] Ecce Tyrannus omnes excluſit Reſtrictiones quà potuit. Et tu ſcire deſideras, Quid poſſit, aut debeat Barnabas in Caſu tam arduo reſpondere? Et reſolvo poſſe & debere Barnabam ad ſingula, quæ petuntur reſpondere *negando*.

Aliter per authoritatem publicam, & aliter per privatā reſtringitur Interrogatio.

Et quidem bene ſic procedere, & reſpondere Barnabam demonſtratur clariſſimè; Tyrannus enim ille, qui eum interrogat, vel abutitur authoritate publica, & terrendo & Iuris pœnas & rigores minando, ut Iudex & publica perſona procedit: vel cum adloquitur ut amicus privatim, & ab illo materialem Veritatem blanditiis extorquere conatur. Alterutro modo procedat, Tyranni interrogatio ab officio & perſonæ qualitate reſtricta Barnabæ Reſponſionem reſtringit.

Reſtrictiones Civiles, in criminibus, quæ?

Exponuntur clariſſimè.

Reſtrictiones, quæ à Tribunali & Dignitate exortæ, omnem à Iudice factam Interrogationem pervadunt, & ideò in illo genere Tranſcendentales appellantur, ſunt *Criminoſè, Politicè, Homologicè*: de quibus ſuo loco diſſerui. Quam ob rem illa Iudicis *Feciſti-ne talem rem?* per Tribunal reſtricta, ſunt *Feciſti-ne criminoſè, politicè, & homologicè*, hoc eſt, *Feciſti-ne talem rem, ita ut illam faciendo crimen commiſeris, ita ut illa juridicè probari poſſit, & ita ut tenearis illam mihi fateri*. Ergo, quia quocumque ſenſu Tyrannus velit voces ſumere, & quocumque illas modo reſtringat, ſemper manebit verum, quod Barnabas, nec *criminoſè*, nec *politicè*, nec *homologicè* illud adulterii peccatum in confeſſione audivit, ſemper erit etiam verum, quod poſſit ſe illud audiviſſe negare.

Cur poſſit Confeſſarius negare?

Reſtrictiones ex Amicitia lege deductæ.

Ponuntur & dilucidantur.

Reſtrictiones, quæ ab Amicitia, quam qui interrogat aut poſtulat aliquid cum Confeſſario profitetur, naſcuntur, ſunt *Si Poſſit, Si liceat, Si expediat*; quæ, quia etiam in ſua ſerie ſunt generaliſſimæ, dicuntur ſimiliter *Tranſcendentales*. Ergo ſi ille Tyrannus privatim & ut amicus Barnabam adloquatur & dicat, *Revela mihi, an Livia tibi fuerit adulterium confeſſa?* hæc ejus verba æquivalebunt his, *Revela mihi*, (ſi poſſis, ſi liceat, ſi expediat) *an tibi illa fuerit tale crimen confeſſa?* & ille reſpondet *Non fuit*; peccatum enim in Confeſſione auditum revelari, nec poteſt, nec licet, nec expedit.

Superflua igitur ſunt, quæ dicuntur de Reſtrictionibus Mentalibus.

Et hæ ſunt Reſtrictiones clariſſimæ, quæ in propoſito caſu ab interrogatione naſcuntur: addamus alias, quæ ex parte Reſpondentis ſe tenent.

Confeſſarius audit Pœnitentes ut Deus; hoc eſt, ut Dei vices gerens. Poſt datam abſolutionem loquitur ut purus homo.

Barnabas Liviam audivit & abſolvit à peccatis ut Deus, ut Chriſti vices gerens. Vt Deus *Ego te abſolvo*; dixit. Vbi autem abſolutionem perfecit, ſuo fuit officio functus, & jam operatur ut homo, non ut Deus. Hinc ad caſum. Princeps interrogat. Sed quem? Barnabam: quem Barnabam? Barnabam-ne, qui eſt ut Deus, an Barnabam, qui eſt ut homo? Si primum: non datur Barnabas, qui ſit ut Deus, ergo Princeps decipitur. Si ſecundū, quæ Barnabas audivit ut Deus, nō audivit ut homo. Ergo ut homo neſcit. Ergo ut homo revelare non poteſt. Barnabas igitur, quia ut homo & nō ut Deus reſpondet Principi & tanquam homo nūquam Liviæ confeſſionem excepit, rogatus *An ſibi illa fuerit adulterium confeſſa?* rotundè reſpondet, *Non fuit*.

Præ-

Digitized by Google

Peccata remittit Deus ut quod, & Confeſſarius ut quo. Ille ut Cauſa Principalis: & hic ut Inſtrumentum.

Prætereà, Barnabas Livium audi it, & abſolvit à peccatis *ut quo*, peccata enim *ut quod* ſolus remittit Deus, unde dicente Domino Magdalenæ, *Remittuntur tibi peccata tua*, muſſabant admirabundi circumſtantes, *Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit?* Vbi autem perfecit abſolutionis formula, ſuo fuit officio functus, & jam in cæteris extra confeſſionem operatur *ut quod*, non *ut quo*. Et hinc ad caſum. Barnabam interrogat Princeps. Hic eſt reſponſurus *ut quod* non *ut quo*. Cæterùm, quæ audivit *ut quo*, non audivit *ut quod*, nō ſcit *ut quod*. Ergo non poteſt revelare *ut quod*.

An, & quando Confeſſarius confeſſionem revelaret ut quo?

Et quid, ſi dicat Princeps. Revelet ergo *ut quo*: modò revelet ipſe, non ſum ego de hac formalitate ſolicitus. Hæc non Barnabæ, ſed Chriſto dicenda reſpondeo: repugnat enim ut ille revelet *ut quo*, niſi Chriſtus illi facultatem conceſſerit, ut ſuo nomine loquatur, & illud peccatum revelet.

TErtius Caſus, qui ſub initium proponebatur, concernit ele-moſynam: & poteſt hoc modo exornari & exponi.

Vna & eadem res (v.gr. pecunia) ſub diverſis uſibus conſiderata nomina diverſa ſortitur.

A Florio eleemoſynam petebat Carolus, & quia ſe non habere dixit Florius, ſic inſtabat Mendicus. *Scio unam & eamdem indiviſibilem pecuniam à perſonis & rebus, quibus eſt deſtinata, nomina adipiſci diverſa. Ergo quia eleemoſyna nomine deſtinatam pauperibus pecuniam intelligis, & nullas in hos uſus deſtinas, interrogo, An pecunias habeas?*

An à pecuniæ nomine omnis poſſit amoveri reſtrictio?

Et quid reſponſurus eſt Florius? Iam eſt, inquit Carolus, reſtrictio ablata. Et quia, quæcumque & in quocumq; uſus deſtinata pecunia, eſt pecunia, non putat Florium poſse reſpondere, *Non habeo*.

At decipitur Carolus, quia pauper, ſive pecuniam in genere, ſive talem, aut tantam in particulari poſtulet, propter Dei illam amorem poſtulat [unde D. Franciſcus de Quevedo mendicos Hiſpanicè *Pordioſeros* appellat, quod ſtipem implorent propter Deum.] Pauperes ergo, quibuſcumque loquantur verbis, non niſi eleemoſynam poſtulant. Ergo ſi eleemoſyna ſit, non quæcumque eleemoſyna, ſed quæ pauperibus eſt eroganda: & Florius nullam habeat erogandam pauperibus, pauperi petenti pecunias, poteſt reſpondere *Non habeo*.

Quinam illi ſint, quos Pordioſeros appellamus Hiſpanicè?

SECTIO III.

Recognoſcuntur verba Poncii, & prout Ratio & Veritas exigit, impugnantur aut etiam approbantur.

INſtructi notitia præcedentis Articuli Poncii verba liberius meditabimur, & ut clariùs poſſimus, per ſingulos diſcurremus paragraphos.

Quo reſpondere modo debeat, aut poſſit Reus, quando Iudex in Interrogatione omnem Reſtrictionem excludit?

A) Si Iudex Reum examinans, dicat, *An reus fecerit tale quid ulla ratione, ſive ſic ut debeat, aut poſſit illud fateri, ſive ſic ut non debeat, nec poſſit? & ſive ipſemet Iudex habeat authoritatem interrogandi, ſive non habeat?* quo reſpondebit modo reus? Poncius. [Exiſtimo Reum non poſſe negare cum illa Reſtrictione, *ita ut poſſim dicere, ſive debeam*, quia illa reſtrictio ex ſuppoſitione talis particularis Interrogationis intelligitur excluſa communi omnium acceptione.] Impugnat Reſtrictiones Mentales, & hic illas concedit, ſed inutiliter. Porrò, ut Articulo præcedenti demonſtratum eſt, Reſtrictiones dividuntur in liberas & neceſſarias: & quidquid de prioribus ſit, poſteriores non à Rei voluntate, ſed à loco & perſona (Tribunali & Iudice) proveniunt; Et Iudex (quoniam à ſua illas interrogatione removere, etſi velit, non poteſt) contradictorios lingua poterit terminos ponere, at ipſas excludere minimè poterit. Ergo, ſi Iudex lingua Interrogationem uno modo reſtringit, & Tribunal contrario, ipſa Interrogatio ex oppoſitis componetur adverbiis, ut *Articulo præcedenti. §. cum moderamine* clarè & perſpicuè demonſtratur.

Iudicis Interrogatio poteſt duobus, uſque oppoſitis modis reſtringi.

De Emptore & Venditore. Quid ille interroget: & quid iſte reſpondeat?

B) Doctrina de venditore frumenti eſt vera, non tamen ad rem. Petit ab illo Titius, *An habeat frumentum?* & quia ex circumſtantiis colligitur, quod hoc interrogat, ut emat, loquitur de venali. Ergo venditor, etſi non venale habeat, ſi tamen venale non habet, categoricè Titio reſpondet, *Non*. Sed inſtat Titius, *An habeat non venale?* & quia hæc Interrogatio per terminos illos tranſcendentes reſtringitur, videlicet, *Si poſſis, Si liceat, Si expediat*, Interrogatio erit hæc, *Dicas mihi* (ſi poſſis, ſi liceat, ſi expediat dicere) *an frumentum habeas?* Ergo, quia poteſt & licet ſi expediat (ſi ſine magno damno poteſt) materialem Veritatem confiteri tenetur.

De Confeſſario. An poſſit negare, quæ audivit

C) Agit poſtea de Confeſſario ſtrictè interrogato, & ait: *Credo, quod non poteſt dicere, quod non audivit illud peccatum, modo illud audiverit*; At certum eſt, poſſe & debere dicere, quod non audiverit, etſi illud materialiter loquendo audiverit.

Et demonſtrant id, quæ *Art.prac.* §. *Tranſeu ad Pœnitentiæ forum*, diximus:

An, & cur Poncius non bene argumenta objecta ab adverſariis diſſolvat?

D) Illam Conſequentiam *In caſu Confeſſarii & Rei* (quos art.præc.& etiam alibi clariſſimè dilucidavi) *uti Reſtrictione licet, ergo ſimiliter licebit in omni caſu, in quo quis confitendo materialem veritatem peccaret. Ergo inconſequenter loquuntur, qui qua in caſibus datis admittunt, negant in aliis*, recognoſco & iterum dico, ubi maximè debet, Inannem Poncium Intellectuales Reſtrictiones à circumſtantiis conſignificantibus non bene diſcernere: & ideo non bene Objectiones diſſolvere. Ego autem à conſignificantibus circumſtantiis omnem reſtrictionem deſumens, ſic illud Antecedens diſtinguo, *In caſu Confeſſarii & Rei uti licet Reſtrictione*, ſi agatur de Mentali, nego: ſi de illa quæ à conſignificantibus circumſtantiis procedit, concedo.

Qui reſpondere cogitur, ubi peccaret aſſerendo, debet neceſſario negare.

Vnde & diſtinguo Conſequens. *Ergo ſimiliter licebit in omni caſu, in quo quis detegendo materialem veritatem peccaret*, diſtinguo. In omni hoc caſu tantùm, nego: in omni omni, ſine ulla limitatione, concedo: quia conſignificantes circumſtantiæ, ubi reperiuntur, reſtringunt. *Ergo inconſequenter loquuntur*. &c. concedo conſequentiam.

Quo pacto poſſe & debere differant inter ſe?

E) Diſtinctio inter *debere* & *poſſe* eſt notiſſima: tametſi enim nil debeam facere, ſi non poſſim, multa poſſum facere, quæ non debeo. Et ut exemplis rem dilucidem; non cogar tranſvolare Caucaſū; quoniam, ut omnes ſciunt, Ego quidem poſſum nunc egredi domo ſed non debeo. Eſt igitur inter *poſſe* & *debere* manifeſtum diſcrimen. Et hinc ad Poncium.

Scribit ipſe, *In quocumque caſu poteſt quis habere in mente hanc reſtrictionem*, ſic ut poſſim, *poteſt etiam habere (puta in mente) alteram*, ſic ut debeam *&c.* Et ego primum deleo illud *in mente*; quoniam Reſtrictiones illæ, quas admittimus, non ſunt Mentales, ſed Externæ, non ab intellectu factæ aut fictæ, ſed in rebus repertæ. Et poſtea moneo Poncium in his terminis *debeo* & *poſſum* malè dialecticari; ſunt enim bonæ Conſequentiæ *Debeo*, *Ergo poſſum*. *Non poſſum, Ergo non debeo*. Et iſtæ regulariter (*) malæ *Poſſum, Ergo debeo*. *Non debeo, Ergo non poſſum*. Ergo incautè, inquit Poncius, quòd quando quis poteſt habere hanc Reſtrictionem, *neſcio ut debeā dicere*, poſſit habere hanc, *neſcio, ut dicere poſſim* cum quia illud *poteſt habere* inſinuat habere aut non habere Reſtrictiones, à voluntate Reſpondentis pendere; Et hoc eſt abſolutè falſum: Reſtrictiones enim non liberæ, ſed neceſſariæ ſunt: quoniam illas, qui interrogat aut reſpondet, non facit fingitve, ſed in rebus jam à circumſtantiis ortas reperit. Et iterum eſt falſum debet enim debitum à ſimplici poteſtate diſtingui; quia Reus ante informationem ſemiplenam poteſt reſpondere, *Neſcio ut debeam dicere*, non enim fateri tunc tenetur at non poteſt reſpondere, *Neſcio, ut poſſim dicere*, ſemper enim fateri veritatem poteſt.

*) Nota illud *regulariter*, quoniam aliquando a potentia ad debitum conſequētia deducitur: ut ſiquis dicat: *Vt ſuccurras proximo in extrema neceſſitate conſtituto debes facere quidquid poſſis. At talem rem facere potes; & eam praſtando illi ſuccurris. Ergo illam debes facere.*

Corriguntur, aut reſtituuntur, ſi velis, verba Poncii.

Illa verba, *Non debet quis uti Reſtrictione Mentali, niſi in caſu in quo non poſſit commodè & ſine detrimento ea uti*; caſtiganda ſunt priùs, & poſteà collaudanda & admittenda. Primò dele illud *non debet*, & ſubſtitue *non poteſt*. Secundò dele illud *ſine detrimento ea uti*, & lege, *ſine detrimento notabili ea non uti*; ut tota Propoſitio ſit, *Non poteſt quis uti Reſtrictione Mentali, niſi in caſu, in quo non poſſit commodè, hoc eſt, ſine detrimento notabili ea non uti*. Et hoc non contingit, quia ſub his circumſtantiis illam ponere poteſt, & ſub aliis non poteſt: ſed quia ſub his illam circumſtantiis in Interrogatione aut Petitione reperit, & non reperiret ſub aliis.

De Reſtrictionibus tranſcendentalibus.

Et patet, quoniam Tranſcendentales Reſtrictiones, quæ per omnem Interrogationem aut Petitionem decurrunt, ſunt hæ, *Hoc dic, aut fac, ſi dici aut fieri poſſit, liceat, aut expediat*, & non expedit, ubi ſine magno detrimento dici aut fieri non poteſt. Vide quæ ſuperiùs ſunt dicta.

Rejiciuntur dicteria Soti.

F) Differentiam inter *Non feci*, & *Non ſcio, quis fecerit*, aſſertam à Soto, meritò improbat Poncius, quia adverbia illa, *Criminosè, Politicè*, & *Homologicè*, quæ comitantur verba Iudicis, æquè hanc interrogationem *Occidiſti-ne Petrum?* ac hanc, *Sciſne, quiſnam Petrum occiderit?* tranſcendunt permeant, & reſtringunt.

In Rei reſponſione circumlocutiones excludantur.

G) Fruſtra caput Rei obtundit Poncius, cum juxta ea quæ nos *articulo præcedenti* tradidimus, brevius ſe poſſit Reus expedire *negando*. Dicit jubente Poncio, *Ego ſecundum formam Iuris nego*; at illud *ſecundum formam Iuris*, primò eſt ſuperfluum, quoniam in Interrogatione ipſa includitur, & tacitè à circumſtantia loci (Tribunalis) ſignificatur. Et ſecundò eſt ipſi reo nocivum; nam in Iudicis omniūque audientium mente ſiniſtram de Reo ſuſpicionem ingenerat. Reus igitur reſponſurus & dicturus eſt, *Nego*.

De Confeſſario.

H) Etiam poſitis quibuſcumq; in Interrogatione à Principe Tyranno Reſtrictionibus, poteſt Confeſſarius negare. Ea quæ de hoc argumento *Art.prac.* dicta ſunt, relegantur.

I) Scribit Poncius *Adverto mihi videri periculoſum Confeſſario dicere*, ſe non audiviſſe tale crimen in Confeſſione, *quam-*

An per circumlоquia debeat ſubterfugere, ſi de peccatis in confeſſione auditis interrogetur?

vis revera illud audiveris; quia hoc ipſum eſſet aliqua revelatio Confeſſionis. At ego non percipio cur ſecreti Sacramentalis ſigillum violet Confeſſarius, qui negat: & ideò, ſine formidine conſilium Poncii reprobo, & Confeſſarium aſſero ſemper debere dicere *Non audivi*; nam qui reſpondet per ambages improborum ſententiam videretur aſſerere.

K) Monitum illud Sacramentale deberet à Confeſſariis legi, & religioſè obſervari: oportet enim non loqui de rebus in Confeſſione auditis; nam homines & indocti præcipuè, multos errores committere ſolent incautè.

Quid debeat dicere in caſu, quo occidendus ſit, niſi confeſſionem revelet?

L) Caſus qui proponitur non eſt poſſibilis, nam ſemper Confeſſarius poteſt dicere *Non audivi tale peccatum*, debet enim ſe gerere, ac ſi non audiviſſet; & ſi non audiviſset, non poſset aliter reſpondere: non enim ille Tyrannus dicit, *Sive audiveris, ſive non audiveris, debes te audiviſſe teſtari, vel aliàs te occidam*. Sed dicit, *Si audiveris, volo, ut fatearis hoc mihi*: vel *aliàs* &c. & ſi nihil audiviſset, deberet dicere, *Non audivi*. Ergo etiam, ſi audiverit, hoc eodem modo reſpondere debebit.

Quo modo mulier debeat marito reſpondere in Caſtitatis materia?

M) Proponit Caſum, in quo à marito uxor interrogaretur de adulterio: & præſcribit illi Reſponſionem inſulſam, & quæ mariti præjudicia fulciat, ſuſpiciones adaugeat. Porrò, me conſule, non deberet blandè & ſuaviter marito talia roganti loqui ſed iraſci & obſtrepere & inter alia poſset dicere, *Propediosè hæc à mulierculis crimina committi ſolent, non à nobilibus & ex Procerum progenie natis. Et hæc temeraria judicia, non me, ſed te dedecorant, qui tam ſis vilis, ut pro amore & fidelitate qua te proſequor, tam me ingratè & crudeliter habeas. Et hanc ob rem ſubrigo ad Cælos oculos & meam innocentiã conſiderans confidenter exclamo* (a) *Ah pereat, didicit fallere ſiqua virum: & cum perfidiam tuam, te monteo, exclamo, & dico* (b). *At ſperate Deum memorem fandi, atque nefandi*. &c.

a) Tibullus lib. 3. Eleg. 4.

b) Virgilius lib. 1. Æneid.

Et primò ſi dicatur Maritus illam examinare ut Judex.

Ad rigorem autem ſcholaſticum veniendo illum maritum ajo, uxorem ſuam, vel in qualitate Superioris, vel in qualitate amici interrogare. Si primum Interrogationem *Commiſiſti adulterium*? illa adverbia *criminosè, politicè*, & *homologicè* reſtringunt: adeoque tota mariti Interrogatio, erit, *Commiſiſti-ne adulterium criminosè* (non admittit criminosè, quando opprimitur & violentiam perpetitur) *politicè* (ita ut probari poſſit) *& homologicè* (ita ut fateri tenearis?) Et veraciter negat; nam adulterium, quale in Interrogatione ponitur, non commiſit: & ideò poterit ſi opus fuerit, jurejurando ſuam negationem firmare.

Et ſecundò, ſi non illam ut Judex, ſed ut amicus confidenter examinet?

At maritus, inquis, non examinat uxorem, ut Superior & Iudex, ſed ut Amicus. Ejus igitur interrogationem, *Dicas mihi ſincerè, utrum adulterium commiſeris?* aliæ Reſtrictiones afficiunt: videlicet, *Si dicere poſſis, ſi liceat, & ſi expediat*, hoc eſt, ſi ſine magno detrimẽto & periculo valet exponi. Ergo ſimiliter negare poterit, nam adulterium, quod ſine notabili detrimento & periculo fateri valeat, non admiſit.

Quæ marito Poncius nomine uxoris dicit, deberet nomine, non uxoris, ſed proprio.

Et hic ad dominos maritos orationem converto: nam & cognoſco aliquos, qui ſimilibus interrogationibus ſuas uxores turbarunt, & hodie illarum reſponſione extorta jurejurando confirmata quieſcunt. Illis edico verba, quæ proprio Poncius potuit, & nomine uxoris non debuit. *Quo fine*, inquam, *quo fructu, uxores angitis hujuſmodi interrogationibus. Adulteria propudioſa & periculoſa, nulla fatetur fœmina, etſi illam fama, aut teſtes, ſi velis, accuſent. Quæ in Sacramentali Tribunali, in quo venia conceditur, & nullum rea incurrit aut vitæ aut honore diſcrimen, mulieres difficulter exponunt, non ſunt cenſenda velle dicere, ubi fœmina confeſſionem incautam ſolet pagina vindex ſanguineis commentariis afficere. Ergo, ne ob ſuſpiciones leves de veſtrarum uxorum fidelitate dubitate; cæterum, ſi urgeant vehementia indicia, ab uxorum ore non eſt certitudo exſpectanda, ſed alia via debetis ad Veritatis cognitionem venire*.

An laudanda ſit, quæ adulterium, ſi commiſit, fateatur?

N) Eſſe pauciſſimas, ait Poncius, quæ adulterii admiſſi conſciæ velint illud fateri; & ſiqua illud fateatur, de illa dici poſſe, *Quæ eſt hæc, & laudabimus eam*. &c. At ego aliter rem intelligo: & nullam è bonis parentibus natam mulierem, niſi effrons & inſolens, quæ nec Deum timeat, nec homines revereatur, tantum marito crimen taſſuram aſſero; illamque non laude, ſed duplici vituperio dignam; quoniam in ſua Lauro D. Ramirus exclamat;

Fuè verguenza el hazerlo,
Mas es el confeſſarlo deſverguenza.

De fœminarum ignorantia. An illæ poſſint ſi mariti juvari?

O) Neſciri à fœminis Theologicas difficultates, quæ Reſtrictiones concernunt, & ideò ſæpe propter ignorantiam mentiri, certum eſt: & ideò, inquiris, *An queant mariti illarum ignorantiæ juvari? an eas juris jurandi emiſſionem urgendo, extorquere poſſint materialis Veritatis notitiam?* Videretur, quod ſic: nam agitur de honore illorum, & nemo tuta conſcientia poteſt famam & honorem negligere. Videretur, quod non: maritos enim, qui ta-

Haplotes.

lia audent, appellat Poncius imprudentes & impios.

Quando maritus poſſit & quando non poſſit de crimine adulterii contra uxorem inquirere?

Reſpondeo maritos habere jus inquirendi veritatem, ubi ſuppetunt rationes graves, quæ ſuſpiciones excitent. At non habent jus media adhibendi, quæ eſſe inutilia ſciunt, aut debent ſcire. Ergo, nec habent jus ſuas adjurandi uxores, quas pejeraturas certò ſciunt. Ita Sylvius *in 2.2.quæſt.98.art.3.concl.2.* & probat authoritate & exemplo luculento Auguſtini. Minùs ſeverè *tom.2.de Relig.libr.3.cap.15.num.* 10. Franciſcus Suarius loquitur, cui multi adhærent. Vide Dianam *part.5.tract.7.reſol.9.* Interim, ſemper erit certum poſſe uxorem adulterium clam commiſſum negare: & hanc ipſam negationem poſſe licitè juramento fulcire. Maritus igitur inutiliter uxorem, ſi illa, quo reſpondere modo debeat, ſcit, interrogat; illa enim abſolutè negabit: & impiè, ſi illa ſe poſſe negare neſciat, interrogat: illa enim ſimiliter negabit, & peccabit mortaliter, contra conſcientiæ legem & dictamen procedens.

Quales ſint qui utuntur Reſtrictionibus Intellectualibus?

P] Ibi habes collationem inter illos, qui Mentalibus utuntur Reſtrictionibus, & illos, qui mentiuntur exhibitam. Paragraphum relege, & à talibus hominibus cavere diſce.

Q] Agit Poncius de Regulis, quibus ſe poſſit homo prudens dirigere, ut reſtrictè loquatur. Et ipſi eſt

De Regulis à Poncio propoſitis.

Prima. *Quoties in ipſa Interrogatione aut ex circumſtantiis loquutionis excluditur omnis Reſtrictio, non licebit ea uti, etſi interveniat gravis cauſa.*

Secunda. *Quando non excluditur Reſtrictio, ſed quæritur aliquid ſimpliciter, tunc vix Regula Generalis dari poteſt.*

Aſſerimus eas eſſe falſas. Non pendent à voluntate Reſtrictiones.

Veraque eſt falſa. Primam enim, quam ille tota Sectione I. perſuadere conatur, hac Ego Sect.III. non ſubſiſtere evidenter demonſtro; quacumque enim arte, aut etiam cavillatione loquatur Index, non poterit Reſtrictiones auferre, quas circumſtantiæ præſtant, quæ cum verbis ad compoſitionem interrogationis concurrunt.

In rebus ipſis reperiuntur.

Secundam etiam eſſe falſam, oſtendo: quia Reſtrictiones non ſunt res, quæ à loquentis voluntate & arbitrio dependent, ita ut ſi velimus ponantur, & non ponantur, ſi nolimus: ſed ſunt circumſtantiæ, quæ exſtant à parte rei, & omnem rationem præveniunt.

Omnis propoſitio, quæ ſine mendacio dici poteſt, ſine perjurio poteſt juramento firmari.

R] Doctrina, quæ hic adducitur à Poncio, eſt vera; nam, ſi Reſtrictio præſtat, ut Propoſitio ſimpliciter aſſerta, non ſit falſa, etiam præſtabit, ut ſi juramento firmetur, non ſit perjurium.

S] Denique ſub paragraphi finem de illo diſputat Poncius, qui de non æquivocando juramentum emiſerit: ſupponitque illud eſſe de re poſſibili, nam jurantis intentionem dilucidat. At tu dic, præſcindendo à circumſtantiis conſignificantibus, omnes cujuſcumque Idiomatis dictiones eſſe æquivocas: nam omnes, nulla excepta, materialiter & formaliter; necnon primò & ſecundò intentionaliter ſumi poſſunt. Quod clariſſimè Paralogiſmi ſubſequentes perſuadent.

Omnes dictiones eſſe æquivocas: nam, ut minimum materiales & formales acceptio, nec non primò & ſecundò intentionalis ſignificatio univerſas pervadit.

Angelus eſt immortalis;
Immortalis habet quatuor ſyllabas,
Ergo angelus habet quatuor ſyllabas.
Deus eſt ubique,
Vbique eſt adverbium,
Ergo Deus eſt adverbium.
Homo eſt animal,
Animal eſt genus,
Ergo homo eſt genus.

An de non æquivocando poſſit jus jurandum emitti?

Nullus igitur de non proferenda voce æquivoca poteſt juramentum emittere. Nec eſt cur *ὁμωνυμίαν ab ἀμφιβολογία* velis diſtinguere,, tametſi enim conſignificantes circumſtantiæ ita interdum ſermonem contrahunt & reſtringunt, ut omnis dubitatio tollatur, ſæpe non ſufficiunt ut ambigua ſignificatio auferatur. Stat igitur juramentum de non æquivocando in aliqua determinata re eſſe de re poſſibili, non autem ſi ſit univerſale, & ad omnia tempora & negotia extendatur.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

Additur & exponitur P. Antonii Bernaldo de Quiros Reſolutio.

Dn. Bernaldus laudatur.

Debeo Virum venerari & diligere, ut pote nepotem noſtri Reverendiſſimi P. Magiſtri Ludovici Bernaldo de Quiros, Ordinis noſtri Religioſi, per omnia munera ad Generalis Dignitatem evecti, & in Salmanticenſi Vniverſitate Regiæ & Primatiæ Sacræ Scripturæ Expoſitoris: Viri profectò Maximi, cujus Auditor fui, dum viveret: meque nunc triumphanti (ſic ſpero) in Empyreo, ut Tutelari & Patrono commendo.

Proponuntur Quæſtiones.

P. Antonius itaque *in 1. part. quæſt. 1. art. 10. num. 167.* hanc Quæſtionem proponit; videlicet, *An verba Sacræ Scripturæ admittant reſtrictionem mentalem?* hoc eſt *An taliter ſignificare exteriùs poſſint, ut aliter verificari dequeant, niſi quatenus externa ſignificatio, ſeu externa verba unã propoſitionem integram faciant, cum ſenſu interno, ſeu cum interna mente Dei loquentis?* Proponit duas diverſas & adverſas Sententias, (Aſſerentem, Negantem) & pro alterutra Argumenta, quæ poſſunt conformari, concinnat.

De Sacra Scriptura. Verùm ejus verba alicui Reſtrictioni Mentali ſint obnoxia?

Et quidem pro Affirmativa argumentatur; Primò, quia in hac Reſtrictione Mentali ſtat verba Sacræ Scripturæ libera eſſe à mendacio, & infallibilis veritatis. Ergo non obſtante ſumma veritate, quam tribuere debemus Sacræ Scripturæ, admittere poſſumus Reſtrictionem prædictam. Secundò præcipuè probatur *ex Joann. 7. verſu* 8. ubi, Chriſtus Dominus dixit ſe non aſcenſurum ad diem feſtum, reſtringendo mentaliter *de aſcenſu manifeſto*. Ergo ſimiliter idem licebit dicere in aliis Scripturæ verbis.

Hæc, & multa alia argumenta ex Literis Sacris deſumpta cap. 1. art. 2. proponuntur; & poſteà cap. 3. art. 1. clara & manifeſta ſolutione donantur.

Rationes, quas adducit pro Negativa Opinione ſunt hæ. Primò, quia Reſtrictio purè Mentalis falſitatem redolet. Secunda, quia ſi verba Sacræ Scripturæ admitterent Reſtrictionem Mentalem, non eſſemus ſecuri de veritate, quæ per ipſa nobis ſignificatur, ſed poſſemus dubitare, an, verbi gratia, quando Chriſtus dixit per verba Conſecrationis *Hoc eſt corpus meum*, hæc verba mente reſtrinxerit: *metaphoricè quoad effectum gratiæ*, &c.

Si in Sacra Pagina eſſent Reſtrictiones Mentales, de Propoſitionibus Fidei non eſſemus ſecuri.

Tandem controverſiam decidit: & quia *diſp. 4. ſect. 3.* interrogantibus, *An liceat Deo loqui amphibolologicè per Reſtrictionem Mentalem?* reſpondit, *Non licere*; huic ſuæ doctrinæ conſtans ſequentem conclusionem ſtatuit. *Verba Sacræ Scripturæ*, ait, *non poſſunt admittere Reſtrictionem Mentalem*.

An Deus poſſit æquivocè loqui?

Sed contra Titius argumentatur. Sicut Deus potuit immutare ſignificationem externam, ſeu ponere novam ſignificationem verbis externis, quibus Sacerdos negat peccatum à ſe auditum in confeſſione, ita ſimiliter poterit imponere novam ſignificationem verbis Sacræ Scripturæ, ita ut τὸ *hoc eſt corpus meum* v. gr. non ſignificet id quod verba Latina communiter denotant, ſed quaſi novo idiomate à Deo Principe linguarum formato; *Hic ſignificatur Corpus meum*. Vnde nihil firmum, ſed æque ambigua manebunt omnia, quæ ſunt in Scriptura Sacra, haud ſecus, ac ſi permitteretur Reſtrictio Mentalis.

An Deus verbis externis impoſuerit novam ſignificationem?

Non urget hoc argumentum Titii, non enim Chriſtus Dominus, ubi ſigillum Confeſſionis inſtituit, mutavit vocum ſignificationem, nec juſſit, aut permiſit, quòd Confeſſarius uteretur Reſtrictione Mentali; nam ut ſuo loco perſuaſi, negativa Confeſſarii verba ſine ulla Mentali Reſtrictione verificantur. Sed audiamus Bernaldum. [Reſpondeo, inquit, ad pariendam ambiguitatem in audiente æqualiter quidem ſe habere hanc immutationem ſeu innovationem ſignificationis externæ ac Mentalem Reſtrictionem, Ego tamen non repugno ex hoc titulo reſtrictioni mentali, ſed quia repugnat ipſa veritati locutionis cum alio ut oſtendo *diſp. illa 4. num. 14.* latiùſque oſtendam ad tractatum de Fide. Quid autem dicendum ſit ad abſurdum in ſecuritatis, ſeu ambiguitatis verborum ſcripturæ dicam numero ſequenti.]

De Sigillo Confeſſionis, Vtrum in illo vocum ſignificatio ſit mutata?

Vtrùm in illo aliqua Reſtrictio admittatur?

Hinc tranſit ad Rationes dubitandi, & ad Primam, quæ pro aſſerente parte conformabatur, reſpondet Reſtrictionem purè Mentalem non eſſe liberam à mendacio, ut enim à mendacio immunitas detur opus eſt, ut verba ipſa externa, & percep-

Verba reſtricta ſunt mendacia.

tibi-

Digitized by Google

tibilia ab audiente ſignificent conformiter cum objecto; licèt forſan ipſe audiens non penetret ſignificationem talium verborum, ut explicuit diſp. citata. Secundam Rationem affirmandi potuiſſet paucis verbis diſſolvere prout nos pag. præſtitimus. Sed quia egerat de mutatione ſignificationis, quam habent voces, illam vocat in examen & ait [Chriſtus Dominus ut Primus Dominus & Princeps linguarũ potuit bene immutare ſignificationem illorũ verborũ externorũ: *non aſcendam* ut jam ipſa aliam ſignificationem haberent circa aſcenſum manifeſtum: Dixi Chriſtum Dominum potuiſſe, non dico in illis verbis hoc de facto præſtitiſſe, etenim verba illa juxta circumſtantias tunc occurrentes; mentemque ipſam audientium non accipiebantur ab his, niſi de aſcenſu manifeſto.]

An Chriſtus in vocibus vulgo receptis poſſit mutare ſignificationem?

Sed quia dicebant, aut poterant dicere adverſarii, non poſſe immutari à Deo ſignificationem communem verborum Scripturæ Sacræ, Reſpondet [Nihil mendacii vel falſitatis dari in hac immutatione verborum, ſi fiat authoritate publica, nempe vel ipſius Reipulicæ: vel authoris Reipublicæ; ideò nemo damnabit mendacii hominem loquentem Græcè coram ignaris Græci idiomatis, vel utentem verbis æquivocis, & vocibus ambiguis. Igitur dum Deus ut Autor Reipublicæ Rationalis ſic immutat communem ſignificationem verborum, nullius mendacii, vel falſitatis reus erit. Non tamen licebit hęc immutatio cuilibet alteri loquẽti, ipſe enim authoritatẽ publicam ad hanc immutationem non habet, unde etiam ſcies novum titulum, ratione cujus ſit proprium ſolius Dei ſub una locutione claudere plures ſenſus.] & ulterius procedens ſubjungit, [Negari non poſſe in Scriptura Sacra aliqua verba ita obſcura eſſe, ut ſi ſecundum ſe præciſè audiantur abſque ulla expoſitione vel interpretatione Eccleſiæ, ipſis nullus privatus Fidelis niti poſſit; nihilominus intercedente Eccleſiæ autoritate, & expoſitione eorum verborum, jam de eorumdem legitima ſignificatione certiſſimi ſumus. Cur ergo nequibit aliquis idem dicere in præſenti? Deinde abſolutè dicit verba Sacræ Scripturæ nunquam ſignificare aliter quàm juxta uſum communem, niſi in alio loco eadem Scriptura Sacra, vel ſe ipſam exponat, vel exponatur ab Eccleſia, ut patet ex dictis à Sancto Thoma in hoc Articulo decimo ad primum, unde nulli ambiguitati locus datur.] Sic diſcurrit Bernaldus.

Mutare ſignificationem verborum, non eſt mentiri, aut falſum dicere.

An ſit ſolius Dei ſub uno verbo plura ſignificare?

Huc pertinere videtur illud Pſalm. 61. 12. *ſemel locutus eſt Deus; duo hæc audivi.* &c.

Verba Sacræ Paginæ ſæpe ſunt obſcuriſſima, & indigent interpretatione.

Verba Sacræ Paginæ accipi debent ſecundum uſum communẽ loquendi.

Interim non ſatis clarè exponit, An & quo poſſit modo Deus mutare vocum ſignificationem? Deum eſſe Supremum omnium Dominum, ſuppono; poſſe formare Idioma novum, certum eſt. Poſſe in hoc idiomate inſtituere, ut *non* ſignificet quidem, & *quidem* non: admitto. Poſſe autem nova hac dialecto alloqui hominẽ hujus mutationis ignarum, nego omninò. Quoniam tametſi hæc Propoſitio materialis *Deus non eſt Trinus*, in nova dialecto æquivaleret huic, *Deus quidem eſt Trinus*, quæ eſt vera, hujus novi dialecti ignaro dicta eſſet mendax & deceptoria; nam cum eſſet æquivoca, & ad duas dialectos pertinens, per Perſonam, cui dicitur, reſtringeretur ad ſenſum, & dialectum cõmunem, Deumq; non eſſe Trinum ſignificaret.

An Deus novã dialectum formare poſſet, cujus verbis homines deciperẽtur?

Debere Deum ſignificare homini qua dialecto utatur in caſu, demonſtratur clariſſimè. Quoniam Legiſlator debet talia præcepta imponere, quæ à ſubditis intelligantur. At Deus etiam, ubi definitivè loquitur, & ut operemur non præcipit, præcipit ut ſibi loquenti credamus. Debet ergo ita loqui ut ſciamus quid dicat, & non opinemur oppoſitum.

An Superior, cùm præcipit, ita loqui debeat, ut à ſubdito intelligatur?

NOTA.

De Maletti Sententia.

REverendus admodũ P. Dn. Carolus Malertus Ciſtercienſis, ex Congregatione S. Bernardi reformata, optimi Ingenii, & magnæ eruditionis Vir, concinnavit, & edidit Opus Theologicum, quod AVRVM dixit, & per Malleationes elimavit, in quo multa ſcitè & curioſè cogitata Lector ſtudioſus inveniet. Et in Poſteriori Tomo Malleationis LXXX. *Bractea* II. *pag.* 510. interrogat, *An Reus à Iudice interrogatus, teneatur fateri Veritatem?* Et reſpondet his verbis.

D. Malletus laudatus.

NOn tenetur aperire veritatem, quando Iudex non inquirit, juxta ordinem Iuris. Ita colligitur *ex cap. qualiter, & quando 17. cap. cùm oporteat 19. & cap. inquiſit. 21. de accuſat.* eſtque communis Doctorum ſententia. Ratio eſt, quia Iudex, qui juridicè non procedit, non poteſt imponere Reo obligationem ad crimen aperiendum, vel ad jurandum, & multò minùs poteſt eum corporaliter torquere. Tum etiam, quia præceptum Iudicis non obligat, niſi quando jus dat

Reus non ſemper Iudici reſpondere tenetur

Tota Iudicis autoritas à Republica eſt.

ei

ei poteſtatem; hanc autem non dat, niſi quando procedit juridicè: tunc autem Iudex non procedit juridicè, quando interrogat de crimine occulto, de quo nec ſit fama, nec indicia ſufficientia, nec ſemiplena probatio contra Reum.

Quid ſit, & quæ includat Iuramentum de Calumnia explicatur.

Sciendũ, in tali caſu Reum nõ teneri jurare de calumnia: cõtinet autẽ juramentũ de calumnia; Primò, quòd putet ſe bonã cauſam tueri; Secundò, quod non tacebit veritatem interrogatus à Iudice; Tertiò, quòd non adhibebit ſcienter falſas probationes: Quartò, quòd non prorogabit litem fraudulenter; Quintò, quòd nihil promiſit, vel promitteret alicui cauſa litis, quod Iure non permittatur.

Docet præterea idem Malletus [in eodem caſu Reum non teneri ad mentem Iudicis, aut jurare, ſed poſſe æquivocare, & artificiosè (*) ludere interrogationes. Nempe, ſi dubitet, an Iudex juridicè interroget, non tenetur fateri veritatem. *Ratio* eſt, quia nemo tenetur cum gravi ſuo, vel alterius incommodo obedire, niſi legitimè ei conſtet, Superiorem poſſe percipere: at cùm dubitet, rationabiliter ei non conſtat; ergo &c. Tum etiam, quia in dubio favendum eſt Reo. Ita Leſſius *libr.* 2. *cap.* 31. *dub.* 3. *num.* 10. Reginaldus *libr* 24. *num.* 46. Cajetanus 2.2. *quaſt.* 69 *art.* 1. Azor. 3. *part. libr.* 13. *cap.* 28. & alii.

*) Sed, ut jam ſæpe diximus, conſignificantes circumſtãtiæ omnem auferunt æquivocationem.

An Reus in dubio reſpondere teneatur?

Quando Reus directè reſpondere teneatur?

Reſolvit poſteà & bene [Reum teneri veritatem aperire, dum ſervato juris ordine interrogatur, etiamſi manifeſtata veritate damnandus ſit ad mortem. Ita S. Thomas 1.2. *quaſt.* 69. *art.* 1. Navarr. *cap.* 25. *num.* 52. & alii. Ratio, quia in tali caſu Iudex habet jus interrogandi, & eliciendi veritatem ob publicum bonum, ſi ergo Reus eam non fateatur, delinquet contra jus & poteſtatem Superioris, Ergo. &c.

Quæ ſine mortali culpa facta Iudicio Criminali non ſubſunt.

Sed quia D. Thomæ doctrina nonnullis nimis ſtricta & ſevera videtur, ut & illos conſoletur ſubjungit [eſſe aliquos caſus, in quibus Reus non tenetur, ut primò ſi Iudex quærat de aliquo facto, quod ſine peccato ſaltem mortali patratum eſt v. gr. ſi quis occiderit invadentem cum juſto moderamine, vel abſque notabili exceſſu non tenetur fateri ſe occidiſſe, etiamſi ſparſa ſit infamia, nec teſtis tenetur illud teſtari. Secundò, ſi quærat aliquas circumſtantias ex quibus oriri poſſit vehemens ſuſpicio; quòd reus eſſet author criminis. Tertiò, in re parvi momenti occultare veritatem, aut mentiri in judicio non eſt peccatum mortale, ſi abſit juramentum, ut ſi mentiatur circa aliquam circumſtantiam facti, unde ſtatus cauſæ non pendet, quia materiæ tenuitas in præceptis excuſat à mortali.

De vita defenſione.

De eo, qui peccavit in exceſſu

Parvi momenti res non pertinet ad Tribunalia.

An, qui negando poteſt pœnã gravem evadere, poſſit crimen negare?

Tandem difficilem Controverſiam ingreditur, pronunciatque [probabile eſſe Reum non peccare mortaliter negando crimen in cauſis tam capitalibus, quàm non capitalibus, in quibus imponeretur gravis pœna temporalis quamdiù eſt ſpes evadendi. Ita Leſſius *libr.* 2. *cap.* 31. *num.* 13. Rodriquez *tom.* 3. *quaſt. regul. quaſt.* 19. *art.* 4. Emanuel Sà *de Reo nu.* 6. & alii. Ratio, quia lex humana non obligat cum periculo mortis, ubi non intercedit bonum commune, (*) quod tunc damnum pateretur; at humanum præceptum eſt humana lex quædam: Ergo, cùm tantum intercedit bonum privatum vindicta ſcillcet privati hominis interfecti, vel bonis ſpoliati non obligabit interfectorem ad fatendam veritatem cum periculo ſuæ vitæ. Tum etiam, quia nemo poteſt cogi ad (a) teſtificandum contra ſanguine junctum: ergo etiam nemo tenetur teſtari, quando inde ſibi grave damnum metuit, nemo cuiquam eſt magis ſanguine junctus, quàm ipſe ſibi, nec majus poſset eſſe damnum, quàm vitæ. Ergo non tenetur contra ſe fateri. Ex quibus ſequitur non teneri jurare ad mentem Iudicis, ſed poſſe uti amphibologia, vel æquivocatione, vel mentali reſtrictione, & juxta illam reſpondere.

*) At pleraq; omnia, quæ in Tribunalibus aguntur, ad Publicum Bonum ſpectant.

a) Ex natura rei poſſet: ſed Legiſlatores, quia id Regiminis ſuavitas poſtulare videtur, concedunt aliquibus & in aliquibus caſibus, ne eſſe teſtes cogantur.

De Confeſſario. Quo modo procedere debeat?

Et ſuppoſita probabilitate præcedentis doctrinæ, de qua non pauci dubitant, concludit [Sacerdotem non teneri cogere Reũ ad veritatem aperiendam, quamdiù ſpem habet evadendi in cauſis, in quibus valde gravis pœna imponitur. Dixi *quamdiù eſt ſpes evadendi*, quia ſi cognoſcit crimen facilè probari poſſe & convinci, ceſſat ratio celandi, & tenetur veritatem aperire. Ita Leſſius *loc. cit.*]

RECognoſco ejus verba, & ad ſingulos paragraphos Notas & Cenſuras adjungo.

Unde habeat Iudex Autoritatem?

Vera & indubitata ſunt, quæ §. *Non tenetur.* ſcribit: nam Iudex non habet aliam autoritatem, niſi quam à Republica recipit: & hæc in multis caſibus non vult, & in aliis non poteſt concedere, ut Reum Iudex examinet. Et in his, quos D. Mallettus proponit, Reſpublica impotentia laborat. Quoniam impoſſibile eſt, ut Reipublicæ nomine procedat Iudex, cui illa id non commiſit. Et contra Naturæ Iura nullam poteſt Iudici indulgere poteſtatem Reſpublica; & Ius Naturæ præcipit, ut omnes præſumamus eſſe honeſtos & bonos, quamdiu oppoſitum nullo modo probatur.

Non poteſt concedere, quatenus velit Reſpublica.

De Iuramento Calumniæ.

Exponit in ſequenti §. Quid ſit *Iuramentum Calumniæ*; breve ſanè vocabulum,

quod

quod multa ſimul congregata ſignificat; quæ curiosè referuntur in Textu.

DIALEXIS de Non-Certitudine, liber Autoris eſt, qui prodiit Lugduni ex Officina Aniſſoniana, anno 1675.

Pergit ulterius: & illa Concluſione, *Si dubitet, An Iudex juridicè interroget, non tenetur veritatem fateri*; noſtræ Dialexeos de Non-Certitudine doctrinam firmat, Quoniam in omni dubio *Beatus, qui poſſidet*. Et Reus eſt in ſui honoris, vitæ & innocentiæ poſseſſione, & ideò niſi certus ſit illum legitimam habere authoritatem, & juxta Iura procedere, non tenetur Iudici reſpondere. Tenetur tamen ſi Iudex legitimus ſit, & legitimè interroget.

Caſus in quibus Reus poteſt non reſpondere.

Poſteà in §. *Sciendum*; quatuor caſus proponit, in quibus non tenetur Reus veritatem fateri: videlicet (1) Si occiderit invaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ: (2) ſi leviter tantùm exceſſerit. (3) ſi interrogetur de circumſtantia, cujus notitia in Iudicio neceſſaria non ſit: (4) ſi negando mortem poſſit, aut aliam gravem pœnam effugere.

Cur fuerint erecta Tribunalia?

Primus Caſus doctrinam certam continet: nam Tribunalia erecta ſunt, ut criminoſi puniantur; & qui ſe defendendo, ſervato moderamine, invaſorem occidit, non criminosè, ſed piè & ſanctè proceſſit.

An cedat ſuo jure, qui alterum invadit aut provocat?

Secundus videtur judicatu difficilis: quia quoad ſe, qui alium ad duellum provocat, & à fortiori, qui alium invadit, cenſetur alteri omnem licentiā operandi concedere. Vnde ſi provocatus aut invaſus moderaminis limites excedat, & excedendo peccet, ad nullam tamen reſtitutionem tenebitur. Ita Rebellius *par.1. lib.3. quaſt. 12. num.8. & 9.* Diana *part.3. tr.6. reſol.53. in fin. & part.5. tr.4. reſol.50.* Coronius *in ſumm. verb. Reſtitutio. num.9.* contra Peregrinum *de duello qu.39. nu.4.* Quoad Rempublicam etiam, quia in Tribunalibus an invaſus fuerit aut non fuerit, Reus, quæritur: utrum autem exceſserit, aut non exceſserit, non quæritur. Quoad Deum, quia homo perturbatus, ubi agitur de morte & vita, non habet tempus examinandi, quæ poſſit facere vel omittere, & in dubio conatur ſe ſecurum reddere; & ut id conſequatur, aggreſsorem occidit.

An invaſus habeat tempus examinandi quouſque pervenire poſſit, ut ſe inculpatè defendat?

De mendacio in Iudicio commiſſo.

Circa Tertium nulla eſse poteſt difficultas: quando enim dicimus, mendacium commiſſum in Iudicio etiam à Iure-jurando præciſum, mortale eſſe, agimus de mendacio circa materiam, quæ ad Tribunal pertineat, quæ ſemper eſt gravis, & publicum bonum concernens.

Sententia D. Thomæ eſt communis.

In ultimo majorem difficultatem reperiunt Viri docti: nam communis ſententia S.Thomæ ſubſcribit.

Reſtrictiones Mentales ſine ulla neceſſitate D. Mallerus admittit.

Illa denique verba, *Ex quibus ſequitur, Reum, non teneri jurare ad mentem Iudicis, ſed poſſe uti amphybologia* (lege, *amphibologia*) *vel æquivocatione, vel Mentali Reſtrictione, & juxta illā reſpōdere*, oſtendūt ſuū Autorem laborare præjudicio certiſſimo. Quoniā Iudicis in Criminali Cōſiſtorio verba per cōſignificātes circūſtantias reſtricta (ut ſæpè diximus & perſuaſimus) agunt de actione criminoſa, quæ juridicè in Tribunali exponi debeat. Vnde Reus, qui eum aliter non occidi non poſſet, invaſorem occidit, rogatus, an occiderit Titium, ſine amphibolologia, ſine æquivocatione, ſine Mentali Reſtrictione reſpondet, *Non occidi*.

Iudex, quibuſcumque verbis utatur, nonniſi de crimine interrogat.

ANNO M.DC.LXXIX.

Viglevani ex Typographeo Epiſcopali apud Camillum Conradum.
Superiorum permiſſu.

HAPLOTETOS

SEV,

SINCERITATIS

INDEX CRITICVS.

A

ABnuere, *quid ſit? Et quid* adnuere? 46.b
Achates, quid ſignificet, & unde dicatur? Cur nominetur fidus? 52.a
Aureus, *quid vulgò ſignificet?* 43.a
Auſcultare *quid ſit?* 10.b

B

NOmen Benedictus *eſt proprium, & appellativum.* 52.a.

C

CAnis *nominis variæ ſignificationes.* 174.b
Κόνδυ? *Quid ſignificet?* 82.a. Condy meum *quid ſit?* ibid.b. *Voce* κόνδυ *uſus eſt Iſaias. An ſit vox barbara, & non Græca?* 82.b. *In Græcobarbaro Gloſſario non reperitur.* 83.a
Connivere *quid ſit?* 47.a
Creare *quid ſit?* 61.a
Cubo, as, *quomodo inflectatur?* 58.a

D

DEficio *verbum, quem caſum poſtulet, & quid ſignificet?* 141.b.
Deus, *an declinari debeat?* 40.b
Vox Dolus *quid ſignificet, an æquivocè accipiatur?* 145.b
Dormire, *quid ſignificet? Sumi ſoles pro* Mori. 105.a

E

ETymologia, & *Significatio inter ſe differunt.* 129.b
Explorare *Verbum Latinum.* 97.b

F

FIctio, *quid apud Grammaticos, & Theologos ſignificet?* 148.a.

Haploteros Index.

Fingo, *quid importet Latinè, & Hiſpanicè?* 163.a
Voces Fraus, Deluſio, & Simulatio, *an aliquando in bonam partem ſumantur?* 145.b

G

GAnnire *quid ſit?* 47.a

H

HAI *quid ſignificet? quomodo proferatur?* 37.b
Hiphil *vox Hebræa eſt prædeterminativa.* 106.a
Hiphil *an locum habeat in Patre?* 120.a
Humanitùs *adverbium, quid ſignificet?* 118.b

I

IEruſalaim. *Quomodo Græcè, & quomodo Latinè proferatur. De ejus ſignificatione. An ſit nomen terroris?* 128.b

L

L*Ingua Syra, quam aliqui* SyroCaldaicam *nominant, quænam, & qualis ſit?* 106.a
Vox linguoſus, *an in ſacrâ Scripturâ in malam partem accipiatur?* 49.b
Lux, & Lucus. *Unde dicantur?* 129.b
Lyciſca, *an ſit nomen proprium unius canis?* 78.a

M

VOX Manus *quid ſignificet?* 74.a
Metaphora quid ſit? 71.a
Muſſare *quid ſit?* 44.b

N

NEſcire ſe, *quid ſit?* 116.b
Nicere *Quid ſit? Quid etiam* Nictere, & Nivere? 47.a
Nictare, *quid ſignificet?* 47.b
Nomina propria an ſi ſimul appellativa ſint, ut appellativa accipi poſſint? 52.a

Nomina propria pro appellativis uſurpantur. 73.b
Nomina propria, quæ etiam appellativa ſunt uno, & altero modo accipi poſſunt. 129.b
Nuere, nutare, & nictare, *an & quomodo inter ſe diſtinguantur?* 46.b
Nutare *quid ſit?* 46.b
Nuto *quid ſignificet? Quid etiam* Nutatio, & Nutabundus. 47.b.

P

Πίθος *eſt* dolium. *An ſit* Urna? 85.b

S

V*Ocis* Sampſon *pronuntiatio.* 141.b
Serò *quid ſignificet?* 50.a
Verba Scio, & Neſcio *poſſunt Grammaticè, & Politicè ſumi.* 116.a.
Scire, *an & quando ſonet* Velle? 117.a
Sirius, *quid ſignificet? Quomodo ſcribi debeat?* 174.b
Sol *cujus generis ſit?* 175.a
Sufferre *quid ſignificet?* 50.a

T

TAurus *eſt nomen æquivocum.* 174.b
Vox Templum. *An habeat duplicem ſignificationem? Quo ſenſu a Chriſto ſumpta?* 21.b

V

V*Erba, an duplicem ſenſum habeant?* 17.b
Verba Volo, & Nolo, *utrum ſint indicibilia?* 148.b



HAPLOTETOS

SEU

SINCERITATIS

INDEX GENERALIS.

A

ABimelech duplicem habebat ignorantiam. 57.b
Abraham jubet ut uxor ſua ſe vocet fratrem. 11.a. An fuerit Abrahâm mentitus? Cur Saram ſuam eſſe ſororem dixerit? An fuerit loquutus æquivocè? 68.a. An Abraham & Sarâ fuerint patrueles? 11.a
Acacius, qualis Doctor ſit? 114. a Ejus doctrina retorquetur ad favorem Reſtrictionum Mentalium. 114.b
Accuſatio tepida, eſt excuſatio. 157.a
Actus. An unus, & idem numero poſſit eſſe ſimul bonus, & malus? 87.b. 95.a. An etiam meritorius, & demeritorius? An duos actus eliciat, qui ſimul meretur, & demeretur? 87.b
Interni actus intellectûs non alterant verborum extrinſecam ſignificationem. 167.b
De intrinſecâ, & extrinſecâ actuum humanorum malitiâ, & de Philoſophicâ, & Theologicâ. 6.b. Eorundem duplex conſideratio. 63.b
Adami Genealogia per neceſſarios gradus texitur. 66.b
Adoleſcens linguam dentibus præciſam expuit in os meretricis laſcivæ. 139.b
Adultera, quid dictura ſit, ſi in materiâ caſtitatis à marito interrogetur? 173.a.179.a
Adulterium, an, & quando fuerit interdictum? 56.a. An ſola uxor, non autem maritus poſſit illud committere? 57.a. Mahomethanorum Opinatio. ibidem. Ethnicorum ſententia. 57.b. Catholicorum Reſolutio. 57.b. Adulterium purè formale quomodo committatur? 58.a.
Æquivocatio, & manere poteſt, & auferri ſine Reſtrictione Mentali. Quid Gabriel, Adrianus, & Medina docuerint? 150.b. Poteſt ab Interrogante tolli, nempè particulariter. 175.a
Aleæ, an, & cur ſint interdictæ? 75.a
Alexandria, quæ & ubi ſita ſit? 128.a
Amazones quàm celebres fuerint? 27.b. An fuerint in Libiâ? 133.a. An incerta ſint omnia, quæ de eis ſcribuntur? 133.b
Amici an habeant unicam animam? 50.a
Amicitia aut invenit, aut facit æquales. 50.a

Anagrammata de Janſenii, & Calvini conſenſu. 41.a
Angeli, an ſint ante mundum producti? 10.a. Quomodo loquantur? 41.b. 42.a. Cur appareant ſub alienâ ſpecie? 125.a
S. Antonius Paduanus à Summo Pontifice laudatus. 24.a
Apollo mendax. 1. Augur & vanus. 8.b
S. Apollonia, an in particulari præceptum habuerit in ignem proſiliendi? 142.a
Apoſtoli, an, & cur non debuerint ſcire, quando futura erat dies Judicii? 110.b. Eorum lingua materna quæ? 23.b.
Argumentum Negativum, quale ſit? 102.a. An & quando ſit efficax? 15.a
Ariſtogiton crure mentitur. 49.a
Augures in tres claſſes dividebantur. Summa eorum Authoritas. 84.b
Augurium, unde dicatur? ibid.
Authores humani, an literis Divinis dent lucem? 100.6
Authoritas publica ſemper quærit de crimine. 91.b

B

BAptiſmus, an cùm fictione receptus ſit validus? 148.a.
Baſis nomen, quid in Architecturâ, & quid in Trigonometriâ ſignificet? 148.a
Bellum. Quæ conditiones requirantur, ut ſit juſtum? 36.a. Non poteſt indici ſine causâ. Quanta in eo cura haberi debeat de victualibus? Cur qui id juſtè movebant fuerint ab Adverſariis cæſi? 37.a
Benedictio Patriarcharum erat quid ſacrum, & divinum, & non commune univerſis parentibus. 72.b
S. Brigittæ Revelationes, an fuerint ab Eccleſia approbatæ?

C

CAinus, an fuerit forjudicatus? An ſigillatus, aut ſtigmate inuſtus. 10.b. Quomodo perierit? An in diluvio ſubmerſus fuerit? 67.a. An primus, qui in Infernum lapſus? 67.b

Calumniator, an poſſit privatâ authoritate occidi? 57.a

An Cardinales includantur in Generalibus Pontificum Conſtitutionibus? 96.b

Caſus quid ſit? 55.a

Catechiſmus, quo utuntur Mahometani, *Alcoranus* nominatur. 91.b

Cauſa inferior, quot modis à ſuperiori poſſit prædeterminari? 106.a

Chriſtus, an agens cum ſuis fratribus uſus fuerit Reſtrictione Mentali? Mentiri non potuit. 18.b. An vivorũ, & mortuorum ſit Judex? cur ſe Judicem neget? 20.a An cognoverit Judicii extremi diem? An quà homo hanc diem cognoſcere debuerit? An ſe illam ſcire negaverit, ne contriſtarentur Diſcipuli? 20.b. Non ſciebat diem Judicii ut revelaret. 114.a. Quo ſenſu prædixerit duodecim thronos, cùm ſciret undecim eſſe coronandos tantummodo? 21.a. Cur apud Diſcipulos Emauntinos manſerit? Quomodo fuerit cognitus? 23.a. Chriſtus nec falli, nec fallere poteſt. Cur *non adſcendam* dixit, ſi quidem adſcenſurus erat? 100.a. An revera habeat intellectum naturalem? 107.b. Quid cognoverit naturali diſcurſu? 112.b. An revera, quando futurus ſit dies Judicii neſciverit? 113.a. 119.a. An quà homo aliquid ignoraverit? 118.b. 119.a. Quo ſenſu Judicii diem cognoſcere dicendus ſit? 110.b. An quà filius hominis ſit Judex? 112.a. Judicii ultimi diem Chriſtus ſciebat, ſed non ſciebat humanitùs. 119.a. 121.a. Chriſtus proficiebat ætate quoad ſe, & quoad nos: at ſapientiâ, & gratiâ non quoad ſe, ſed quoad nos. 121.a. An potuerit ſcientiâ & gratiâ proficere? 119.a. De quonam templo fuerit loquutus? 124.b. An in vocibus receptis poſſit mutare ſignificationem? 182.a. An aliquis ſit, quem Chriſtus neſciat? 116.b. Eſt noſter Advocatus, & Judex. 115.b. Fratres Chriſti, quinam vocabantur? Quid ab eo peterent? 100.a. Verba Chriſti ad Lazarum unde reſtringantur? 105.a. Chriſti anima, an per increatam intellectionem intelligat? An, & quomodo cognoſcat creaturas futuras? An, & quomodo actus hominum futuros liberos? 107.b. An & conditionatos? 108.a. Chriſti Cognitio. Ejuſdem voluntas. 108.a.b. De Chriſti ſcientiis. Illarum diſtinctio. 109.b. 110.a. An Chriſti nomine intelligi debeat Eccleſia, & ille ignorare poſſit dici, quæ iſta ignorat? 119.a. Chriſti Adventus eſt duplex. 115.b. Quanta futura ſit ejus ſeveritas in Adventu ſecundo. 116.a. *Neſcio vos*, Quid hæc verba in ore Chriſti ſignificent? 116.b. De Præcepto Apoſtolis à Chriſto impoſito apud Montem Thabor. 114.b. An in Chriſto Intellectus, & Voluntas Humana differant ab Intellectu & Voluntate Divina? 119.b

S. Chryſoſtomus quo anno floruerit? 103.b

Circumſtantia Loci, & Temporis aliquando mores concernit, & aliquando non. 113.b

Circumſtantiæ temporis, & loci, an ſint morales? 108.b

Circumſtantiæ tranſſcendentales ſunt ſubintelligendæ, etſi non exprimantur. 101.b. Quænam ſint quæ in omni contractu intelligantur? 150.a

Circumſtantiæ univerſales, quæ ſubintelligi debent in omni interrogatione. 114.a

Circumſtantiæ conſignificantes æquivocam orationem reſtringunt. 169.b. Earum diviſio. 174.b

Circumſtantiæ, ſub quibus Confeſſarius nihil ſcit de peccatis ſibi confeſſis, recenſentur. 176.a

Civitatum nomina interdum ſunt æquivoca. 127.b. Quomodo reſtringi ſoleant? 128.a

Cliſophus oculis & crure mentitur. 49.a

Cæcitas militum Syriorum, an abſoluta fuerit, an relativa tantummodò? 93.b

Cognitio ſui, quàm ſit neceſſaria? 130.a

Colorum nomina realiter & moraliter uſurpantur. 71.b

Compenſatio occulta, an in caſu Jacobi, & Labanis locum habuerit? 75.b

Compenſatio occulta. De loco, & circumſtantiis ſub quibus eſſet licita. An hodie talis locus ſit? 155.a. An Deus illam permittat? 155.b

Compenſationes clandeſtinæ, an & ubi licitæ ſint? 76.b

Commentatores interdum addunt tenebras, & difficultates adaugent. 78.b

Confeſſarius, an, & cur negare poſſit, quæ in Confeſſione audivit? 32.b. An teneatur ita procedere ut non ſcandalizentur circumſtantes? 68.b. An indigeat Reſtrictione Mentali? 149.b. An interrogatus de peccatis in Confeſſione auditis, per circumloquia debeat ſubterfugere? 179.a. Quid debeat dicere in caſu quo occidendus ſit niſi revelet? 172.b. 179.a. Quomodo debeat agere in Colloquiis privatis. 172.b. Cur poſſit negare? 176.b. 177.b. Audit pœnitentes ut Dei vices gerens. Poſt abſolutionem loquitur ut purus homo. 176.b. Remittit peccata *ut quo*: Deus verò *ut quod*. Iſte ut Cauſa Principalis, ille verò ut Inſtrumentum. 177.a. Confeſſarii, an utantur Reſtrictione Mentali. 33.b.

Confeſſionis Sacramentalis qualitates. 161.a

Connivere delictis quid propriè ſit? 47.b

Conſcientiæ veræ, & mendacis diſcretio. 117.a

De conſcientiâ propriâ, nemo poteſt ferre Judicium. 118.a.

Conſequentia moralis quænam ſit? 81.a

Conſuetudo, an diſpenſet in lege naturali? 56.b

Contractus. An peccet qui eum init, & cognoſcit eſſe invalidum? 33.a

Contractus de re contingenti, an ſint liciti? 75.a

Coronii Summa qualis ſit? 166.b

Convivia ſacra in templis fiebant. 82.a

Craticulæ cur in Confeſſionalibus ſint poſitæ? 54.a

Credendum eſt unicuique in ſuâ arte, non in alienâ. 154.b

Creditor, an ſemper poſſit debitum condonare? 78.b

Crimen verum, ſed occultum, an poſſit negari? 3[illegible].b

Criminoſè adverbium, ab Interrogatione Judicis excludi nequit. 175.b

D

DÆmon, ubi quis abrenuntiat expreſsè pactum, non concurrit. 86.a. Dæmon in Oraculis ſuis externas Prophetiarum actiones voluit imitari. 93.a.

David delirium fingit. An licitè? 15.a. An dum apud Achiſium eſſet, ejuſdem Regis fuerit ſubditus? 92.b. An Prophetiam, & non Delirium finxerit? 93.a

Damœtas clam ſubripit Damonis caprum. An, & cur à furto excuſatur? 77.a

Deceptio, an ſemper ſit mala? 12.b

Decreta Dei niſi per revelationem innoteſcant ab hominibus ignorantur. 108.b

Denominationes, aliæ eſſentiam, & aliæ accidentia concernunt. 63.b

Depoſitarius rei depoſitæ non adquirit dominium. 115.a

Depoſitum, an & quando debeat non reddi? 31.b

Deus ubique eſt præſens. 1. Qualis ſit? 9.a. An poſſit diſpenſare in mendacio? 5.a. An præcipere omnia, quæ in Decalogo inhibet? 7.a. An poſſit in Decalogo diſpenſare? 7.b. 59.b. Nequit jubere impoſſibilia. 7.b. Non poteſt actum philoſophicè malum elicere. 7.b. An aliquando in mendacio diſpenſet? 8.a. An poſſit mentiri? An utatur Reſtrictionibus Mentalibus? 9.b 62.b. Nec Theologicæ, nec Philoſophicæ malitiæ capax eſt. pag. 9.b. An amphibologicè loquatur. 18.a. An in primâ Sacræ Scripturæ lineâ uſus fuerit Reſtrictione Mentali? 10.a. Quantâ curâ honorem velit etiam peccatorũ curari? 21.a. An in hâc vitâ omnia peccata puniat? Cur punitionem differat, aut in alteram vitam relinquat? 47.a. An antiquis Patriarchis habendi plures uxores licentiam conceſſerit? 56.a. An habeat obliga-

gationem omnem Veritatem revelandi? 57.b. An conceſſerit Obſtetricibus ut ſine peccato mentirentur? 88.a. An multas proles ipſis dederit? 89.b. Deus non poteſt facere quę ſunt mala. 62.a. An mentiatur? 62.b. An ſe velle teſtetur quod non vult? 63.a. Rerũ, & Juriũ omniũ eſt Dñs. 70.a. Utitur peccatoribus, ut peccatores puniat, 94.b. Clementiſſimè ſeverus Judex eſt. Cur non ſtatim Ninivem ſubverterit, ſed conceſſerit quadraginta dies? Cur inducias concedat? 98.a. An ſententiam mutet? An illam mutando mutetur? Cur pœnituiſſe dicatur? 99.a An potuerit naturam irrationalẽ, an neſcientem adſumere? 113.b. An omnia, quæ petuntur concedat? 121.b An ſemper & ad omnia reſpondeat? 122.a. Quam voluntatem in homine reſpiciat? 122,a. Omnia fecit uno verbo. 122.a. Ad peccata miraculosâ cooperatione non concurrit. 141.a. Concedere poteſt (quidquid de prima ſit) in totâ ſecundâ Tabulâ diſpenſationem. 141.a Poteſt verbis concedere efficientricem virtutem. 142.a. Remittit peccata *ut quod*; & Confeſſarius *ut quo*. Ille, ut Cauſa Principalis; & hic ut Inſtrumentum. 177.a. An poſſit æquivocè loqui? An verbis externis impoſuerit novam ſignificationem? 181.b. An novam dialectum formare poſſet, cujus verbis homines deciperentur? 182.b. Dei æternitas qualis? 54.b. Quid ex infinitâ Dei veracitate inferendũm ſit, & quid non? 63.b. Dei voluntas. 108. Decreta Dei libera non poſſunt à ratione probari, 110.a. Inter Deum & Homines quanta ſit differentia. 5.b. Deum aliqui negant vivendo, & alii moriendo confitentur, 46.a. Deum eſſe an invincibiliter neſciri poſſit? 54.a
Vocis *Deus* ſuppoſitio Materialis Grammatica, Ejuſdem ſuppoſitio Materialis Dialectica. Ejuſdem ſuppoſitio formalis Propria. Ejuſdem ſuppoſitio Formalis Impropria, aut Metaphorica. 40.a. Ejuſdem vocis Moralis, & Virtualis acceptio. 40,b
An qui, ut Dii coli voluerunt, delirarint? 5,b
Dii Doloſi, & ignorantes fuerunt 8.b. Cœco modo gubernant opinione Gentilium. 85.b. Cur Politicorum opinione non mentiantur? 162.a. De Gentilium Deorum ignorantia & malitiâ. 9.a
Diſcipuli Emauntini, cur non cognoverint Chriſtum? 22.a. Qualem ſpem habebant? 22.b
Diſſimulatio, quàm ſit difficilis? 8.b
Diſtantia Cœli à Terrâ, an ſciri poſſit humanitùs? 118.b
Divinatoriæ pelves, quæ? 85.a
Doctrina, quæ falſis fundamentis indiget, qualis ſit? 138.a
Dominium, an in ludo, & concertatione per victoriam transferatur? 77,a
Dominus, an in ſcientiâ, ætate, labore profecerit? 109.b, Quomodo? 110.a
S.Domna, quæ, & qualis fuerit? 26.b
Domus ſignificat familiam. 89.b
Domus politicè quid ſit? 90.a
Textus Hebræus an ſit corruptus? ibid.
Domum ſuam facere quid ſit? 89.a
Ædificare Domos quid ſit? ibid.
Droxippus, cur ſe occiderit? 83.b

E

EBrietas, an ſit peccatum? 13.b. An omnis condemnetur? 81.b. Quid & quotuplex ſit? An pejor morte ſit? 82,a
Eccleſia eſt ineffabilis. 96.a
Elementa, an confundantur, aut materialiter maneant in Mixto? 77.b
Quid *Elias*, & quid *Eſau* ſignificet? 73.b
Eliſæus omnia Regis Syriæ ſecreta Judæis revelabat. An illos Propheta deceperit? 15.b. Eliſæi verba quid importent? 93.b. Eum quidem videbant milites, ſed non cognoſcebant. 94.a
Emptor, quid interroget? & quid Venditor reſpondeat? 177.b
Epithera poſſunt à communi ſignificatione nomina extrahere. 129.b
Eſavi & Jacobi nativitas, & nominum derivatio. 69,a
Ethica, & Pictoria ſunt ſimiles. 127.a
Ethnici, an etiamnum ignorent ſimplicem fornicationem eſſe peccatum? 142.b
S.Euphraſia, quomodo fuerit decapitata, 29.b. An peccaverit? 141.b. An fuerit mendax & homicida? 140.a. Unde excuſetur. ibid. De ejuſdem unguento; An ſe illud habere mendaciter dixerit? An revera illud habuerit, aut potuerit conficere? 142.a
Eutichetis error, an ex doctrinâ Ariſtotelis prodierit? 107,b
Exemplum quid ſit? 126.b
Exempla ſunt ad perſuadendum efficacia. 25.a
Exitus acta probat, 87,a

F

FAbulæ, an omnes ſint mendacia? Quid dicendum de Eſopeis & Ovidianis? 138.a
Factor in Oeconomicâ eſt ſupremus Miniſter. 71.a
Fallere proximum quid ſit? 168.a
Famulus, an ſemper poſſit dimitti? 76.b
Feliciana Hiſpana Virgo ingenio fæliciſſimo prædita ſtudet, & ad lauream promovetur Salmanticæ. 28.a
Filiæ Comitum Forii Julii ſe eſſe putridas fingunt, ut virginitatem ſuam cuſtodirent ab Avaris. 29.a. An mentitæ fuerint? 139.a
Filius pulcher, an poſſit à deformibus parentibus naſci? An à candidis niger? Reſolutio Hieronymi. 12.b
S.Firmilianus, an ſine ullo mendacio, aut reſtrictione potuerit ſe Hieroſolymitanum appellare? 129.b
An Fœmina fuerit Conſtantinopoli aliquando ad Dignitatem Patriarchalem promota? 137.b
Fœmina, an laudanda ſit, quæ adulterium, ſi commiſit, fateatur? 173.a
Fœminæ, quales ſint regulariter loquendo? 90.b
Fœminæ Saracenæ in Luſitaniâ cum ſuis maritis militabant. 27.b
Fœminæ aliquæ in Belgio noſtro ævo ſtrenuè & generosè militarunt, ibid.
Fœminæ, an hodiè Monaſteria Virorum poſſint ingredi? An olim licuerit? 139.a
Plures Sanctæ Fœminæ in Monachorum cœnobiis religiosè habitarunt. 28.b
An Fœminis virilem veſtem Jura Naturalia interdicant? Quid de Lege Moſaicâ dicendum ſit? Quid Regiæ, & Pontificiæ leges ſtatuant? Roſellæ Reſolutio. 133.b
Fons Ceteris ubi & qualis? 85.a
Quid Fornicatio propriè ſit? 5.a
Fornicatio ſimplex an ſit peccatum mortale. 57.a. Ipſam eſſe culpam lætalem multi ignorabant. 58.a
Fortuna quid ſit? 55.a
S.Franciſcus, an ſufficiat ad Opinionem probabilem Reſtrictionum Mentalium? Recenſetur Hiſtoria. 25.a Ejuſdem Hiſtoria reponitur & dilucidatur. An ſit alia in Evangelio ſimilis? 127.a
Fr.Franciſcus Carmelita Excalceatus verbis Mentali Reſtrictioni innixis adulteram liberat. 26,b
Fratres, quinam vocari poſſunt? An hæc vox *Frater* varias ſignificationes habeat? 11.a
Frontem contrahere, quid ſignificet? 48.a
Pia Fraus, an ſit licita? 31.a
Fraudis diviſio in receptam & datam. 145.b
Fraudes an bonæ ſint, ſi bono animo fiant? 32.b
An Fugam ſimulare ſit mentiri? 38.b
Furti malitia, an fuerit ab Ethnicis cognita? 59.a

Fu-

Furum publicus Magiſter erat apud Lacedæmonios.pag. 59.a

G

GRatia, an primo homini fuerit debita? An ſine ipsâ creari à Deo potuerit? 40.b
Gratia ſi gratis non datur, vel accipitur, gratia non eſt. 41.a
Gratianæi Decreti authoritas, quanta ſit? An illud Gregorius Canonicum eſſe voluerit? An tamquam Lex, & Regula citari poſſit? 96.a
Gelaſius Papa quo anno floruerit, Non admittit Reſtrictiones Mentales. 103.b
Germanorum ſinceritas, 1.
Gregorius Ariminenſis, qualis fuerit? 33.b

H

HÆreſis duplex eſt; interna & externa, & hanc afficit excommunicatio. An ſit externa quæ ſigno, quod intelligitur manifeſtatur? 42.a
Hæretici Agnoitæ quid docuerint? 121.a
Hebrææ fortiores & robuſtiores erant Ægyptiis. 14.a
Hebræi fuerunt miniſtri Divinæ ultionis. 38.a
Hieroſolyma; Quid ejus nomine intelligatur? 26.a
Hieroſolyma, quæ Civitas ſit? A quo ſit condita? 128.a
Hieroſolyma Cœleſtis, quid ſit? 129.a
Hiſtoria Apoſtolorum, quo anno deſiit? 102.a
Hiſtoriis, niſi authenticæ ſint nil ſuaderi poteſt. 131.a
An homicidia liceant? 4.b
Nomen *Homo* ſine addito non ſignificat pictum, ſed vivum. 152.b
Homo an poſſit *linguoſus* dici? An *maculoſus*, & *annoſus*? 48.a. An loquatur multis linguis? 46.a. An ſit propriæ vitæ dominus? 54.b.
Homo, an cognoſcat, & Humanitas non? 118.b
Homo pauper, qui ſimulat ſe divitem eſſe, an mentiatur, & peccet? 68.b
Homo redditur infelix, unde felix vulgò putatur. 130.b
Homo ſincerus, qualis eſſe debeat? Socratis ſententia. 155.b
Homo, an negare poſſit, quæ ſine peccato confiteri non poteſt? 171.b
Natura, quæ hominem plaſmavit eſt Deus. 156.a
In homine conſideranda eſt voluntas quæ eſt, & quæ eſſe deberet. 121.b
Homines quomodo loquantur? 41.b. An poſſint aliis hominibus partim verbis, & partim conceptibus loqui? 41.b
Homines viles, an teſtimonium perhibeant? 50.b
Homines puri, quomodo in ſcientiâ proficiant? 110.a
Homines docti rationibus, indocti exemplis moventur. 127.
Hominum mores quales ante diluvium fuerint? 65.a
Homologicè adverbium, à criminali interrogatione ſeparari nequit. Quid ſignificet? 175.b
Honorarium quid ſit? Et cur olim Conſulibus, Patronis, Advocatis, & Medicis donatum fuerit? 83.b
Horologium Arteriæ, an reverà detur? 85.b
An omnis Humilitatis via ſecuriſſima ſit? 131.a
Hybrides crocutæ, quæ? 78.a
Hypocritæ colores mutant, ut Camalæon. 117.b. Quales ſint? An ſolus Deus illos à ſinceris diſtinguat? 118.a

I

IAcob quis fuerit? 52.b. Jacob, & Eſau germani, quomodo nati fuerint? 11.b. An Jacob à matre doctus fuerit Reſtrictiones Mentales? An & quo ſenſu in Iſaaci domo ipſe fuerit Eſau? An obediens matri ſuæ fuerit mentitus. 12.a. An dicendo ſe eſſe Primogenitum? An etiam aliis verbis? 69.b. Quomodo à notâ mendacii excuſetur? 71.a. An, & cur cenſeatur Primogenitus? Ejus verba proponuntur quæ poſſunt in examen vocari. 70.b. An in domo paternâ fuerit Factor? 71.a. An & cur non intulerit Eſavo injuriam? 72.b. An ſubdolè proceſſerit? Qualis fuerit? 73.a. An potuerit dicere, *Ego ſum* Eſau? 74.a. Jacob an injuſtè contra Labanem proceſſerit? 75.a. Jacobi verba vera ſunt, ſi in ſenſu myſtico accipiantur. 72.b. An dederit Jacobo Deus bona Labanis? 76.b. An Jacobum Deus ſpeciali favore ditaverit? 75.a
Jehu Rex ad Baalis honorem ſolemne ſacrificium indicit. 15.b. Advocat univerſos Idololatras, ut eos occidat. An eum excuſent ſolæ Reſtrictiones Mentales? 16.a. Rem bonam fecit, ſed non benè. 94.b. An, & quomodo obediendo Dei præcepto peccaverit? 95.a. An tantummodò peccarit venialiter? An illum imitari poſſimus? 95.b
Jeſu cur à ſalvando, & non à condemnando dicatur? 115.b
Ignoſcere, pertinet ad voluntatem. 116.b
Ignorantia invincibilis. An poſſit eſſe de malitiâ officioſi mendacii? 54.a. An poſſit eſſe circa Juramentorum, Feſtorum, Parentumque Religionem, & cultum? An circa ſuicidium? ibid. An detur in lege Naturæ? An ſi daretur, à peccato excuſaret? 140.b. An Ægyptiæ Obſtetrices laborarint ignorantiâ invincibili? 59.a. An iſta illas à peccato excuſaverit? 59.a
Imaginationis vires. 86.a
Infortunium quid ſit? 55.a
Injuriæ interdum pecuniis compenſari non poſſunt. 76.a
Inſidiæ, an ſint licitæ, quia illas Deus jubet? 38.a
Inſidiæ adverſus violatores fidei nec irritæ, nec degeneres ſunt. 159.a
Inſidiatorum Genius. ibid.
An interdicta divinitùs ſint Reſtrictiones, etſi non ſint mendacia? 5.b
Interrogantis, & Reſpondentis verba, per Perſonam, Locum, & alias circumſtantias reſtringuntur. 88.b
Omnis Interrogatio per circumſtantias tranſſcendentales reſtringitur. 147.a
Interrogatio aliter per publicam, & aliter per privatam authoritatem reſtringitur. 176.a
Joanna Summa Pontifex, an fuerit mentiendo ſexum maſculinum mentita? 28.a. An ejus Hiſtoria ſit authentica? 135.b. Indicium falſitatis. 136.a. Veteres hanc fabulam, aut hiſtoriam omittunt. 136.a. & b. Reſolutio 138.a
An S. Joannes Chryſoſtomus cognoverit Reſtrictiones Mentales? An & damnaverit? 3.
Joannes VIII, quomodo mortuus ſit? 138.b
Jonas concionatur. An in ejus Prophetiâ fuerit Reſtrictio Mentalis? 18.a. An ignoraverit Prophetiam eſſe conditionatam? An prædixerit, quæ non erant futura? 98.b
Joſeph, an-ne ſit mentitus? An injuſtè afflixerit ſuos fratres? An perjurium commiſerit? An verè per ſcyphum res occultas, & ſecretas cognoſceret? 13.b. An fratribus ſuis fuerit in ſenſu apparente loquutus? 80.a. An ſeriò? ibid. Cur ſcyphum ſuum in Junioris fratris ſaccum induci juſſit? 83.b. Volebat diſcere an fratres amarent Beniaminū? 84.a. An fuerit uſus ſuperſtitioſis, & ethnicis divinationibus. 84.a. An fateatur ſe eſſe magnum? 84.b. An fuerit mentitus? 86.a. An mentiendo peccaverit? ib. Joſephi verba, an poſſint à mendacio excuſari? 79.a. An ſint figurata? 80.b. Tota Joſephi hiſtoria eſt prophetica. 87.a.
Iſaac, an ſciverit Jacobo primogenituram deberi? 70.a. Cur Jacobo benedictionem non reſciderit? 73.a
Iſabella Portugalliæ Regina quomodo pânis fruſta in roſas converterit? 142.a
Iſmaelitæ, an Saraceni ſint & non Agareni vocandi? 56.b

Ju-

Judas,quid ſignificet, & onde dicatur? An fuerit ſub initium in gratia? 124.a. De poſſibili ejus couverſione. S. Bernardi ſenteutia. 124.b. Judas ivit ad Infernum, quia agere pœniteotiam nou voluit, oou quia non potuit. 124.b

Judex habet jus jubeodi reo, & teſtibus, ut directè reſpoudeant. 42.a. An poſſit omnes Reſtrictiones excludere? 171.a. Quibuſcumque verbis utatur, nonniſi de crimioe interrogat. 184.b. Jodicis interrogatio duobus modis oppoſitis reſtringi poteſt. 177.b. Judicis authoritas à Republicâ eſt, 182.b. Judicis univerſorum Dignitas. 108. Judicum aſſertiooes tentativæ, an revera ſint Interrogationes? 80.b

An diem Judicii ultimi Patriatchæ Religionum cognoſcant? 107.a

Judicii ultimi dies, an ſciri poſſit? An omnes judicandi ſint ſimul? 112.b. An etiam Sanctis horribilis ſit? 117.a Quinam in die Judicii ſalvabuutur? 122.b

Juditha qualis fuerit? Ejuſdem Oratio ad Oloſernem. 16.b An fuerint mendacia, quæ dixit? An meutiendo peccarit? An invincibili ignorantiâ excuſetur? 96.b. Civitatis deditionem promittit. Proteſtatut ſe à Deo miſſam. An, & cur ejus verba plena mendaciis nou fueriut? 17.a. An peccaverit ſe exornaodo, ut Holofernem iu ſui concupiſcentiam pelliceret? 58.b

Julianus Imperator, quali Magiâ uſus fuerit? 85.a

Julii Cæſaris mors. 46.a

De Junio Servilio. 83.b

Venerabilis Frater Juniperus capitur, examinatur, & reſpondet ſub æquivoco, utens ſemper Reſtrictioue Mentali. 25.b

Juppiter, an ut providè gubernet mundum, jaciat aleas? 85.a

Juramentum, an & cur quod per ſceptrum, & coronam fit, ſit Theologicum? An quod per Crucem, à Crucis pretio gravitatem recipiat? 60.b

Jurameotum reſtrictam Orationem afficiens, an ſit ſacrilegium? 174.a

Juramentum de uon æquivocando duobus modis poteſt exigi. 174.a. Non poteſt emitti. 180.b

Juramentum de Calumniâ quid ſit, & quæ includat? 183, a.& b

An dentur Juramenta non ſeria? Qualia Zenonis, & Socratis fuerint? 81.a

Jurare ſine causâ non licet. 163.b

Jus aliquarum Gentium dari humanitùs poteſt, at omnium Gentium Jus eſt Divinum. 36.b

Jusjurandum per Regis vitam emiſſum Theologicum eſt 81.a

L

LAban tres injurias intulit innocenti Jacobo. 76.a. Eum decepit. 75.b.

Lalemandetius commendatur. 166.b

Lamech primus digamus. 10.b. An fuerit adulter? 65.b An & quomodo Cainum occiderit? 66.a. An fuerit cœcus? An ſaltem cœcutiens. 66.a. An fuerit homicida? 67.a

Laudari à viris ignominiâ ootatis eſt ignominioſum. 153.a

Lazarus, an bis fuerit mortuus? 24.b.

Legatus, quo debeat modo reſpondere Regi, de ſtatu proprii Regis & Regni rogatus? 35.a. An indigeat Reſtrictionibus Intellectualibus, 35.a. Reſtrictio non excuſat eum à mendacio. 154.a

Lentes, ex quibus Jacobos pulmentum condiverat, an fuerint ab Europæis diverſæ? 70.b

Lex Divina, an compenſationes occultas permittat? 35.b

Lex debet velut certa cognoſci ut obligemur. 56.b

Leges ſilent tempore belli. 64.b.

Leges, quæ præſumptione fundantur, an obligent ſi ſit falſa præſumptio? 139.a

Liber de Mundi mirabilibus non eſt Ariſtotelis. 85.a

Libri Canonici, cur diviuitùs dictati ſint? 15.a

Loquacis verba quid ſignificent? 156.b. Et quid liberè dicta? 157.a

Loqui, quid ſit. 41.b. Dictiones proferre non ſemper eſt loqui. 42.b

Loqui virtualiter quid ſit? 46.a

Au oculis loqui poſſimus? An motu capitis? 46.a

Quid requiratur, ut quis mihi loquatur? 42.b

Loquutiones figuratæ non ſunt mendacia. 71.a

S. Lucas nihil ſcripſit de S. Pauli adventu in Hiſpaniam. 19.a.

In ludo omnis inæqualitas reprobatur. 78.b.

M

MAdianitæ, & Amalecitæ ſtratagemate diviuitùs præſcripto à paucis ſuperantur. 38.b

Magia, quam Leges Canonicæ, & Civiles condemnant, an ſit ars, an veriùs inertia? 87.b

Magiſter, quid intendat cum Diſcipulum tentat? 80.a

In Magiſtro ſanctitas, & doctrina requiritur. 127.a

Magiſtri Eccleſiæ, qui? 113.b

Mahometus non ratione, ſed ferro ſuam Religionem perſuadere conatur. 128.b

D. Malletus laudatur. 182.b

Manticea periſſima Virgo. 28.a

Mantinea Civitas, an eadem ac Antigonea? 28.a

Mariam Virginem omui peccato caruiſſe certum eſt. 52,b.

Mariti imprudentes, & impii ſuut, qui iu materiâ adulterii ab uxoribus juramentum extorquent. 173.b.180.a

Mater Filiorum Zebedæi quidnam petierit? An id obtiuuerit? 122.a

Matris imaginatio, an in fœtu aliquid imprimat? 12.b

Matrimonii debitum an poſſit ſolvi per Procuratorem? 56.b.

Medicinæ multæ, & variæ in deſperatis morbis adhibentur, 169.a

Medicis, an mentiri liceat? 164.a

Mendacium officioſum eſt leviſſimum inter peccata venialia. 53.a. Illud putarunt veteres non eſſe malum. 88.a. An ſit ſimul bonum, & malum. 88.b, Mendacium eſt vel dictum, vel ſcriptum, vel factum. 49.a. Quid ejus nomine intelligat Origenes? 32.b. Eſſentialiter indecens eſt. 7.b. An in duplici corde conſiſtat? 31.b. Meudacium non committitur ab abſtraheutibus, & tacentibus. 34.b. Diſtinguitur ab æquivocatione. 52.b.

Mendacium in Judicio commiſſum quid? 184.b

Mendacium, in quâ mentis Operatione inveniatur? 135.a. Committi non poteſt, ubi nihil aſſeritur, vel negatur. 158.a. Non datur neceſſitas, aut periculum, ob quod dici poſſit. 146.a. Nullo iu caſu eſt mentiendum. 147.a.

Mendacium, & Diſſimulatio differunt. 51.b. An mentiantur qui figuratè loquuntur? 52.a

Mendacii malitia an invincibiliter neſciri poſſit? 59.a. An in inſidiis, & ſtratagematis à belli Juſtitiâ, aut Injuſtitiâ pendeat? 157.a. Quid ſentiat S. Auguſtinus? 157.b. Mendacii, & Furti malitia eſt manifeſta. Quid mendacii nomine intellexerint Caſſianus, & Chryſoſtomus? 149.a

An inter Mendacium, & candorem detur medium, & quid illud ſit? 35.b

Mendacium, oolunt cognoſcere Calviniani quid ſit? An à furto ad mendacium conſequentia inferatur? 63.b

Ao aliquando in mendacio Deus conceſſerit diſpenſationem? 59.b. Omne mendacium etiam officioſum peccatum eſt. ib. An iu ipſo Philoſophica & Theologica malitia reperiatur? 60.a

Meo-

Mendacia, an poſſint eis imponi, qui nobis mentiuntur? 35.b
Mendacia, an ſint licita, ſi bono animo fiant? 32.b. An idem dicendum ſit in caſu neceſſitatis? ibid.
Quomodo mendacia ſimplicia ab artificioſis diſtinguantur? 3.
Hæreticum eſt dicere mendacia non fuiſſe à Deo interdicta. 153.b
Mendaciter promittere quid ſit? 101.
Mentiri quid ſit? 4. An ſit ignominioſum? 53.b. An liceat, ſi neceſſitas poſtulet? An cum de vitâ agitur? 163.b. An mentiatur, qui jocosè loquitur? 86. b. Non mentitur, qui diſſimulat. 154.b
Mereri, aut demereri nemo poteſt poſt mortem. 190.a
Meretrices, quales ſint? 90.b
Metaphora, & Figuratæ loquutiones, an Reſtrictiones Mentales requirant? 26.a
Metus, an, & quando dirimat matrimonium? 33.a
Minos Stygius Judex. Ejus conſiliarii qui ſint? 85.b
Minotaurus quid ſit? 167.a
Momus, an & cur Vulcanum inſultet? 156.b
Monachus, vel doctus, vel indoctus, quid facturus ſit? 127.a
Monogamia in Paradiſo inſtituitur. 65.a. An ſit Reipublicæ utilior, quàm Polygamia? 65.a
Monſtra, quàm magna reperiantur in mari? 79.b
Mortis dies, an ſit incerta? 55.a
Moyſes unde ſit dictus? 14.a. Cur in Caini poſteros non enum erat annos? 67.a
Mundus, an in temporis initio ſit conditus? 10.a
Muſulamini, quinam ſint? 128.a

N

NEceſſitas, an reddat licitas Reſtrictiones Mentales? 32.a. Non eſt de eſſentiâ veritatis. 165.b
Duæ negationes an ſemper affirment? 112.a
Neſcientia, quomodo ab Ignorantiâ diſtinguatur? 113.a
An Nicetas Mentales Reſtrictiones cognoverit, eruditè deſcripſerit, & ſincerè damnaverit? 3.
Ninive, qualis priùs, & qualis poſteà fuerit? 99.a
Ninivitæ convertuntur ad Deum. 18. a. An aliter quàm conditionatè Prophetiam Jonæ intellexerint? Convertuntur, & eis Omnipotens veniam côncedit. 98.b.
Ninivitarum peccata, & pœnitentia. 17.b
Nomina, an imponantur ab eventu futuro? 38.a
Numina Gentilium qualia fuerint? 8.a
Nutatio capitis eſt diſplicentiæ ſignum. 46.b

O

OBedientia tutatur Humilitatis viam. 132.a
An obedire ſit amare? 7.b
An inter *obedire*, & non *obedire* detur medium? 7.a
Obligatio debet probari. 34.b
Obligationes an ſint fingendæ? 65.b
Obſtetrices Ægyptiæ, an fuerint mentitæ? 87.b. Quiſnam illarum domos ædificaverit? 89.a
Olofernes, quis, & qualis fuerit? 36.b
Omnipotentia, illæsâ humanâ libertate ſuos fines conſequitur. 69.a
Opera an mentiantur? 49.a
Opinio: Utra ſit eligenda, ubi utraque eſt verè probabilis? 151.a
Oratio, an à conditionibus reſtringatur? 18.a. Non omnis Oratio ſolet eſſe Affirmatio, aut Negatio. 135.a
Oratio mentaliter reſtricta, an ſit mendax? 164.b
Orationis efficacia. 97.
Orator, an in argumento gravi æquivocis uti poſſit? 49.a
Ordines debent ſuſcipi in gratiâ. 72.b
Origenes, an ſit Scriptor Claſſicus. Ejuſdem ſententia de mendacio officioſo. 148.b
Orphæi, Euridicis, & Niobes Fabulæ unde fuerint deductæ? 123.b
Ovidius Sacræ Paginæ Hiſtorias reſcribit, & Ethnicâ libertate alterat, & decolorat. 94.

P

PAtriarchæ, quinam ſint præcipui in veteri teſtamento? An, & cur ſint à mendacio, & peccato excuſandi? 73.a
S. Paulus, an uſus fuerit Reſtrictione Mentali? 18.b. Deo plenus, nec falli, nec fallere potuit. An idem venerit in Hiſpaniam? 19.a. Cur promiſerit ſe Corinthum rediturum, & cur illuc non rediit? 100.b. An loquutus ſit conditionatè? 101.a. & b. An fuerit ad Corinthios reverſus? Cur curſus ejus dicatur prædicatio. 101.b. An venerit in Hiſpaniam? ibid. Unde à peccato excuſetur? 103. Quo ſenſu loquutus fuerit? 103.b. Quæ præſciverit? 104. Ejus verba correſpondebant intentioni, ibid. Anthores, qui negant ejus adventum in Hiſpaniam. 103.a. 104.b
An peccatum ſit abuti talento cœlitus dato? 132.a
Non omnia peccata gravia ſunt graviter infamatoria. 52.b
An à *pecuniæ* nomine omnis poſſit amoveri reſtrictio? 177.a
Pelagia Antiochena ſe è feneſtrâ præcipitat. 30.a. An ad ſe præcipitandum Divinum conſilium habuerit? 143.a
An in perjurio plura ſint peccata? 3.
S. Petrus, cur ſub initium noluerit, & poſteà voluerit permittere, ut Chriſtus pedes ſuos lavaret? 103.a 104.a
Petrus Abailardus qualis fuerit opinione Bernardi? 130
Pharao Hebræorum infantes occidi jubet. 14.a
Photins reſtituitur ad ſedem Patriarchalem. 138.b
Plato, Trajanus, & alii, an fuerint ab Inferno liberati? 24.b 126.a
Polychronici Author, quis ſit? 136.b
Polygamia cur fuerit permiſſa? 56.a. Illam Deus non inſtituit. 65.a. An eadem jure naturæ fuerit interdicta? An cum veteribus Patribus diſpenſaverit Deus. 65.b
P. Poncins quis, & qualis ſit? 171.a
Pontifex, quem Joannam Hæretici nominant, quis fuerit? 138.b.
Pontifices aliquando ut privati Doctores propoſitas cõtroverſias decidunt. 66.a
Perdioſeros Hiſpanicè, quinam ſint? 177.a
Poſitiones mentaliter reſtrictæ ſunt mendacia. 44. b
Poſitiones non à referente, ſed à dicente qualitatem deſumunt. 147.b
Qui poſſidet eſt manutenendus in omni probabilitate, aut dubio. 78.a
Præcepta Decalogi poſitiva, & negativa. 6.b
Prædeſtinatorum Patria quæ? 129.a
Prædicatores Evangelii, docti, & veraces eſſe debent. 19.a.
Divinæ Prædictiones, Promiſſiones, & Minæ conditionatæ ſunt, & conditio eſt externa. 97.b. 98.a
Præjudicia quantam vim habeant? 145.a
Princeps, an in omnia crimina debeat animadvertere? 47.b
Probabilitas, an, & quomodo ſit in Divinis Revelationibus? 1 7.a
Prologi doctrina qualis eſſe debeat? 60.b
Promiſſio per quid reſtringatur. 32.a. Operis exhibitio per Promiſſionem reſtringitur. 32.a
Prophetæ, an, cur, & à quibus nominentur inſani? 92.b
Prophetia, quomodo in causâ, & quomodo in effectu à Delirio differat? 92.b
Propoſitio vera duplex eſt, *quoad ſe*, & *quoad nos*. 79.b
Propoſitio, quæ non eſt falſa, ſi juramento firmetur non

erit perjurium, 45.b
Propoſitio Tentativa, quomodo differat ab Interrogativâ? 80.b
Propoſitio, quæ ſecundum ſe oon eſt mendacium, ſi juramento afficiatur non erit perjutium. 81.a
Propoſitio Indefinita in materiâ contingenti æquivalet Particulari. 88.b
Propoſitio, quid requiratur, ot ſit vera? 164.b
Propoſitio, quæ ſine particulâ cauſali eſt vera, ſæpè in falſam tranſit ſi cauſalis reddatur. 165.b
Propoſitio vocalis, quid tequiratut, ut vera, aut falſa ſit? 166.b
Propoſitio, quæ ſine mendacio dici poteſt, ſine perjurio poterit jutamento firmari. 180.b
Propoſitionem aliquam condouare, quid ſit? 147.b
Propoſitiones univetſales, au à mente Divinâ reſtringantur? 24.b
Propoſitionum univerſitas duplex eſt; realis, & moralis. 125.b
Providentia quid ſit? 55.a

Q

QVaſſare caput, quid ſit? 47.b

R

RAab, qualis fuerit? Quomodo Hebræorum exploratores ſervaverit? An eadem fuerit mentita? An poſſit Mentali Reſtrictione à mendacio excuſari? 14.b ao debeat excuſari? 90. b. Cum Lotho componitur. 91.a. Illam mentitam fuiſſe aſſerit Auguſtinus. ib. Eamdem intet Fideles, & Sanctos Paulus oumerat. ib. Ejuſdem Raab teſpônſio dilucidatur. ibid. Unde ipſa ſciverit bellum ex parte Hebræurum eſſe juſtum? 92.a
Rachel, an ſit mentita? 59.b
Ratiooalitas oou opponitur Animalitati. 152.b
Rebecca ſterilis concipit miraculosè. Habet à Deo revelationem. An eam marito ſuo maoifeſtaverit? 11.b. 69.a
Recuperatio, & Compenſatio, an, & qoomodo differat? 78.a
Reduplicatio, an poſſit cadete ſuper Reſtrictionem. 170.a
Reges, cut creentur? 144.b
Regum ultima Ratio quænam ſit? 64.b
Regnum injuſtè adquiſitum, an, & quando tutâ conſcientiâ retineri poſſit? 35.b
Reguli palpebræ inſuuntur. 47.a
Res omnibus nota, & publica, an poſſit ab aliquo ignorari? 22.b
Quomodo reſponderi debeat ægroto, aut cuicumq; alii, quando ipſi veritatis cognitio realitet, aut moraliter nocete poſſit? 146.b
Reſponſio pet Interrogationem contrahitur. 25.a
Mala reſponſio eſt, quæ ad circumloquia recurrit. 154.b
Reſponſa augurum qualia fuerint? 8.b
Reſpublicæ, an periclitarentur, ſi Principes, & Legati tenerentur putam ſemper Veritatem proferre? 162.a
Reſtrictio, quid ſit? 29.b. Quotuplex ſit. 41.a. Differt à mutatione & variatione. 147.b
Reſtrictio Geoeralium Aſſertionum, unde deſumatut? 97.a
Reſtrictionis malitia, an diverſa ſit à malitiâ mendacii? 5.b
Reſtrictiones ſunt neceſſariò admittendæ. 39.b
Reſtrictiones externæ dantur. 49.b
Reſtrictiones, an, & quonıodo reſtringantur? 160.a An ſaltem iſtæ ſint admittendæ? ibid.b
An dentur Reſtrictiones, quæ non poſſint excludi? 175.a
Reſtrictiones non pendent à Voluntâte. 180.a
Reſtrictionum malitia a mente proveoit. 2.
Reſtrictiones, quàm certum eſt dari, tàm certum eſt bas non eſſe mentales. 146.b. Dantur limitationes & Reſtrictiones generales. 146.b
Reſtrictiones Civiles in criminibus, quæ? 176.b
Reſtrictiones Iutellectuales an in ſtratagematis includantur? 36.a
Mentalis Reſtrictionis malitia io quo conſiſtat? 8.a
Ao in Meotali Reſtrictione aliorum deceptio intendi queat? 11.b
Reſtrictiones Mentales quid ſiut. Illarum Definitio. 2. Judæis perplacent. ib. Calviniſtis adtident. ib. Eas cognoveruot veteres Gentiles, & damnarunt. ib. Eas Lutherani condemnant, & ob earumdem oſum incriminantur Calviniſtas. ib. An ſint poſſibiles? 3. Cur a nobis reprobentur? 8.a. Sunt inutiles. 44.b. Iugiuntur, qui illis uti cenſentur 45.a. Si admittuntur, nulla eſt blaſphemia aut hæreſis, quæ non ſit vera. 45. b. Sunt impoſſibiles. Non exiſtunt in rebus. Si de facto darentur, & verba reſtringerent caretent efficacja ad aufereodam fallaciam 44.a. Illas ſine ulla neceſſitate D. Malletus admittit. 184. b. An in aliquibus caſibus poſſint, & in aliis non poſſint admitti? 45.b. An bene probentur ex Jonæ Hiſtoria? 97.b Quid præſtarent, ſi darêtur? 135.b. Quid ſi ſine limitatione admitterentur? 168.b. Conſtat Auguſtinum eas abſolutè negaſſe, 147.a. Sunt prorſus inutiles. 151.a. An inter eas & occultas Compenſationes ſit connexio? 155.a. An in Sacramentali Confeſſione ſint ſicitæ? 161.a. An & cur damnentur? 161.b. In nullo caſu ſunt licitæ. 164.a. Negantur. 167.a. Cur non poſſint falſam aliquam Propoſitiooem veram reddere? 167.b. Quem animum habere debeat, qui iiſdem utitur? 166.a. Quo animo utantur homines? 168.a. Quomodo hodie paſſim defendantur? 169,a. An liceat ipſis uti in communi colloquio? Quid agendum ſit cum iis, qui eis utuntur? Quando liceat eas admittere? 173.b. Quales ſint qui eis utuntur? 180.a. Si io Sacrà Pagina eſſent Reſtrictiones Ment. de propoſitioıbus Fidei non eſſemus ſecuri. 181.a. Ratio unica, quâ impugnantur Reſtrictiones Mentales. 6.a. Reſtrictiooum Mentalium doctrina, quam ſit utilis? 34. a. Rationes propugnantium Reſtrictiones Mentales. 6. a. De ipſis judicium P. Joannis Poncii. 45.a
Reſtringere mente, eſt cautius mentiri. 2.
Reus, ao à Judice interrogatus crimen poſſit negare? 15.a An & quando poſſit oon reſpondere? 33.a. An & quando crimen negare poſſit? 33. a. Contra Juris formam interrogatus quomodo reſpondere poſſit? 152.a. An reſpondere teneatur? 182.b. An in dubio reſpondere debeat? 183.a. Caſus in quibus poteſt non reſpondere. 184.a. An cogi poſſe? 170.b
Reus, aut Teſtis, quid ſit dicturus, quando Judex omnem Reſtrictionem excludit? 172.a
An Rei reſponſioue circumloquia excludantur? 178.b
De Romæ nomine. Sit-ne à Romulo dicta? 129.a

S

SAlarium olim non dabatur Advocatis & Medicis. 83.b
Sampſon, an peccaverit ſe occidendo? 88.a. An eum excoſet Bernardus? 140.b. Quid de eodem nos judicare debemus. 141.a
Samuel mittitur, ut inunget, & in Regem creet Davidem. 144.b. Quid dixerit? An fuerit mentitus? An à mendacio excuſetur propter Reſtrictionem Mentalem? 145.a Non proceſſit dolo malo. 145.b
An fuerit Sanctus aliquis, qui omni prorſus veniali peccato caruerit? 52.b
Sàncti, quomodo faciant miracula? 41.a
Sancti, etſi divinitùs illuminati uon omnia præſciunt. 104.a.

Sancti, an uſi fuerint Oratione per merum intellectum reſtrictâ? 127.a
Sanctorum dicta, & facta, an verè peccato caruerint? 31.a
Sara ancillam Abrahamo conceſſit. 56.a
Scandali diviſio in receptum, & datum. 145.b
Scenopegia, quod feſtum fuerit? 100.a
Scientia Divina, an in Veritatis Definitione ingrediatur? 164.b. An conformitas cum Scientiâ Divinâ ſit de eſſentiâ Veritatis creatæ? 165.a. An eadem ſit vera quia eſt conformis ſcientiæ Humanæ? 165.b
Scientia Divinatoria, an duplex ſit, Naturalis, & Superſtitioſa? 14.a
Scientiæ, quot, & quæ in Chriſto ſint? 107.a
Scribæ, & Phariſæi inſtruēbant populum, ſed aliter verbis, & aliter exemplo. 48.b
Scriptor, qualis eſſe debeat, ut mores exemplo ſuo regere poſſit? 144.b
An Sacra Scriptura mentiatur? 63.a. Cur in ipſâ ſigna viſionum exteriora ponantur? 125.b. Verba in Sacrâ Scripturâ dupliciter accipi poſſunt. 71.b
Scriptura viſibilis, & legibilis, an per characteres inviſibiles, & illegibiles reſtringi poſſit? 43.a
Scripturæ, & vocum Analogia. 42.b
Scripturæ, an Mentales Reſtrictiones admittant? 42.b, an per ſecreta verba, quæ non audiuntur reſtringantur? 43.a
Scyphum Regis ſubripere quantæ ignominiæ fuerit? 83.b
Scyphi, quanto honore fuerint habiti? De Scypho Neſtorio. De ſcyphis Homericis à Nerone colliſis. 83.a
Secretum, an noceat Scholaſtico, & Politico proſit? 107.a 155.b. An in omni Republicâ etiam Angelicâ ſit obſervandum? 156.b
An poſſimus Jure ſecreti cedere? 57.a
Cur negari poſſint ea, quæ ſub ſecreti ſigillo fuerunt communicata? 115.a.120.b
Semiramis Regina virili veſte utitur, & mœnia invenit. 27.a. Prima fuit, quæ veſtibus virilibus uſa. Ab ea erecta ſunt prima mœnia in Mundo, Quanta illa fuerint? 132.b.
Senſus apparens, an ſit præter verum neceſſariò admittendus? 80.a
Sexuum diſtinctio, an reperiatur in arboribus? An in nominibus, & verbis? 132.b
Significare quid ſit? 41.b
Significare plura verba ſub uno, an ſit ſolius Dei? 182.a
Signum quid ſit? 41.b
Silentiarii quinam ſint? 62.b
S. Simon, & Joannes Oppianus, ut contemnantur, ſe delirare fingunt. 26.b
Simulatio, ad quam mentis operationem pertineat? 93.a
Simulationis, & Diſſimulationis diſtinctio. 79.a
Socrates. An, & cur ſapientiſſimus fuerit ab Apolline Delphico dictus? 155.b. Quo tempore floruerit? 156.a
Sodomitarum condemnatio Innocentes non tangit. 123.a
Sophronia Romana ſe gladio interimit. 30.a.142.b
Sorites doctrinam Reſtrictionum mentalium per gradus convenientes deducens. 43.b
Stemmata fumoſa quæ ſint, & cur ità vocentur? 130.b
Stola. De quanam loquatur Epiſcopus in conſecratione Diaconi? 72.a
Stola candida, quid ſit in ſenſu myſtico? 72.b
Stratagema non eſt mendacium. Eſt ſignum in hoſtium oculis dubium, & incertum. 158.a. An ſit licitum? 157.b.158.b. An Stratagemata in bello injuſto liceant? 36.a. An ſtratagematum æquitas Reſtrictione mentali ſuccolletur? 39.b. In ſtratagematibus quid ſigno externo, & quid Intellectu dicatur? 39.b
Subticentia, quid ſit? 10.a
Subticentia in rebus, quæ non ſunt ambiguæ non indiget Reſtrictione Mentali. 61.a
Superior, an cùm præcipit, ità loqui debeat, ut à ſubdito intelligatur? 182.b
Suppoſitio quotuplex ſit? 40.a
Suppoſitio Formalis vel eſt Propria, vel Impropria. 40.a
Suppoſitionis abſolutæ diviſio in Materialem, & Formalem. Diviſio Materialis in Intrinſecam, & Extrinſecâ. 40.a.
Syneſius, qualem ſe effingere conabatur, ne Epiſcopatum cogeretur acceptare? 30.b. An homo improbus fuerit? 143.b

T

TAcere ubi oportet eſt virtus. 62.a
Tacere interdum licet: mentiri verò nunquam. 156.b.
Templum Hieroſolymitanum quot annis erectum ſit? 21.b.
Tempus, Spatium, & Locus, an ſint creaturæ? An ſi non producantur non ſint? 61.b
Tempus non ſemper addit moralitatem. 110.b
Negatur Terminum in Mentalem, Vocalem, & Mixtum diſtingui. Et cur? 151.b
Termini tranſcendentales non ſolent, poſſunt tamen exprimi. Quando exprimuntur ſenſum Propoſitionum non al erant. 152.a
Teſtamentum Vetus Novi hiſtorias allegoricè repræſentat. 11.b
Theologi, an quos volunt condemnent, aut excuſent? 73.a.
Thomas Anglus, quis, & qualis ſit? 72.b
Thubal-cain, an fuerit Vulcanus? 64.a.& b
Tribunalia cur fuerint erecta? 184.a
Tyrannus, an omnes circumſtantias in Interrogatione excludere poſſit? 176.a

V

VAgi, & exteri ſunt ſubditi Principis in cujus territorio peregrinantur. 92.b
An verba materialia actibus ſpiritualibus reſtringi poſſint? 4.
Verba, cur ſint inſtituta? 41.b
Verba contractuum quo ſenſu debeant intelligi? 47.a. Quæ non audiuntur ad contractum non pertinent. 43.a
Verba per jocum profuſa, an mendaciis ſint accenſenda? 80.a.
Verba, quæ ſanctè dicunt multi non intelligunt. 149.b
Verba inurbana proſcripta ſunt à communi colloquio. 148.a. Qui illorum loco alia decentia ſubſtituit, non mentitur. 148.b
Verba, quæ eſſentialia cenſentur in Sacramentorum Formis debent voce proferri. 161.a
Verba per mentem reſtricta ſunt mendacia. 181.b
Verba Sacræ Paginæ ſæpè ſunt obſcuriſſima, & indigent interpretatione. Debent accipi ſecundum uſum communem loquendi. 182.a
Verborum ſignificationem mutare, non eſt mentiri, aut falſum dicere. 182.a
Veritas in quo formaliter conſiſtat? 63.b
Veritas, quid ſit in Propoſitione Mentali, & quid in Vocali? 167.a
Veritas, cur dicatur pura, candida, & immunis affectibus? 167.b
Veritatem occultare, an & quomodo liceat? 44.b. An ſit uti Reſtrictione Mentali? 146.a. An *uti oratione reſtrictâ*? 31.b
Veſpa Terentius apud Ciceronem uſus fuit Reſtrictione Mentali, ſed & fuit admiſſi condemnatus mendacii pag. 2.
Veſtem mutare, quando ſit peccatum mortale? 133.b. An ſit mentiri? 134.a

Con-